2-21

301

№ 2-24

No 2-24

2-21

301

R/7240 D. ex. 4 C. A. 1. 1

# DE DIGNITATE REGVM regnorumquê Hiſpaniæ, & honoratiori lõ co eis, ſeu eorum legatis â concilijs, ac Romana ſede iure debito.

***

AVCTORE DOCTORE IACOBO VALDEſio in Cancellaria, ſummoquê prætorio Granatenſi auditore regio & in Pinthiana academia in prima iuris canonici Cathedra iubilo donato.



Anno 1602.

GRANATAE.

* Apud Ferdinandum Diaz â Montoya.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

I. F. Riaño

# EL REY.

POR Quãto por parte de vos el Doctor Diego de Valdes Cathredatico de
prima de Canones, jubilado en la Vniuerſidad de Valladolid, nos fue fe-
cha relacion que vos auiades compueſto vn libro intitulado de dignitate Re-
gum & Regnorum Hiſpaniæ, ac honoratiori loco eis ſeu eorum legatis
à concilijs & ſede apoſtolica iure præſtando. Y por ſer muy Vtil y del honor
deſtos Reynos, y en que os auiades ocupado con mucho trabajo y coſta de li-
bros, nos pediſtes y ſuplicaſtes os mandaſſemos dar licencia y facultad para le
poder imprimir, y preuilegio por veynte años, o como la nueſtra merced fueſ
ſe, lo qual viſto por los del nueſtro cõſejo. Por quãto enel dicho libro ſe hizo
la diligẽcia que la pregmatica por nos, ſobre ello fecha diſpone. Fue acor-
dado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula enla dicha razon, y nos tu
uimos lo por bien, por lo qual vos damos licencia y facultad para que por tiẽ-
po y eſpacio de diez años cumplidos primeros ſiguientes, que corran y ſe cuẽ
ten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula en adelante, por la perſona
que para ello vueſtro poder ouiere, y no otra alguna perſona, podays impri-
mir y vender el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion: y por la preſentẽ da
mos licencia y facultad a qualquier impreſſor deſtos nueſtros reynos q̃ vos nõ
braredes, pa q̃ durãte el dicho tiẽpo le pueda imprimir por el original q̃ en el
nueſtro cõſejo ſe vio, q̃ va rubricado y firmado al fin d Alõſo de Vallejo nueſ
tro eſcriuano de camara, vno de los q̃ enel nueſtro Cõſejo reſidẽ, con q̃ antes
q̃ ſe vẽda le traygais ante ellos jũtamẽte con el dicho original, para q̃ ſe vea ſi
la dicha impreſsiõ eſta conforme a el, y traygais fê en publica forma, en como
por corrector por nos nõbrado ſe vio y corregio la dicha impreſsion por el di
cho original, y mãdamos al impreſſor q̃ anſi imprimiere el dicho libro, no im-
prima el principio y primer pliego del, ni entregue mas de vn ſolo libro cõ el
original al autor o perſona a cuya coſta ſe imprimiere para efecto de la dicha
correction y taſſa, haſta que antes y primero el dicho libro eſte corregido y
taſſado por los del nueſtro conſejo, y eſtãdo hecho y no de otra manera, pue
da imprimir el dicho principio y primer pliego en el qual inmediatamente ſe
põga eſta nueſtra licẽcia y priuilegio, y la aprouaciõ taſſa y erratas, y no lo po
dais vẽder ni vẽdais vos ni otra perſona alguna, haſta q̃ eſte el dicho libro en
la forma ſuſodicha: ſo pena d caer e incurrir en las penas cõtenidas en la dicha
pregmatica y leyes de nueſtros reynos q̃ ſobre ello diſponẽ. Y mãdamos q̃ du
rãte el dicho tiẽpo perſona alguna ſin vueſtra licẽcia no lo pueda imprimir ni
vender, ſo pena q̃ el q̃ lo imprimiere, o vendiere aya perdido y pierda qualeſ-
quier libros, moldes, y aparejos q̃ del tuuiere, y mas incurra en pena de cinquẽ
ta mil marauedis por cada vez q̃ lo contrario hiziere, de la qual dicha pena ſea
la tercia parte para la nueſtra camara, y la otra tercia parte pa el juez q̃ lo ſen
tenciare, y la otra parte para el q̃ lo denũciare. Y mandamos a los del nueſtro
Cõſejo, Preſidente y Oydores de las nueſtras audiẽcias, Alcaldes, alguaziles
de la nueſtra caſa y Corte y chãcillerias, y otras qualeſquier juſticias de todas
las ciudades, villas y lugares de los nueſtros reynos y ſeñorios, a cada vno en
ſu juriſdicion, anſi a los q̃ agora ſon, como a los q̃ ſerã de aqui adelãte, que vos
guarden y cũplan eſta nueſtra cedula y merced q̃ anſi vos hazemos. Y contra
ella no vos vayã ni paſſen, ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna, ſo pe
na de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Fecha
en Toledo, a diez y nueue dias del mes de Março, de mil y ſeyſcientos años.

YO EL REY.

Por mandado del Rey nueſtro Señor.
Don Luys de Salazar.

# Aprouacion.

E Viſto el libro que compuſo el Doctor Diego de Valdes Cathedratico de prima de Canones jubilado en la vniuerſidad de Valladolid, que ſe intitula de dignitate Regum ac Regnorum Hiſpaniæ & honorationi loco eis ſeu eorum legatis in Cõcilijs & Romana ſede iure debito, y me parece q̃ el dicho libro tiene mucha erudicion y curioſidad, y ſe ha jũtado con mucha diligencia, lo que toca a eſta materia, en lo qual el autor a moſtrado ſus grandes letras, y ingenio, y zelo del ſeruicio de ſu Mageſtad, y merece. q̃ ſe le haga la merced q̃ pide de priuilegio para imprimirle, q̃ el libro por la materia q̃ trata y por ſu mucha erudicion ſera muy bien recebido, en Madrid 13. de Março de 1600.

*El Licenciado Alonſo*
*de Areualo Sedeño*

# SVMMA CAPITVM QVAE HOC libro habentur, vt velut vno aſpectu ſilus ac contextus totius operis cognoſci poſsit.


PRoemium quo Reges iure diuino & naturali, & humano deuinctos eſſe oſtenditur ad regni ſui dignitatem, & antelationem defendendam ſimulquê illi qui de prima ſede contenderunt commemorantur. fol. 1.

Caput primum quo de origine & cauſſa agitur ex qua imperatores, & reges adeſſe debent ſacris concilijs ſeu eorum legati, & qui primi interfuerunt oſtendẽdo quod primus ex regibus rex Hiſpaniarũ concilijs adfuit. fol. 8.

Caput ſecundum quo auctoritate conciliorum legum ſacrorumquê doctorum oſtenditur regibus Hiſpaniarum primam in Eccleſia ſedem deberi temporalem. fol. 15

Caput tertium quo obiectionibus aduerſus ſupradicta teſtimonia á Gallis adductis reſpondetur ſatisfaciendo teſtimonijs, & argumentis ab auctoritate quæ in eorum gratiam adduci poſſunt. fol. 15

Caput quartum quo prima recenſetur cauſa, & ratio quare anteferri debeat rex Hiſpaniarum regi Galliæ & cæteris cum caput Europæ, & eius nobilius ſit regnum. fol. 45

Caput quintum quo ſecunda cauſſa, & ratio adducitur quare ſublimior ſedes Hiſpaniæ debetur eo quod antiquior origine ſede, & fundatione regumq; imperio ſit. fol. 48

Caput ſextum quo tertia cauſſa, & ratio adducitur quare antecedere debeat rex Hiſpaniæ cum ſit eius regnum primum in fide Catholica recipienda, & profitenda tam in vniuerſa regione quam in quibuſdam eius prouincijs in eoquê prima Eccleſia ſit condita primum concilium celebratum primus Põtifex ex ea natione electus primus imperator creatus prima epiſtola â Põtifice miſſa primus legatus & nuntius apoſtolicus primus ſanctus cui Eccleſiam dedit Roma primus qui ex eo ad fidem reduxit imperatores. fol. 52

Caput ſeptimum quo continuatur ſeries, & ordo ſtatus Eccleſiæ Hiſpaniæ, & Gallicanæ oſtenditurque Hiſpanos prius in vniuerſo regno fideles extitiſſe quam Gallos, prioremque ex Hiſpania ſanctum prodijſſe cui dicatæ ſint Eccleſiæ tam in vrbe Romana quam in orbe. fol. 69

Caput octauum quo continuatio Imperatorũ ſit Conſtantini & aliorũ. fol. 78

Caput nonum quo ſtatus Eccleſiæ in Hiſpania & Gallia deſcribitur ab imperio Arcadij & Honorij vſque ad Rechareduni. fol. 88.

Caput decimum quo â Recharedo vſque ad ætatem hanc ſtatus Eccleſiæ in vtroquê regno deſcribitur. fol. 99.

Caput vndecimum, quo demonſtratur regibus Hiſpaniæ honoratiorem ſedẽ deberi ex eo quod in Hiſpania tam in vniuerſo regno quã in priuatis prouincijs primo reges Catholici extiterunt. fol. 103

Caput duodecimũ vbi recẽſetur alia cauſſa ãtelationis ex eo quod rex Hiſpaniæ alios potentia, & magnitudine regnorum longe ſuperet. fol. 107.

Caput decimum tertium quo agitur cognomen Catholici ab Eccleſia conceſſum regi Hiſpaniarũ excellentius antiquiuſq; quã cognomen Chriſtianiſſimi regi Galliarum tributum quod etiam & alia honorificentiora regibus Hiſpaniarum largita ſunt. fol. 113

Caput decimum quartum quod ad reges Hiſpaniæ pertineat ius vnctionis & in ea miraculum. fol. 121

Caput decimum quintum de nobilitate familiæ regum Hiſpaniæ inſignium armorum in ſcutis & peculiaribus præuilegijs quibꝰ reges Hiſpanię & Galliæ ornati videntur oſtendendo ſimul recta linea regnum Galliæ ad regẽ catholicum Philippum tertium pertinere. fol. 126

Caput decimum ſextum vbi præuilegia alia regum Hiſpaniæ, & Galliæ circa nobilitatem, & dignitatem recenſentur. fol. 136

Caput decimum ſeptimum quo agitur antelationem deberi regibus Hiſpaniæ ex titulo, & iure regni Iheroſolymitani. fol. 142

Caput decimum octauum quo agitur de iure regis Hiſpaniarum quod liberum habeat, & abſolutum dominium in regno nõ agnoſcentis in eo temporalem ſuperiorem, & quod cæteris antecedere debeat cum Imperij titulum in regno habeat, & nouuo orbe & iº ad imperium Orientale, & quod tẽpore quo Galli erant ſubditi imperio erant ab eo Hiſpani liberi. fol. 147.

Caput decimum nonum quo oſtenditur debitam antelationem regibus Hiſpaniæ ab Eccleſia Romana eſſe eo quod ab eis ampliora ac potiora quã ab alijs etiam Gallis acceperit obſequia. fol. 162

Caput vigeſimum quo agitur de genere ſecundo obſequiorum circa defenſionem & patrocinium ſedis apoſtolicæ. fol. 175

Caput vigeſimum primũ de tertio genere obſequiorum in conſtructione & dotatione Eccleſiarum. fol. 184.

Caput vigeſimum ſecũdum quo agitur An Gallia ex aliquibus cauſſis & ſeditionibus in ſedem apoſtolicam excitatis locum & ius amiſerit. fol. 188.


Carta

## Carta de don Gomez Dauila Marques de Vela da mayordomo mayor del Rey nueſtro Señor y ſu ayo q̃ fue. Al Auctor.

POR No eſtar bueno ſu Mageſtad quando llego la carta y libro de V. m. aguarde a que eſtuuieſſe conualecido para darle lo vno y lo otro. Y leyo vn rato en el libro, y à lo que yo pude juzgar fue la tabla y otro poco del, tuuole tres ô quatro dias, y deſpues me pregunto quien me parecia q̃ le vieſſe, yo le reſpondi que Garcia de Loayſa me parecia que le veria bien: y aſsi ſe le dio, y ſu Mageſtad holgo con el, y Garcia de Loayſa le tiene ya caſi viſto. Y me dize que es de las mejores y mas doctas coſas q̃ a viſto: y aſsi lo pienſa dezir a ſu Mageſtad en acabandole, y que porque gozen del todas naciones le parece ſeria bien ponerle en Latin, quando ſe aya acabado de ver yo lo auiſare a V. m. a quien Dios guarde, de S. Lorenço à 16. de Setiembre de 1595.

El Marques de Velada.

## Carta de Garcia de Loayſa Arcobiſpo de Toledo Maeſtro que fue del Rey nueſtro Señor. Al Auctor.

SV Mageſtad me dio vn libro que V.m. le embio de la precedencia de Eſpaña con Frãcia, y me mando q̃ le leyeſſe, yo lo he hecho: y hecho le relacion del, y el libro me ha parecido tã docto y bien eſcrito, que he guſtado mucho de ſu lection: y anſi lo he dicho a ſu Mageſtad, y me mando eſcriua a V. m. q̃ ha recebido mucho ſeruicio en eſte trabajo, y q̃ le ſeria acepto q̃ V. m. le eſcriuieſſe en Latin, y el de vulgar mãdo poner en la libreria de S. Lorẽço, de mi parte digo, q̃ eſte es vn libro muy docto, y digno de la erudicion de V. m. La materia eſta muy bien tratada, y no tengo q̃ aduertir ſino ſolo de los grandes ſeruicios q̃ los Reyes de Eſpaña particularmente los de Caſtilla, han hecho a la Igleſia, pues en tantos centenarios de años no hizieron otra coſa ſino pelear para plãtar la religion, los Moros q̃ vencieron las Igleſias q̃ edificarõ, las dotaciones q̃ les hizieron, las ordenes militares q̃ inſtituyeron, q̃ todo ſe hizo de lo q̃ ellos ganaron: lo qual ningũ rey, ni reyes en la Chriſtiandad hã hecho: Tuuoſe en mucho la guerra ſagrada de Ieruſalẽ, q̃ comparada con la q̃ los reyes de Eſpaña tuuieron con los reyes poderoſos de Africa dentro de ſu caſa es de poco momento: y anſi pienſo q̃ en premio de tan grandes trabajos y ſeruicios como eſtos reyes hizieron a Dios, ha ſumado en lo tẽporal en eſta Corona, tantos reynos y ſeñorios. Tãbien es de conſideraciõ, q̃ todas las Igleſias Cathedrales de Eſpaña, las edificaron y dotaron, como conſta de ſus principios, q̃ las religiones las traxeron, y los mas inſignes Conuentos de ellas los hizierõ, toda la orden de S. Benito, es dotacion ſuya, la mas de S. Bernardo, de ſuerte q̃ ningun rey ha auido q̃ no ſe aya empleado toda ſu vida, en ſeruicio de la Igleſia. Y al fin los de Eſpaña, plantaron la fe en vn mũdo, eſto baſte q̃ V.m. lo toca todo. Tãbiẽ aduierto a V.m. q̃ Iuliano Pomerio no fue Arçobiſpo de Toledo, ſino mas antiguo doctor q̃ S. Iuliã Arçobiſpo de Toledo, que he viſto a muchos doctos en eſto eſtar engañados. No ſe me ofrece otra coſa q̃ auiſar a V.m. a quiẽ nueſtro Señor guarde en el Pardo. 30 de Octubre. 1595.

Garcia de Loayſa.

PHILI-

## PHILIPPO TERTIO HISPANIARUM, Indiarum, aliorumquê vtriuſquê orbis regnorum Catholico Regi, omnium maximo, & inuictiſsimo.

***

CVM FOELICISSIMVS Ille, ter maximè Philippe, (quo nullus vnquam cãdidior, auſpicatiorquè) nobiliſsimo Pinthiano Hiſpaniarũ gymnaſio illuxerit dies: quo tuo iucundiſsimo conſpectu, vnâ cum magno, & omni æuo memorando Philippo ſecundo patre tuo, & clariſsima ſorore Iſabella ſummo cum triũpho, & gaudio ita frueretur, vt quos legũ auctores, & fontes (cum ex regio pectore illæ manent) tot regna agnoſcant, eos ipſarum beneuolos, attentoſquê academia iſta habuerit auditores. Cuius ſingularis, & immortalis beneficij, cum ego vt ſacrorum canonũ in ipſa ſchola, ſin primaria cathreda profeſſor particeps fierem, publicũ què munus habendi orationem eſſet iniunctum, nullum aliud in ſacrarum Eccleſiæ legum facultate (vt ipſa quæ legislatrix, templumquê iuſtitię eſt, ſegratam, ac iuſtam oſtenderet) auctoritati regiæ aptius, ſcholæ Pontificię accomodatius, regno grauius, diſſerendum thema excogitaui, quam vt defendendum ſuſciperem, tibi ab Eccleſia catholica, vt omnium magis catholico Principi, eiuſq; ita accerrimo, & ſtrenuo defenſori, vt in te vno vnica ſpes protectio ſuæ nitatur, primam, ac ſummam ſedem tam in ſacris Concilijs, quam omnibus Eccleſiæ publicis locis, & pompis ſolemnibus deberi. Cum autem huius diſputationis argumentum in frequentia illa celeberrima probatum ſenſerim, mihi euenit id, quod olim Ægidio Romano accidiſſe Paulus Æmilius in Philippo quarto auctoreſt, quod cum in ſcholis publicam de regno coram Philippo pulchro quæſtionem habuiſſet, tandem eius regis imperio, opus de regimine Principis edidit. Iuſus enim catholici Philippi ſecundi patris tui ſtatim adme delatus eſt, vt elaboratum de ſedis antelatione tractatum ad eum mitterẽ. Cuius præcepto regio obtemperans, cum rem aggredi inſtituiſſem, difficultas vehemens ſe obtulit, quæ me anxium, ancipitemque valde reddidit. Nam cũ obſequium vt clientulus iure fidelitatis debitum Regi maximo præſtare, intenderem, arduum, ac viribus meis impar onus, rei, de qua agitur pondus, eius, in cuius nomine apparet maieſtas, & celſitudo, ab incœpto deterrebant, tum quod cum diuinitas quædam ſit regia dignitas, eius defenſio diuinum deſideraret ingenium, tum etiam quod diſputatio ipſa non ſolum hominem totum, & eximiũ, ſed et plures, eoſquê omnes multiplici, ac varia hiſtoriarum cognitione verſatos, matura, diligentiquê iuris vtriuſquê, & antiquitatis notitia ſi-
mul atque peritia excellentes poſtularet: meque ab hiſce naturæ dotibus aliẽ-
num viderem. Ex aduerſo autem mihi in mentem veniebat votum maieſtati
regiæ mihi, ac omnibus ſacroſanctæ non perſoluere, creditoremquè Regem
ludificari, ſacrilegium eſſet, ac ſalua fide fieri non poſſet. Tandem dum in vn-
doſo hoc mari curſum rectum tenere non valerem, differre opus cœpi, tum
quod arbitrarer nihil immaturum, aut præcox in tam magna, & publicare ho-

neſtẽ

neſtè proferri poſſet, tum etiam vt experirer, an id, quod arte mea, & ingenio accelerari, ac perfici non poſſe ſperarem ex alienis laboribus frequenti, & lõga lectione, temporis interuallo conficiendum conſequerer, dum tamen id agerem, expertus ſum, non ſatis fidam eſſe omnium fere vnam vocem, aſsiduũ laborem, cuncta aſſequi, nudus enim labor, et induſtria abſq; ornamẽtis vſus, acritate ingenij, artis peritia, diligentia, maturo iudicio, prudenti intellectu, in indagandis, deligendis, diſtribuendis, ac debito ordine collocandis rebus, vt condimentum abſque ſale, vt dicitur ſterile, vel vt homo inſolitudine degens abſque politica, & ciuili ſocietate exiſtimatur, ex eoque ſolo nihil perfectum poteſt, & abſolutum proferri. Quibus fluctibus, & procellis exagitatus, tenuitatequê ingenij fere deuictus, ſtatim aura quædam ſuauiſsima benignitatis tuæ animum refecit, ad tutumquè ita portum perduxit, vt anchoris comitatis, & clementie tuæ nauem mentis fluctuantem firmarem, domeſticum illum, quem vt communis omnium parens erga tuos amorem habes, natiuamque animi propenſionem, & humanitatem mecum ſæpe cogitans, ac memoria repetens. His igitur excitatus, tantiquê regis imperio, cui ſerui obſequium debeo deuinctus ſub tam auguſto patrocinio in publicum emittere opus decreui: Vires ſi pro animo non fuerint, ignoſci poſtulans. Quãuis enim tantæ molis opus primores, auctoritate, & eruditione deſideraret viros tamen interim dum ſcripta in lucem accuratius emittunt, vt regijs obtemperem præceptis, non dubitaui, meum edere laboris partum, ac quaſi inter ſtrepere anſer odores. Tu autem inclyte rex, cum ea verè nobilitas ſit, quę nunquâm ab humanitate abeſt, eaque firma potentia, quæ cum benignitate coniungitur, hunc à ſubdito tuo porrectum libellum, â patre poſtulatum, filio oblatum accipies pro ſalute communi, ac totius Hiſpani Regni dignitate ſupplicem, cuius argumentum, cum de ſacro apud ſacroſanctum Pontificem, & ſacroſanctæ Eccleſiæ actus, ſacro Regi debito loco ſit, tui tutelaris præſidij potius eſt, quã iudicij ſeuerioris. Nam ſi Octauio Cæſari quilibet de profana re ſcripti. dicatiq; Codices, eo ipſo Hieratici dicebantur, multo magis Catholico Principi oblatus de ſacro apud catholicam Eccleſiam loco libellus, regij iuris eſt, regi ęquê clientelæ iuſta ſummi patroni protectione tanquam ſub Aiacis clypeo muniendus. Quod tamen magis reipublicæ Chriſtianæ expedit, vt ad Principem ſedem, de qua contentio eſt, tuendam, ad eius vbi tenditur Eccleſiæ fidem augendam, religionem defendendam, & conſeruandam, ad regni huius fœlicitatem, de qua diſſeritur, & omnium aureum ſæculum, quo te regnante fruuntur, retinendum per tres trium Neſtorum ætates. Valeat, floreatque tua Maieſtas.



# PROEMIVM QVO Reges iure naturali Diuino & humano deuinctos eſſe oſtenditur ad Regni ſui dignitatem & antelationem defendendam ſimulque illi qui de prima ſede contenderunt commemorantur.

1 *Vtilitas rei de qua agitur.*

EX OMNIBVS Quæſtionibus, quæ hiſce & anteactis temporibus, in foro pontificio verſantur; haud ſcio an vlla alia, genere ipſo nobilior, aut põdere grauior, aut re & dignitate ſublimior, aut publica auctoritate fructuoſior ſit, quam quæ iãdiu inter Hiſpanos & Gallos, de excelſiori loco & ſede agitatur: quippe quæ ſit de re, quæ tantum cæteris præſtat, quantum honos omnibus humanis rebus præeſt & excellit. Et quamuis plena ambitionis & ſuperbiæ (vt eſt humana mens contentionis auida) controuerſia iſta non exacte rem aduertẽtibus fortaſſe videatur; magisque audaciſſimê pugna, quam lite de iure diſertiſsimê diſceptando decernenda: ſed attentius ex fontibus hauriendo, quod iuſta iurique omni diuino naturali & humano ſit conſona, hoc capite diſſerendum ſuſcepi. Et vt deo auctore fœlicibus fauſtiſque auſpicijs initium ſumatur, inſtitutum noſtrum altius cauſam repetẽdo exordiar.

2 *Tres gloriæ ſtimuli honeſtum vtile iucundũ.*

Honeſtum, vtile, ac iucundum tres ſunt ingenui; excelſique animi ſtimuli, quos ita aſsiduo, & vbique ſibi comites ac familiares vera gloria ad iũnxit, vt non tantum ſocietatem atque amicitiam, ſed quandam cum eis ingenitam cognationem contraxiſſe videatur.

3 *Honeſtum.*

Ex quibus ſi honeſtatem vt Principem & reginam attendamus ad quam quærendam ſemina quædã à Deo nobis ac virtutis igniculi dati ſunt, ita honos vt diuinus, ſacroſanctus, ac honeſtus, in ſacra pagina commendatur, & omni iure recẽſetur; vt Salomonis *a* ſapiẽtia humanis omnibus rebus, ſanctitas Pauli *b* vitæ ipſæ anteponere non dubitent. Deusque ipſe optimus maximus nullum aliud recto ac iuſto viro præclarius præmiũ pollicetur, vt Dauid *c* cecinit quã quod in memoria æterna erit iuſtus & ab auditione mala non timebit. Nulla igitur maior cura habenda homini eſt, quam animi honoriſque. Nã alia humana bona, aut natura aut caſu â nobis abeunt atque ſecedunt, ſemper ſuperſtite anima & honore viuente

*a. Eccleſiaſtic. c 41. prouerbiorum. c. 12. Paul. ad Romanos. c. 12. c. non ſunt audiendi. 11. q. 3. c. nolo. 12. q. 1. l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. l. iuſta. ff. de manu-*

ita vt ſublato corpore terræque ſubmiſſo anima & honores vigeant. Et ita illi omnino probãdi ſunt, qui maiorem rationem honoris quam vitæ habent, cum ineſſe animæ honor, non minus quam anima corpori, & ſpiritus animæ videatur, & cum dedecore vitam agere, turpiſsima mors apud homines iudicetur nulla enim alia res propinquior eſt ſpiritualibus bonis quam honos, ex

4 *Iure diuino quẽque honorẽ à Deo cõceſſum cõ ſeruare teneri.*

S. Thoma. 2. 2. quæſt. 73. vnde merito ipſa chriſtiana pietas iusque diuinum ſuum cuique tribui honorem vt à Deo elargitum iubẽt, & vt quiſque conſeruet, vt rem excepta anima prætioſiorem teſte diuino *d* Gregorio conſtituunt.

5 *Idẽ iure naturali.*

Naturæque bonitas & induſtria, quam ducem in omnibus vi quadam rationis ſequi debemus, ſicut in humano corpore alia *e* alijs nobiliora mẽbra diſtribuit. Ita in Reipublicæ ſtatu non omnes exæquare patitur, ſed quantum homo homini præſtet ſatis indicat, cum alios ad imperandum alios ad parendum, alios ad docendum, alios ad diſcendum, natos oſtendat: vt inferiores non de hoc debeant conqueri, ſed naturæ vi & iure, cedant ſuperioribus & obediant: ita enim concentus & ordo naturæ â beato *f* Auguſtino diffinitur vt ſit parium diſpariumque rerum, in ſua loca cuique tribuens diſpoſitio.

6 *Idem iure humano.*

Ius autẽ humanum ex diuini & naturalis iuris fontibus hauſtum, eorum præcepta exequitur, eum qui honoris alienum occupat locum, vt ſacrilegij & maioris vis reum grauiter puniendo, *g* ad quã enim normam & regulam, aptius re ctiusque terra ſe cõtineri ac moderari ex beato Gregorio *h* iuſtius eſt? quã ad cœlorum exemplar, in quorum thronis alij inferiores, alij ſuperiores, & angelorum & beatorum gradus conſtituuntur.

7 *Vtile.*

Vtile autem ſi inſpiciamꝰ (in quo pleriq; decepti, nihil in rebus humanis quicquam norunt, niſi quod fructuoſum ſit) honoris præmium vt frugiferum quærendum eflagitandumque erit. Qui enim alij ad excelſa trophea appetenda acutiores ſunt ſtimuli quã leges honoris? Quid magis adoleſcentiæ habenas comprimit, furoremque & impetum in flore iuuentutis cohibet quam pudor? qui ita corrector *i* eſt noſtri, vt affectus & appetitus magis ardentes detineat, & temperet generoſa quadam verecundia quam Plato diuinam vocat, & quæ in nobilibus *K* & ingenuis animis præcipuam ſibi ſedem collocat; qui turpe & ignominioſum rectê iudicant, nequid indecorê effeminate ve faciant, nequid libidinoſe aut molliter cogitent, ex quo honos tam â ſe quam â maioribus partus & quæſitus iacturam patia-

*miſsis vindicta. l. iſti quidem. ff. de eo quod metus cauſa. gloſ. verbo honoris in extrauag. ad conditorẽ de verborum ſignificatione Ioan. 22. Ariſt. 4. Æticorũ Soto de iuſti. & iure lib. 4. q. 2. art. 3. Sebaſtianus medices in opuſculis opuſculo. 3. Viuius lib. 2. deciſsionum. deciſione vlt.*

*b. Paul. 1. ad Corinthios c. 9. bonum eſt mihi magis mori quã vt gloriam meã quis euacuet. l. infamia. C. de decurionibus lib. 10. Virgilius. 5. Æneidos vitãque voluit pro laude paſciſci.*

*c. Pſalm. 111. Eccleſiaſtici. c. 37.*

*d. c. vlti. diſtin. 89.*

*e. Paulus. 1. ad Corinthios c. 12. auth. de monac his. §. ordinat.*

*f. lib. 19. de ciuitate Dei. c. 13.*

*g. c. ſolitæ de maioritate & obedientia. l. 1. C. vt dignitatibus ordo ſeruetur.*

*h. c. ad hoc diſtinctio. 89.*

*i. Ambroſius ſermone. 10. in Pſalm. 118.*

*K. l. 6. tit. 18. p. 2.*



patiatur. Eſt enim pudor vehemens motus animi dedecus fugiens, laudemq; maximê conſequens, ruborq; color habetur virtutis & nobilitatis vt rectê Plauto ait.

8 *Rubor color virtutis & nobilitatis.*

*Ego illum periſſe duco cui quidem perijt pudor.* Cum igitur honoris cum virtute coniuncti honeſtum & vtile deſiderium habeatur non inferiorem locum ſibi iucundi pars vendicat.

9 *Iucũdum.*

Nulla etenim ex humanis rebus ita animæ (quæ ſemper ad æternam beatitudinem aſpirat) ſatisfacit, neque gaudijs cœleſtibus exequari videtur, ſicut honos verum & legitimum virtutis præmium, *l* vt eſſe cecinit Iuuenalis ſatyra. 10.

*Tanto maior famæ ſitis eſt quam virtutis.*
*Quis enim virtutem amplectitur ipſam?*
*Præmia ſi tollas.*

Nihil enim aliud Deus in terris quærere profitebatur niſi gloriam *m* patris ſui, nullumque ſibi elegit præclarius munus, quam nomen *n* ſuper omne nomen, in quo pater exaltauit illum, idq; beatorum ſpirituum officium in cælis, eſſe & ſacra pagina & diuini eius interpretes docent, gloriam Deo aſsidue canere, ad quorum normam nullum aliud Deo gratius in orbe offerre ſacrificium poſſumus quã ſoli Deo, *o* honorem laudẽ *m* & gloriam puro ac ſincero corde ſemper, & vbique preſtare iuxta illud Pſalmi. 28. *Afferte Domino gloriam & honorem.* Apocalipſis. cap. 5. *Honor & gloria Deo noſtro ſedenti in throno*, quod Concilium Toletanum quartum Canone. 15. demonſtrat. Et cum nomina ad exprimendum *p* apte & proprie conceptum mentis ſint inuenta, nullum nomen inueniri aptius honori potuit quam gloriam nuncupare ſicut gloriam etiam vocamus, qua cœleſtes & beati in cœlis ſempiterno gaudio fruũtur, eſt enim fama, corona Principum, Regum, dominorum, Doctorum, religioſorum, mulierum, virginum, & pauperum, & ita teſte Auguſtino de bono viduitatis relato. c. non ſunt audiendi. 11. quæſt. 3. & c. nolo. 12. q. 1. *Non ſunt audiendi, ſiue viri ſancti ſiue fœminæ, qui quando reprehenduntur ex ſuſpicione, ſufficere ſibi coram Deo tutam conſcientiam reſpondent, contemnentes hominum æſtimationem, crudeliter, cum occidant animas aliorum; quia nobis neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra, cõſcientia nobis, fama proximo:* & Gregorius ſuper Ezechielem homilia. 9. id indicat & Pontifices ſunt exemplo, qui Concilia ad ſe purgandum cõgregauerunt. Sed cum gloriam hãc, honorem, & imperium bonus, ac ignauus æque ſibi exoptet, ille vera via nititur, alter quia bonæ artes, & cogitationes ei deſunt,

*l. Cicero in Bruto honos eſt virtutis præmium Ariſtoti. 2. & 4. & 8. Æticorum.*

*m Ioan. c. 8.*

*n. Paulus ad Philippenſes. c. 2.*

*o. Ioann. c. 5.*

*p. Ariſtot. 1. Æticorum Plato in Cratilo.*

 dolis,

10 *Ex fine metiri debet honoris appetitus.*

dolis, atque falacijs contendit, & ita ex vſu, fineque, quo tendit, metiri debet. Nam ſi formam, effigiemque honeſti, quæ ſolis animæ oculis cernitur, quis ſequitur, vt honeſtum ſolum appetat, laudabilis erit, ac præclara gloria, ſi vero honoris cupiditati adiungit appetitionem quandam principatus, alta ſemper cupientem, dominationemque qua animus inſoleſcat humanus, aliorum contemptum, ſui ipſius amorem, ambitionem dignitatum, non ſolum iniuſta, & improba erit, ſed ſi ad ſuperbiæ nomen peruenerit, omnium rerum magis moleſta, magiſque Deo, *q* & hominibus deteſtabilis, & vt, vitia magna, quæ magnis etiam in animis, vt virtutes conſidere ſolent, fugienda. Deus enim optimus *r* maximus vt flagitioſum, & turpe prohibet cum aliorum damno primas cathedras, primas in foro ſalutationes, primas in rebus publicis ſedes, more Phariſeorum populari gloria exquirere, & cum eis tumeſcere. Cum nō temeritate, quæ immanitas potius appellāda eſt, non iniuria quærendus, expectandusque ſit honos, ſed vigilātiā, labore, duceque virtute, *ſ* quæ ſemper veluti corpus vmbram, fortunam comitem, & honorem habet, laudataque creſcit. Eaque legitima debet eſſe gloria, vt in ſpe gloriæ filiorum Dei docente Paulo, *t* & nos gloriemur, & qui gloriatur, in Domino ſolo glorietur.

*q. Eccleſiaſt.c.10. Ioann.c 5.*

*r. Math.c.24 Lucæ, & Marci.c 10. & 12. Eccleſia.c.7.*

*ſ. Patritius lib. 4 de inſtitutione Republi. tit. 6.*

*t. Ad Rom.c.5.*

11 *Virtutis & honoris ſocietas & tēplum.*

Virtutum enim honos â natura adiutor datus, & non vitiorum comes. Vnde Romani illi priſci prima ætate Marcelli *u* opera, vnum honori & virtuti conſecrarunt templum, cum ita cohærere debeant, vt ſeparari non poſſent, ſed cum poſtea vnā baſilicam duobus dijs dicare, ominoſum putarent, duo inſtituerunt delubra ita conſtructa, vt in ædem honoris non niſi per domum virtutis eſſet aditus, cum ex illa vera, & legitima gloria naſcatur: omnia enim quæ homines arant, nauigant, *x* ædificant, virtuti parent; & hoc vnum immortale contigit mortali, ſed quamuis inmoderata dominandi libido, imperandique ardens ambitus, in priuatis rebus ſæpe accidat, in publicis, in quibus non perſonis, ſed magiſtratibus, & muneribus ſibi creditis conſulitur, nō ita frequenter inueniri ſolet, cum magis finis eorum, quibus publicæ curę, & magiſtratus commendantur ad tuēda communia iura, & augenda, quam ad priuatam ſui ipſius vtilitatem tendat. Vnde ſicut fugienda erit priuata ambitio, publica magnificentia, & auctoritas diligenter erit quærenda. Pulchrum enim cenſetur Reipublicæ benefacere, & eius curam negligere ignauia, & ſocordia ita turpis eſt, & execranda, vt ſacri canones

*u. Valerius maximus lib. 1. c. de marcello & templo honoris. Eumenius in panegirico, Valduinus in relatione ſol 17.*

*x. Seneca Epiſ. 99.*



12 *Mortalis culpa eſt nō defendere honorem.*

nes tanquam *y* mortalē culpā hanc negligentiā damnent, & leges *z* non honeſtum, ſed turpē ciuem iudicent eum, qui pro ſalute patriæ, & pro religione nō dimicauerit. Quod ſi in magiſtratibus â Regibus cōceſsis, hoc exigitur, cū regnū Liuio teſte lib. 26. ſit res inter Deos homineſquē pulcherrima, in eius dignitate amplificāda, & defendenda, quale ſtudium, qualiſque cura deſiderari debet, cum ad ſuſcitandos ſubditorū animos, vt Regis honorē tueantur, arcta quadā cathena ita deuinxerit eos, qui imperantur cum imperāte, vt ſicuti â ſole in ſubiecto hoc orbe lux, aut tenebræ, ſic â Principis honore, & gloria ſubditorum dignitas, & ſplendor pendeat.

13 *Regis ſui dignitatē præcipue ſubditus tueri obligatur iure & ratione*

Sicut enim Deus in eo totus ſit ſapientiſsimorum hominum ſententia occupatus, vt ſe ipſum, qui fons eſt veritatis intueatur, & hominum vtilitati, ſalutiquē proſpiciat, profecto rex, qui Deo ſimillimum ſe prorſus reddere voluerit, is ſe totum tradere debet ad cæterorum hominum intuendas rationes, eorum præſertim, quibus Deus, vt alijs præeſſent dedit poteſtatem. Ideoq; cum Deus omniū auctor, & rex, reges vt nobiliores, & validiores vicarios *a* ſibi cōſtituerit, vt Plinius in panegerico Traiani inquit. *Principē dat Deus, qui erga omne hominū genus vice ſua fungatur*

14 *De regia dignitate.*

Diuinā quādā in humanis homini dedit poteſtatē, & dignitatē, vt honeſte, ſalubriter, atq; ex vſu publico vnus præeſſet pluribus, leges, & iuſſa poneret, maria, terras, pacē, bella moderaretur, vnde Regē Deū ſacra ſcriptura appellat Pſal. 46. *Quoniā Dij fortes terræ vehemēter eleuati ſunt.* Exod. c. 7. *Cōſtituite Deū Pharaonis.* & c. 22. *Et imago Dei.* Vnde Deū in Regno *b* corporeū, cū Dei vices gerat, vt numē diuinū ſubditi venerātur, & colūt, *Vt qui ordinationi eius reſiſtat, Deo reſiſtat,* ad Rom. c. 23. c. qui ordinationi. 11. q. 3. & ita Plato, Homerus, *c* ac Heſiodus Ioue educatos Reges cōmemorant, quod â Deo in reges, & â regibus in alios, lumē doctrinæ, & ſplendor gloriæ deriuetur, et imago Dei animata appellatur Rex â Menandro, & â Plutarcho in Themiſtocle, & Tertulian. lib. ad ſcapulā. *Colimus imperatorē ſic quomodo & nobis licet, & ipſi expedit hominē â Deo ſeruandū, & quicquid eſt â Deo conſecutū ſolo Deo minorē.* Quare ſicut præmiū regnantiū ipſa eſt regia dignitas, cuius celſitudo, & maieſtas pabulum principū â Cicerone, *d* & Ariſtotele nuncupatur ita ciuium, (cum in vno omnes adſint) ſalus, & nutrimentum imperantis eſt probitas, & prudentia. Quamobrem

 cum

*y. c. nolo. 12. q. 1. c. ſacerdos. 1. q. 2. c. in canonibus. 16. q. 1. c. irrefragabili de officio ordinarij. gloſ. c. dictum d. 81. & c. ea quæ de officio Archidiaconi. Nauar. c. nouit de iudit. nu. 22.*

*z. l. iuſta. ff. de manumiſsis vindicta. l. vt vim. ff. de iuſtitia & iure.*

*a. In proemio & l. 1. & 5. titul. 1. p. 2. gloſ. in principio. auth. pet. Greg. lib. 6. c. 5. de Republi.*

*b. Exod. c. 28. S. Thom. de regimine principium gloſ. in. l. iubemuè. C. de ſacroſanctis Eccleſijs verbò cœleſti. gloſ. in rubrica titu. 1. p. 2. Bald. l. imperiali. C. de nuptijs marinus Frechia de ſub fœudis lib. 1. tit. de origine Baronum. num. 36. ex auth. de inſtrumentorum fide. §. 1.*

*c. Homerus iliados 2. Heſiodus in theogonia.*

*d. Cicero de Republica. Ariſto. 8. Æthico. Beroaldus de fœlicitate, Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi conſiderat. 2. 5. part.*

cum maximo imperio maxima cura inſit, velut ſidera ſplẽdorẽ habent, ſed vt vſibus mortalium deſeruiant, ſic Reges dignitatem, ſed cum munere, officioquê deuinctam collata eſt in ſinum eorum Reſpublica. Sed nempè in ſinum, & vt foueatur, virtutibus abundet Princeps, quibus velut anchoris nauis regni firmetur. Varia prudentia, qua velut clauo gubernetur, religione pia, & ſincera, qua nitẽs acerrimus protector, & defenſor *e* auctoritatis Eccleſiæ fiat, cum ab eo, ipſa auctoritatem velit capere, & cum ab vno capite tot capita pẽdeant, rectê Rex caput Regni in ſacra *f* ſcriptura vocatur, quia ex ſalute, vel ęgritudine eius, cætera mẽbra vel valẽt, vel ęgrotãt. Nã ſi ille ad virtutem præit, ſequuntur reliqui, ſi ad vitia, ad ea inclinãtur, ſi bene beateque agit, florent, ſi improſpere labuntur, aut ruunt cum illo. Item, & anima, & cor populi dicitur, quia vitam, & nutrimẽtum vniuerſo corpori Reipublicæ pręſtat, & vt cor cum corpus ſomno quieſcit, vigilat, ſic Princeps, vt optimus paſtor: cuius vigilantia ſomnos omnium defendit, *g* omnium otiũ illius labor, omnium delitias illius induſtria, omniũ vacationem illius occupatio, eoque diligenter moderante placida vita cum pietate, & honeſtate ſubditi fruuntur. Cum is ſit verè Princeps, qui in ſummo faſtigio non magnus magis, quam bonus audiri deſiderat, magiſque virtutem, quam imperium cogitet, ac ita omnibus proſit, vt hominum cauſa ſit, nec dominus, ſed tutor videatur, & vt animus corpori, ſolque orbi terrarum lucem, & vitam præſtet, caputquè, & corona ſit, quæ vt cingit frontem, ita veluti murus ahæneus omnes circundet, & vt alter Athlas, vlnis, & humeris ſuis orbis curam ſuſtineat, cum Principis magnitudo ſtabilis, fundataque ſit, quem omnes non ſupra ſe ſolum, ſed pro ſe eſſe ſciunt, illud munus exercẽdo. Quod Diocletianus *h* cum priuatus eſſet, nihil difficilius in vita humana, quam bene imperare iudicauit adeo quod cum tantæ molis ſit ſub communi quodam obedientiæ iugo, ab vno capite tot capita coerceri, tã rari boni Principes olim exiſtimabantur, vt quidam (referente Flauio Vopiſco) dixerit, omnes in vno annullo deſcribi, ac depingi poſſe, propterea quod fingendus aliquis ſit, qui nunquam re vera fuerit, ſicuti fingitur idea perfecti oratoris, rectèq; Antigonus *i* filium alloquebatur. *An ignoras fili, Regnum noſtrum eſſe glorioſam ſeruitutem, & qui aliter ſentit, neque Regius, neque ciuilis homo, ſed tyranus iudicabitur.*

15 *Qualis debet eſſe princeps.*

16 *Caput Regni quare dicatur Rex.*

17 *Cor et anima populi rex dicitur, & ſol.*

18 *Quare corona cingatur Rex.*

19 *Quam difficile ſit optime regnare.*

*e. S. Thom. lib. 1. de regimine Principis cap. 2. l. 6. tit. 9. l. 26. titul. 14. l. 3. tit. 29. p. 2. Bal. l. 2. ff. de legibus.*

*f. Sapient. c. 7. Eccleſiaſti. cap. 10. Eſaiæ. c. 1. Paul. 2. ad Corinth. c. 6. c. plurimi. 6. q. 1. c. ſicut. 2. q. 7. c. miramur. dict. 61.*

*g. Seneca epiſtola conſolatoria ad Poleſbium.*

*h. Flauius Vopiſcus in Aureliano. Crinitus lib 13. cap. 8. de honeſta diſciplina*

*i. Ælianus lib. 2. c. 2. de Varia hiſtor.*



Vnde regnandi pondere ſuperati quidam, difficileq; omnium iudicantes hominis in hominem imperium, pondus adeo graue, vt ſuis humeris impar à ſe abdicarunt, vt de Diocletiano *K* Plutarchus de Sylla Timoleo, & Corinthio Siciliæ, *l* Appianus, & Æmilius Probus, & de pluribus alijs Petrus Gregorius cõmemorant. Quorum rectum Conſilium hiſce grauiſſimis verbis explicat Thomas Morus lib. 2. Vtopiæ. *Merito abſtineãt ſapientes à regenda Republica, habentes ſatis, vt qui alienæ ſtultitiæ mederi non poſſunt, ſaltim ſint in tuto, veluti qui effuſum in plateis populum, cum ab imbribus ſub tecto reuocare non poſſunt, conſulte agunt, cum ſe intra tecta continent.* Eamquè regnandi molem à ſe excutere optaſſe Diuum Auguſtum refert Dio, *m* & Ælium pertinacem excogitaſſe in eo narrat Iulius Capitolinus, alijquè (cum regere cæteros, non vnum, ſed plures deſideraret opus, & labor adeo ingens) ſocios ſibi adiunxerunt in imperio, vt Traianum, Theodoſium, & per longæuum curſum annorum, qui ſecuti ſunt imperatores. Hinc argumentum deducitur perſpicuum, & vrgens, quantum vnuſquiſquè ſubditorum regi, vt capiti, cordique ſuo ijs ingenuis dotibus, quibus ornatus eſt opitulari debeat, præcipuê ad dignitatem regiam, regniquè auctoritatem publicam, tuendam, cũ vt membrum particeps fiat gloriæ, qua caput fruitur. Hincquè etiam illa recondita, quæ parum animaduerti ſolet, ratio reddi, excogitariquè poteſt, vnde naſcatur incredibilis, & admirabilis in cordibus omniũ lætitia, qua abundant ciues, cum Rex aliquam vrbem aduentu hilari ornat, vt enim ſol iucundo affulgens lumine, diſcuſsis vndiq; triſtitiæ nebulis, feſtiuis gaudijs omnia conſpectu ſerenat, atquè in nouũ ver terris hiberna niue horrentibus ſuis illis fauonijs aſpirat ita omnium animos, vbi introitus regis apparet, noua lætitia occupat, omnis rerum facies mutato ſqualore eniteſcit, idquè natura quadam & genio ſuadente euenit, cum enim rex ſit anima, cor, caput, radix, ſolquè populi, à quo vita, & lumen eius deriuatur, tunc ſubito ſicut ex muſicæ arte fertur, quod vbi duo inſtrumenta muſica conſonant, vno pulſato, aliud ſine tactu, & pulſatione ſonat, ita & concentu, & ſuauitate quadam membra ſuo capite, corpus, anima, ſanguis corde, rami radice, lumen ſole exultant, virtutequê, & ſplendore replentur, quod ſatis explicat.

20 *Qui abdicarunt molle regnãdi oppreſi à ſe Regnum, & qui id tentarunt, & ſocios ſibi adiunxerunt.*

21 *Subditus vt membrũ capitis regis tenetur ſubuenire eius curæ.*

22 *Ratio quare exultent corda ciuiũ in regis introitu.*

*K. Plutarchus in Sylla. Sigonius lib. 1. de imperio Occidentali, anno 304. Varonius, 2. tomo ann. 304. Zonaras. 3. p.*

*l. Apianus lib. 2. de bello ciuili, Æmilius Probus in Timol. Petrus Gregor. de republica lib. 26 c. 1. & 2.*

*m. Dio lib 52. Zonaras 2. tom. de Octauiano.*

l.1.C.publicæ lętitiæ lib.12.ibi.*Si ſacros vultus inhiantibus forte populis inferimus, hoc ſine immodico prætio nuntiari excipiquè ſancimus.* Vbi ſumptus in publica lætitia qua excipitur rex in ciuitate ſua moderantur, ne reſpondeant voluntati & deſiderio excipientium, nam ſi pro libito expendere poſſent, omnes reditus vt gaudium cordis oſtenderent, in pompa & triumpho cõſumerẽt, & hoc ſignificat illud verbum *inhiantibus populis*, ideſt toto ſpiritu & anhelitu deſiderantibus vultum regis conſpicere. Cum igitur ſatis demonſtrauimus â regia dignitate Regni honorem, & ciuium pendere, & ex Horatio de arte poetica.

*Singula quæquè locum tenent ſortita decenter.*

23 Ac honoris diuerſa genera reperiãtur, (diuino Antonino *n* obſeruante) Vnũq; & pręcipuũ ſit dignitati ſublimiori primã ſedẽ tribuere, cũ ex ea eius amplitudo cognoſcatur, tũ diuino iure, vt patet. c.9.lib.1. Regũ. *Aſſumẽs itaq; Samuel Saulẽ, & puerũ ei⁹ introduxit in tricliniũ, et dedit eis locũ in capi. eorũ qui erãt inuitati.* Et ita illud ſymboli. *Sedet ad dexteram patris.* Et illud Pſal.109. *Sede à dextris meis.* Arguere eminentiam loci *o* eruditi Doctores explicant, cum ex maiori ſede maior dignitas cognoſcatur, idq; tum etiam humano, *p* canonico, & ciuili iure, patet eandemquê contentionem, cum Plautius triũphãs Romã rediret Britanis ab eo deuictis, an Cæſar ad dextera m vel læuam cum eo incedere deberet, retulit Dyoniſius Alicarnaſęus antiquitatum romanarum volumine, cum latus dextrum honorabilius iudicetur ex gl.3.l.decernimus C. de ſacroſanctis Eccleſijs, vbi Bald. notab. 3. Caſtaldus de imperatore, quæſt.66. 24 Eamquê primam ſedem licere omni iure armis defendere ex noſtris iuris interpretibus docent, & grauiſsimi, & diligentiſsimi auctores, *q* idemq; indicant de quolibet gradu eminentiori honorem ſuperiorem indicante, vt in ſubſcriptione honoratiori 25 loco facienda, & prius ſcribenda in ſuffragio, & *r* voce priori loco emittẽda, & omni ſimili vſu, prout cuiuſq; regionis poſtulat conſuetudo in his præcedentijs attendenda. c. legimus. diſtin. 93. Viuius lib.2. deciſsione vltim.nu.2. Quia tamen illi celebritate digni ſunt, qui publico honori, ac decori ſtudent, quoniã. referre gratiam regibus, patriæ parentibus videntur, id facere, cupiens, vt primum lumen ſcholarum, foriquê attigi cauſam regiam publicamquê Hiſpani regni tuendam ſuſcipere decreui; omnium regum primam

23 *Sedes genus honoris.*

24 *Licet defendere armis primam ſedem.*

25 *In ſubſcriptione. & prima voce dignitas maior cognoſcitur.*

*n.* *S. Antoninus in ſumma.4.p.tit.5.c.10 §.2. Caſſane⁹ in Cathalogo.1.p. conſiderat. 10.*
*o.* *Card conſ.32. Felinus in rubr. de maioritate & obedientia Lezeriel lib.2 q.3. de primogenit.*
*p.* *gl. vero altiori. §. alia inſt. de bonorum poſeſſ. & § fin. inſtit. de iure naturali. ex textu. c. antiqua de præuilegijs. c. quia ſanctitas. diſt. 50. l. 23. titul. 21. part. 2. Bald. per textum ibi. l. quotiens. C. vbi ſenatores. Tiraquelus de nobilitate. cap. 20. num. 50. Otalora in principio de nobilit. 5. p. c. fi. Joann. Garſia de nobil. gloſ. 18. num. 44 & gl. 35 n. 59.*
*q.* *Bald. l. decernimus. C. de ſacroſanctis Eccleſijs Caſſane⁹. 1. p. cõſid. 11. et 12. ex. c. per tuas cũ gloſſ. 1. de maior. & obed. c. Epiſcopos diſt. 17. c. quam periculoſum. 7 q. 1. l. 1. C. vt dignitatib⁹ ordo ſeruetur.*
*r.* *Bart. l. 1 ff. de albo ſcribendo. Aſſlictis deciſ. 1. Beroius quæſt. 45. Vellegain ſpeculo principium rubrica. 6. nu. 24.*



mam ſedem Hiſpano regi deberi, vt excelſiori, & ſublimiori, non eloquentiæ, nec ingenij neruis, quos debiles fateor fretus, ſed primum diuino numine, deinde nuda, ſimpliciquê veritate confiſus nihil ad rem tractandam præter fidem, & ingenuitatem, quibus nitimur, adferẽs, quam prouinciam adeo arduam vtinam alij Doctores, qui fœliciter, abſolutius, ac etiã accuratius rem attingerent, ſuſciperent, ſed quia nũc mihi demandata eſt in campum iuris vtriuſquê præſidio, & inueſtigatione auctorum, & rationum (cum victoriæ ſpes in meliori cauſa pendeat,) progredimur, vt docẽte Paulo, is coronari debeat, qui legitimê certauerit. In quo ſi ius eſt in armis, cedant noſtris Galli, qui virium potius, quam ingenij opibus gloriam quærentes pro patrio honore dimicando promptiſsimi ſunt, & caput, fortunaſquê facile pro victoriæ corona exponunt. 26 Si autem in ſcriptis commentarijs de iure certandum erit, ęgram, & prope depoſitam cauſam ſuſcipere videbimur, cum dextera Hiſpano viro, vt pijſsimus aduertit Nauarrus *ſ* potius ad arma exercenda, quam ad calamũ nata videatur, & ita tacendo fortaſſe fateri dicẽt Galli, cũ *t* ex eis tot ſint, qui integris voluminibus ſæpe audaciores, quam veriores tuean tur Regum Galliæ dignitatem, quorum diligentiam & laudo, & Paulus Ioulus lib. 1. hiſtoriæ merito ſic commendat de illis loquens. *Gens alacritatis & peramplæ fiduciæ plena, mirumquè in modum dedita regibus ſuis, quibus diuinum quendam animi vigorem perſuaſum habent.* Ex noſtris autem ſolus Fernandus Menchaca *v* hanc quæſtionem leuiter, & prima fronte per tranſeneam non ijs neruis, vt res poſtulat, attigit, & aliqua adducit Lancellotus Conrradus Mediolanenſis auctor, vt nobis conuenire videatur id, quod de Romanis circa. Athenienſes refert Saluſtius. *Athenienſium res geſtæ ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplæ, magnificæquè fuere, verum aliquanto minores tamen quam fama feruntur, ſed quia prouenere ibi ſcriptorum magna ingenia per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur, ita eorum, qui ea fecere, virtus tanta habetur, quantum verbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Romano nunquam ea copia fuit, quia prudentiſsimus quiſquè negotio ſuo intentus maximê erat. Ingenium, nemo ſine corpore exercebat. Optimus quiſquè facere, quam dicere ſua ab alijs bene facta laudari, quam ipſe aliorum narrare malebat.* Sed tamen quia ex iuris regulis, qui tacet, non fatetur, *x* nec negat, cum mentes Gallo-

26 *Hiſpani armis, Galli ſcriptis patriam defendunt.*

*ſ.* *Nauar. in apologia de redditibus monito 83. nu. 2.*
*t.* *Renatus chopinus lib. 3. de domanio Franciæ. c. vlti. nu. 11. Caſſaneus. 5. part. conſid. 31. Boerius de auctoritate magni Principis Carolus Graſalius de iure Regni francorum Corſetus de poteſtate regia. quæſt. 21. & 22. & 27. Selua de beneficio. 2. p. q. 23. Marzarius conſ. 26. & Vicentius Cigault in allegatione circa capitula regalia. §. capitulum regale.*
*v.* *Mẽchaca in proemio illuſt. controuer. nu. 18. Lancellotus Conrradus in tẽplo omnium iudiciũ lib. 1. c. 2. § 3. nu. 14 cum alijs.*
*x.* *c. is qui tacet de reg. iur. lib. 6.*

BIBLIOTECA

Gallorum, qui Reges ſuos in cœlum extollunt, ſummo prætio habeam & colam ne ſilentio fateri videamur, non negligenda in nobis cura erit, ſed expetenda, ſummaquè cum diligentia exquirenda, & cum ea, quæ patrij honoris, & regiæ dignitatis ſunt, omnibus ſint communia, & ſummis viris, infimis, & mediocribus tuēda, & conſeruanda erunt, quin etiam ſolus ipſe per ſe huiuſmodi conatus iuſtus eſt, atquê laudabilis, ideo diuinum numen faueat, vt aggrediar quæſtionem iſtam, & perficiam inter has duas Germanas nationes tot ſeculorum ſerie, & hiſce noſtris ſæculis adeo diſceptatam, vt Venetijs inter legatos noſtri catholici Philippi ſecundi Regis Hiſpaniarum, & Henrrici Gallorum regis excitatam Marzariusconſ. 26. retulerit, & inter Franciſcum Mourinum cancellarium maximi illius Caroli quinti Imperatoris, antequam imperij culmen, & coronam adeptus eſſet, & Antonium Prato eximij Frācíſci Regis Gallorū cācellariū āno 1521. in ciuitate Cales Caſſaneꝰ *y* memorat. Eſt enim hæc contentio, in qua non ambitio priuata, ſed publicus regni, & patrius honos eſt diſputationis argumentum quod ſacra pagina commendatur Eſaia. c. 24. præcipiente. *Gloriam meam alteri non dabo,* & cap. 4. Baruch. *Netradideris alteri gloriam tuam, dignitatem tuam genti alienæ.* Prædoquè ſui ipſius à iure *z* iudicatur, qui honorem â virtute profectum cum iactura ſua alteri relinquit. Cum pro religione, *a* pro regibus, pro patria, pro parentibus defenſionem ſuſcipere, legitimum, ac naturale ius ſit, idquè omni æuo vter alteri præferendus, eſſet de certatum, & controuerſum extitit apud omues gentes, *b* ex quibus ius gentium iudicabitur, vt delegatis Samnitum, & Campanorum Liuius lib. 47. commemorat, magnumquè Alexandrū in ludis Greciæ totum fuiſſe occupatum in dirimendis circa primas ſedes quæſtionibus excitatis. Quintus Curtius lib. 1. recitat. Apud nos, & olim, & hodierna die inter Toletanam vrbem, & Burgenſem in omni curiarum congregatione circa primam vocem proferendam controuerſia viget, quæ â regibus componi *c* ſolet. Eandem inter Salernum, & ſurrentum, Campaniam, & Coſſentiam, Neapolitano regno, & inter Catoloniæ, & Valētiæ regna extare litem Velluga, *d* & Frechia diſputant, & de republica Venetorum conſuluerunt Menochius, *e* & Tiberius Decianus & quæſtionem inter Duces Florentiæ, & Ferrariæ

27 *Ius diuinū naturale gētium. & humanum dictat pro dignitate publica contendere.*

28 *Qui de prima ſede cōtederint.*

*y. 5. p. conſid. 29. et 45. in Cathalogo gloriæ mundi, et Pacianus de probationibꝰ lib. 2. c. 35. nu. 38.*

*z. cap. ſacerdos. 1. q. 2. c. nolo. 12. q. 1. Caſſaneus. 1. p. conſid. 55.*

*a. l. Vt vim. ff. de iuſti. et iure cum l. ſequenti.*

*b. §. ius gentium inſt. de iure naturali.*

*c. Hiſt. regis Petri anno. 2. c. 16. et 17. et hiſtoria Ioannis 2. Regis. c. 5. initio eius in Henrrico. 3. & Ioann. 2. c. 71.*

*d. Velluga rubr. 6. nu. 24. in ſpecu. principū Frechia de ſub fæudis de origine baronum. §. dubitatū. nu. 25. & §. etiam nu. 10.*

*e. Menochius conſilo. 126. lib. 2. Decianus conſ. 7. lib. 3.*



rariæ recitat Comes Natalis lib. 14. in fine eius hiſtoria ſui temporis & conſilijs illuſtrarunt huius ſæculi excellentes iuris vtriuſque Doctores partes Ferrariæ ſuſtinēdo collegium Bononienſe, & Paduanum Philippum Portium, & Decianum, Florentinam autem ſuſcepere defenſionem Marzarius *g* & alij quod antea controuerſum extitit inter duces Mediolanenſes, & Sabaudiæ Ægidio *h* Boſio referente, & inter duces Burgundiæ in ea re victores, et electores imperij recenſet quæſtionem Caſſaneus, *i* et inter Ferdinandum Regem Apuliæ cum rege Scotiæ memorat Iheronymus Paulus in practica cancellariæ Apoſtolicæ. c. de ſumma doctrinali verſiculo de regno Scotiæ et de regno Gothorum cum alijs contendens agit Ioannes Magnus in proteſtatione concilij Baſilienſis edita in hiſtoria eius. num. 16. â. c. 28. ſimileſquè diſſenſiones inter Poloniæ et Luſitaniæ Reges et duces Vrbini ac Mantuę memorat Comes Natalis hiſtoria ſui temporis lib. 11. anno. 1558. et inter ducem Burgundiæ et Andegauenſem refert contentionem circa ſedem Boerius de auctoritate magni cōſilij nu. 207. et num. 110. inter Marchionem de Tranſio et vicecomitem de Tallardo Ioannes Garſia de nobilitate gloſ. 35. numer. 59. priuataſquè alias diſſenſiones Mogunciæ apud Henrricum tertium Imperatorem, et Galliæ apud Carolum ſextum Gallorum regem narrant Sanctus Antoninus, et Carolus *K* Guaguinus diſcordiæquē huiuſmodi ſpirituales monachos, ſolitudinem, ac humilitatem eligentes perturbant ad forumquê circa eas iudicandas trahunt, vt Menochius, *l* et Caſſaneus aduertunt, et concilium Tridētinum, *m* ſedandas et componendas in pompis publicis ordinarijs reliquit, cumquê frequens ſit hæc diſputatio, vt dicitur. l. decernimus. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, vbi gloſ. verbo reſidendi, frequentior tamē in concilijs vniuerſalibus, quæ aliquandiu ſuſpendit, ea et diſtulit ſicut occaſione legatorū Caſtellæ, Aragoniæ, & Angliæ in Conſtantienſi ſynodo euenit, vt patet ſeſion. 21. donec ſeſione. 26. decretum eſt, ne loci ratio haberetur, in qua diſceptatione domeſtici hoſtes bello ciuili ardentes reges propinquitate, & fœdere amicitiæ coniunctiſsimi iudicabātur, nam Ioannes ſecundus rex Caſtellæ prior in ſede, & voce iudicari contendebat. Alfonſus quintus rex Aragonię ſe cum patre de honoris controuerſia dimicaturum polli-

*f. Portius cōſ. 167. Decianus conſ. 19. lib. 3.*

*g. Marzarius conſ. 26.*

*h. Boßius in practica tit. de Principe.*

*i. Caſſaneus. 5. par. conſid. 29.*

*K. S. Anton. 2. parte hiſtoriæ à tit. 16. c. 4. §. 3. & Guaguinus libr. 9. in Carolo. 6.*

*l. Menochius conſ. 51. lib. 1. Caſſaneus. ſupra.*

*m. Trid. ſeſion. 25. c. 12. de regular. Gama deciſione. 1. nu. 7. & 8.*

*Tranſierunt deinde Ligures, in eū trāſierunt, et Hiſpani, quod ex ſimilitudine ritus apparet, eadem enim tegumenta capitum, idemquê genus calceamenti, quod Cantabris eſt.* Idquè annotauit Stephanus Forcatulus lib. vltimo de Gallorum imperio, quod hodierna ætate experimur. Nam ab Hiſpanis pars Galliæ in regno Catalaniæ poſsidetur, & â Gallis pars Nauarræ ex regnis Hiſpaniarum occupatur, aſsiduoquè omni æuo vxores regibus Gallorum Hiſpania procreat, Galliaquê Hiſpanis, vt vſu experimur, & teſtatur Alfonſus Carthagena. c. 75. in Anacephaleoſi, regeſquê noſtri, vt catholicus, maximuſquê Philippus rectiori linea ab illuſtri progenie ex Meroueis, & Pipinis, Gallis deriuantur, quam qui ſecuti ſunt reges Galliarum, & de hac ſede contendunt, ideoquê ciues cum ciuibus de virtute certare æquum eſt, & non detrahendo gloriæ Gallorum, quæ & noſtra vt fratrū germanorum eſt, & regis noſtri cui magna pars Galliæ paret vt Gallia Belgica Burgundiæquê pars, & aliæ partes ex Nauarro in epiſtola ad ducem Alburcenſem verſiculo ad quartum reſpondeo, callidiquè aduocati, & facundi oratoris perſona exuta ſolum fidelis hiſtoriagraphi eam induens vtriuſquê regni excellentias commemorabo, ſi non acute, & ſapienter, verè tamen, ingènue, & bona fide cum veritate qua nihil nobis omnino antiquius eſſe debet, cum eccleſia cui hæc omnia conſecrantur, mendacijs, & commentis non delectetur, & omnes fingendi, vel adulandi cauſæ ab ea procul abeſſe par ſit, vt inde conſtet, cui fratri primogenitura, cuiquè filio prima benedictio matris eccleſiæ debeatur: & quia datur laudi aperta, & lucida veritas eſcaquê non plurima, ſed quæ ſuauiſsima eſt, & pauca nutrit, ac reficit, qua breuitate potero rem tractabo, quia iam diu nobis illud ſedit, non quod magnum bene, ſed quod bene magnum, initiumquê ſumam ab origine, qua reges, & legati concilijs intereſſe cæperunt, vt ab ouo, vt dicitur, incipiam, & appoſite exordiar.

(?)





# CAPVT PRIMVM

## quo de origine, & cauſa agitur, ex qua Imperatores, & Reges intereſſe debeant ſacris Concilijs, ſeu eorum legati, & qui primi interfuerint, oſtendendo, quod primus ex Regibus Rex Hiſpaniarum Concilijs adfuerit.

1 *Iuditium de ſpiritualibus eſſe pōtificum, nō regum oſtēditur, ſed vtraq; poteſtas mutuū auxilium alteri præſtat*

DE Rebus ſacris Pontificū qui vim, numenq; Dei optimi maximi in orbe tenent, nō principum iudiciū eſſe nemo Chriſtianus, niſi temerario, & hęretico ſtudio negare poteſt: quod & Leontius Tripolitanus antiſtes Conſtantio Imperatori, fertur in conuētu *a* Epiſcoporū reſpōdiſſe, ſed non ita diſsimilia ſunt vtriuſq; reipublicę inſtituta, quin quoddam inter ſe vinculum commune non retineant, & mutua quoquè alter ſtatus ab altero ſubſidia rerum gerendarum petere conſueſcat, vt eſt exemplum Pauli, *b* qui ad depellendam iniuriam, ciuem Romanum ſe eſſe profitens, Regibus vti voluit, prout beatus Auguſtinus *c* animaduertit. Sed in hoc viciſsitudinario auxilio, non vt Optatus Mileuitanus imperatorum fautor profert, rempublicam non eſſe in Eccleſia, ſed Eccleſiam in republica, id eſt Imperio Romano, aſſerimus, ſed potius cum beato Ambroſio de negotio fidei ad Cæſarem ſcribente, Imperatorem, reſq; eſſe in Eccleſia, non ſupra Eccleſiam fatemur, & vſq; ad ſanguinem tuebimur. Quid enim ęquū Quid rectum? Quid fauſtum, ac fœlix Principes gerere poſſent? Niſi Eccleſia prius â deo, â quo bona cūcta procedunt, aſsiduis precibus poſtularet, vt eis prę ſto ſit, & auxiliator. Quod & Iheremias, Daniel, Zacharias, Petrus, Paulus ſępe pro principib⁹ orare in eccleſia pręcipiunt, iſq; primitiuę eccleſię apud protochriſtianos ex Tertuliano in apologetico aduerſus gētes mos fuit, vt incolumitate imperij, pro poteſtatibus, & miniſtris, & antelucanę, nocturnęq; ſine intermiſsione fierēt orationes, q̄ nec ab vſu receſsit, cum id apud nos, & iure, & cōſuetudine receptū, experiamur. Vnde primū in hoc diſſerendo themate, axioma catholicū, conſtituo, Imperatores, reges, & eorū legatos non ad diffiniendū aliquid ſuffragio, nec vt eorū auctoritate, & poteſtate aliquid decernatur, in cōcilijs intereſſe,

2 *Axioma Principes non addifiniendū, ſed ad conferēdum intereſſe concilijs*

*a. Suidas in hiſtoria verbo. Leontius Tripolis.*

*b. Actuum. c. 22.*

*c. lib. 12. contra literas Petiliani. c. 58 refertur. c. 1. c. ſi in adiutorium. c. quoniam idem mediator diſt. 10. Petrus Gregorius lib. 13. c. 1. n. 20. cum alijs de republica.*

ſe poſſe, nec vnquã à Chriſto nato habuerũt vocẽ diffinitiuã, vt notat Ioãnes Echius in locis cõmunib⁹ aduerſus Lutherũ.2.concluſ.de Concilijs videdus Anaſthaſius, Germanius lib.2. de ſacrorũ immunitatibus.c.12. Sed ſolum inuitari, conuocarique debere, vt cum eis de reipublicæ Chriſtianæ ſalute, & gubernatione, quid decerni debeat à patribus Eccleſiaſticis conſulatur, ac conferatur, Principum enim non liberum ius in ſacris eſt, ſed inſpectio quædam, idquè tuendi magis, quam cognoſcendi cauſa, & ita vocantur, vt ſint teſtes defenſores conſiliarij executores ex Ioanne Echio ſupra, & amici fratres, patroni, debitoreſq; eccleſię ex Bal.c.olim de reſcriptis, Caſtaldo de imperio. quæſt.94. in quo axiomate anceps, & valde apud gloſſas, *d* & Doctores noſtros diſputata quæſtio extitit, an de neceſsitate, vel honeſtate, & vrbanitate ſolum exigatur, vt Principes Chriſtiani ad concilia conuocẽtur, in qua ſacroſanctæ matris Eccleſiæ iuditio, me, & omnia dicta, & facta mea ſubijciendo, exiſtimo veritati conſentaneum eſſe, quod ex multis, quæ in iure prohibentur, facta tamen tenent, *e* hoc vnum eſt. Nam concilia celebrata auctoritate ſummi Pontificis, etiam ſi non conuocentur Principes Chriſtiani, firma, & valida erunt, ſed dum ſint vniuerſalia, ſi antequam celebrentur, vel perficiantur, Reges Chriſtiani petant, vt abſque eorum, vel legatorum pręſentia non celebrentur, debent expectari Principes, poſſuntque ipſi defendere vt differatur Concilium, donec intereſſe poſsint, vt ex noſtris *f* iuris interpretibus locupletiſsimi, & grauiſsimi auctores docuerunt. Quæ ſententia auctoritate Pontificum confirmatur. Primo ex regula Nicolai Pontificis ad Michaelem Imperatorem ſcribentis, dum eius præſentiam in Concilijs, quæ non ſint vniuerſalia, vbi de fide agitur, neceſſariam non eſſe docet, ſed ſolum in vniuerſalibus, quia omnium communis eſt cauſa, & quæ ad omnes & clericos, & laicos pertinet Chriſtianos, vt in decreto Gratiani *g* habetur. Secundo id Symachum Papam, vt Theodorico Regi Italiæ, & Hiſpaniæ ſatisfaceret, feciſſe legimus apud eundem Gratianum, conuocauit enim Concilium, vt ipſe intereſſet *h* Rex. Idq; tertio Innocentij quarti *i* reſponſo conſtat, dũ ex bello, quod Federicus Imperator cũ eccleſia gerebat, ipſe cõcilium, quo Reges intereſſe deberẽt, cõgregare proteſtatur, illud vt

3 *Iure fundatur dicta ſẽtentia.*

*d. gloſ fin. c. Adrianus el.1. & gloſ.1 in fine.c.quãto.63. diſt. gloſ. fin.c. vlt. de his quæ fiunt à prælato ſine conſenſu capituli vbi Abbas Antonius Immola & alij Alaba de concilijs.1, p.c.3, n.4. Coſma. in pragm. ſanct. de aucto. cõciliorũ verb. conciliorum Velarminus cõtrouerſiarũ tract. lib.1. de concilijs.c.15. & 16. controuerſia 4.*

*e. l. patre furioſo cum gloſ. verb. retinere. ff. de his qui ſũt iuris ſunt vel alieni.*

*f. Abbas Panormitanus diſputatę. 1. nu.27. & Cardina. c. licet de electione in q.4 poſita ſub q. 32 principali n.12 Selua de beneffi.2. part.q.23 n.4. Iacobatius de Concilijs lib.2. art.1. verſ. itẽ de Regibus, et verſ. ſed de Imperatore, & verſ. certe licet doctores.*

*g. c. vbinam. 96. diſt.*

*h. c. concilia diſt. 17.*

*i. c. Apoſtolicæ de reiud. lib.6.*



vt notiſsimum ſcribens; quod Reges Concilijs intereſſe debent, quod cum auctoritatis argumento oſtenſum videatur, rationibus patet. Primo cum id ſit iuris vulgatiſsimum principium, quod conſuetudo *K* obtinet vim legis conſuetudine iam inde ab eo tempore, quo Conſtantini Imperatoris præſentia Nicenum primum vniuerſale fuit celebratum Concilium in reliquis Imperatorum, & Regum, ſeu eorum legatorum perſonæ interfuerunt vniuerſalibus Concilijs, vt in Tridentino vltimo. Lateranenſi, Viennenſi, & Baſilienſi Conſtantienſi, & omnibus celebratis id ex eorum actis conſtat, igitur ſi conſuetudo habet legis vicem, & conſuetudine Eccleſiæ hoc receptum eſt, lex Eccleſiæ iudicabitur, vt Reges, & Principes Chriſtiani Concilijs interſint, & vt illis ſeruetur conſuetudo quæſita tempore, & iure defendere iuſte poſſunt. Secundo ad Concilia, & acta iudicialia de iure *l* citari debentij, quorum intereſt in lite, ſed de cauſa Imperatornm, & Regum in Concilijs agitur, vt eorum interſit adeſſe, tum quia defenſores, & aduocati Eccleſiæ ab eadem *m* iudicantur, & ſuſcipiuntur, tum etiam quia communis *n* cauſa eſt ea, in qua de fide agitur, & priuata vniuſcuiuſquê regni, dum de moderatione eius in ecclæſiaſticis, & temporalibus rebus, & reformatione morum in ſynodis decernendum eſt. Ideoquè in nationalibus Cõcilijs Toletanis *n* initium ſumebatur pro Regibus pręces emittendo, quarum forma recenſetur Agathenſi Concilio ſub Celeſtino primo congregato cap. 1. quod cum ratione nitatur maxima hæc ſententia, vt dilucidius pateſiat, ſigillatim, commemorabo aliquas cauſas, ex quibus Reges ad ſynodos vniuerſales conuocare opus eſſe iudicabitur.

4 *Ratione eadem opinio demonſtratur.*

Prima cauſa, in qua gloſſæ, & auctores ſuperius recitati conueniunt, colligitur ex iã memorato decreto Nicolai Papæ apud Gratianum *o* relato, quod cauſa fidei ſit communis, & laicis, & clericis argumentum ſic conſtituendo, Eccleſia eſt omnium fidelium ſæcularium, & Eccleſiaſticorum congregatio, *p* ſed in Concilio agitur de fide, quæ communis eſt omni congregationi igitur, ſicut pro ſtatu Eccleſiaſtico antiſtites adſunt in Concilijs, æquum eſt; & iuſtum vt pro ſtatu temporali reges ſæculares, vel eorum legati interſint. Licet enim laici in articulis fidei, & dogmatibus Eccleſiæ non docere, ſed doceri debeant,

5 *Prima cauſa recenſetur eius ſententiæ.*

*K. c. conſuetudinis diſt.11. l. ergo. l. imò l. de quibus cum alijs ff de legibus. c. fi. de conſuetud.*

*l. c. fin. de electio. in 6. clemen. paſtoralis de re iud. l. de vno quoque. ff. de re iudicata.*

*m. c. venerabilẽ de electio. ibi. Sedes apoſtolica aduocato et defenſore carebit dũ de Imperatore eligẽdo agitur in textu clement. ne Romani de iureiurando ibi. Ipſius Eccleſiæ debeãt eſſe promptiſsimi defenſores.*

*n. c. vbi nã.96. diſ.*

*o. c. vbi nã. 96. diſ.*

*p. c. Eccleſia de conſecratione diſt. 1.*

q. c. docendus diſ. 65. c. placuit. 17. q. 2. c. 2. §. fi. de hære. lib. 6.

r. c. nos ad fidem. 96. diſt.

beant q ideoquè cum non cum auctoritate difinien-
di, nequè iuriſdictione interſint, vt proteſtatur Mar-
tianus Imperator, r tamen vt omnes vno ore pro-
fiteantur eandem vnam fidem Catholicam, & con-
firment vno conſenſu laici quod ſacerdotes decer-
nunt, adeſſe ibidem debent, cum & fides Catholi-
ca apud ſeculares manere poſsit, vt apud beatam
Virginem Mariam ſemper abſquè vlla intermiſsione
firmiter, & conſtanter manſit. Vt Abbas Panormi-
tanus diſputatione. 1. numer. 28. hac vtitur ratioci-
natione & Cardinalis Aræcœli de œcumenico Con-
cilio. cap. 12. &. 13.

Secunda recenſetur cauſâ ex eo, quod in Con- 6
cilijs, vt in ſacro Tridentino vltimo experientia di- *Secũda cau*
dicimus, agitur de ſacramento matrimonij, quod ſe- *ſa.*
lum ſeculares contrahunt, & ita in re adeo ad eos
ſpectante, æquum eſt, vt conſulantur, & audiantur
in eo, quid expediat decernere, quid augere circa
impedimenta, quid diminuere ex decretis, & vt le-
ges ſ ciuiles, & Eccleſiaſticæ componendæ ſint cir-
ca nuptias ſtatutæ.

ſ. c. cum ad ſedem. 35. q. 2.

Tertia cauſa adducitur ex eo, quod in Concilijs 7.
agitur de iuriſdictione Eccleſiaſtica, & eius præuile- *Tertia cau*
gijs, in qua ſæpe ſolent inter magiſtratus vtriuſquè *ſa.*
poteſtatis Eccleſiaſticæ, & ſæcularis oriri diſcordiæ,
an clerici primæ tonſuræ debeant foro Eccleſiæ vti
& a tributis regijs immunes declarari, & quando &
quibus in delictis, vt ſtatutum eſt in ſacro Tridenti-
no t Concilio, & quando de legitimitate inciden-
ter ſuſpendendo cauſas temporales v debeat Eccle-
ſiaſticus cognoſcere, & ratione peccati x debeat
coerceri ab Eccleſia fidelis laicus, item & ratione iu-
ramenti vſurarum, & alijs ſimilibus cauſis, in quibus
& circa temporalia, & circa ſæculares Eccleſię iudi-
cium eſt expectandum, & requirendum. Item & præ-
uilegia regibus ab Eccleſia conceſſa examinantur, &
vt conſeruentur, nequê violentur circa hæc omnia
diſcutienda, & conferenda reges audiri, & conſuli
debent.

t. Seſion. 22. c. 6.

v. c. tuam de ordine cognitio. c. cauſamq; qui filij ſint legitimi.

x. c. nouit de iudicijs.

Quarta cauſa erit eiuſdem Concilij gratia, vt defen 8
dantur in eo nomine Dei congregati ab omni hære- *Quarta cau*
ticorũ, & infidelium y audacia, & cum ſilentio, vt de- *ſa.*
cet, cũ quiete ac ſecuritate, & libertate omnes ſuffra-
gium præſtent, nequê violentia vlla fiat, ſed vna vox
omnium videatur.

y. Conuocatori. concil. Trid. Pij. 4. ſeſſ. 16. Eugubinus de reparatione fidei lib. 5 ſigno. 13. c. 8.

Quinta



9 Quinta cauſa adiungitur â Siſenãdo Rege Gotho-
*Quinta cau* rum initio Concilij Toletani quarti, vt tam in ſtatu
*ſa.* Eccleſiaſtico, quam temporali Reges quid in mori-
bus praue vſurpatum agnoſcunt, referatur vt per Ec-
cleſiam id quod ad eius iuditium & forum pertinet,
reformetur.

10 Sexta cauſa habetur Eccleſiæ moderationi neceſſa
*Sexta. cau-* ria, & defenſioni, cum ſæpe vt in Viennẽſi ſynodo de
*ſa.* bello infidelibus inferendo, & expeditione ad Regio
nem ſanctam Hieruſalem recuperãdam, & Principes
Chriſtianos fœdere coniungendos agatur, vt Pius
quartus in conuocatoria Concilij Tridentini ſeſsio.
16. conſtituit, ad quam cauſam, quæ peculiaris Re-
gum eſt, eos eſſe conuocandos nemo negare poterit.

11 Septima cauſa additur, vt Reges confirmantes de-
*Septima* creta Cõcilij aſſentiant, licet non diffiniendo, ſed pro
*cauſa.* bando, & ſicut teſtes ibidem extiterunt executores in
regnis ſuis validi exiſtant eorum quæ probarunt, &
vt teſtes interfuerunt, & ſeuere in eos, qui liberta-
tẽ m Concilij, immunitatem, atquê iuriſdictionem
impediunt, animaduertant, nec patiantur lædi ab
aliqua poteſtate decreta eiuſdem ſynodi, vt longio-
ri ſermone recitat ſacra ſynodus Tridentina ſeſsio-
ne. 25. cap. 20. & Pius quartus in Bulla confirmatio-
nis eiuſdem Concilij ita hortatur, vt qua pietate per
oratores ſuos affuerunt Reges Concilio, eadem, ac
pari ſtudio exequi decreta curent, & vbi opus fuerit,
auxilientur, idquê eleganter aduertit Clemens Mo-
nilianus Cardinalis Aræcœli in compendio Theolo-
gicarum inſtitutionum tractatu de Concilio Ocume-
nico. cap. 12. &. 13. Quod in hiſce Hiſpaniarum reg-
nis religioſiſsimê ad vnguem â religioſſiſsimo Rege
noſtro Philippo ſecundo obſeruatum ſemper fuit, et
quotidie obſeruatur, cum litteræ Regiæ in ſupremo
eius ſenatu expediantur, vbi aliquod decretum Con-
cilij cuſtodiendum neceſſe eſt, & omnes cauſæ ad Cõ-
cilium ſpectantes, & obſeruantiam decretorum eius
in illo tantum ſupremo, ſenatu Regiam perſonam ſu-
ſtinente, litigantur interdictis alijs etiam Regijs au-
dientijs, ne de illis vlla occaſione cognoſcant; etiam
ſi per modum violentiæ adferantur, cum vt patronus,
& executor Concilij Rex ipſe ſit, eiuſquè commiſsio
12 ne ſenatus ſupremus ſolum examinet Concilij quæſ-
*Ratio qua-* tiones, eaquê potiſsimum eſt cauſa praxis, quare ad
*re cauſæ Cõ* id ſolum tribunal huiuſmodi lites deferantur, inde-
*cilij Triden*

 quê

què etiam cõſtituitur ius, vt Reges in ſuis regnis poſſint addere pœnas in violatores z decretorum cõcilij, vt firmius obſeruentur, fideliuſquè cuſtodiantur, poſsitquê rex punire tranſgreſores eiuſdem Concilij etiam clericos, vbi eius auxilio opus fuerit, quia id non propria, nequê regia auctoritate, & iuriſdictione facit, ſed eccleſiaſtica demandata ſibi vt executori ab ipſo Concilio, poteſtate, ſicut Pelagium Pontificem Iuſtiniano delegaſſe eam, vt executori communi retulit Platina in vita Pelagij primi circa coercendos hæreticos, quod tamen temperandum eſt, vt pœna temporalis, non eccleſiaſtica addatur, vt aduertunt frater Alfonſus â Caſtro inſignis Theologus, *a* & copioſus noſter Fernandus Menchacenſis. et exẽplum apud nos adduci poteſt in clandeſtino matrimonio puniendo, cuius pœna cum & iure communi antea & poſtea ſacroſancto oncilio Tridentino *b* ſit ſtatuta, additur temporalis exilij, & publicationis circa dimidiam bonorum â lege *c* regni.

*z. Argumento gl. fin. c. nec licuit diſt. 17. vbi Archidiaconus, per tex. cap. de liguribus. 23. q. 5. ſic inducẽdo, quod ille textus dirigitur Marſæ Patritio, vt comprimat principali poteſtate tranſgreſſores, & ex authẽ. quomodo oporteat Epiſcopos collate. 1.*

*a. Caſtro lib. 2. c. 27. de iuſta hæreticorũ punitione Mẽchaca, §. 26. nu. 57. de ſucceſſ. creatio.*

*b. c. cum inhibitio de clandeſtina deſponſatio. Conc. Triden. ſeſſion. 24. de matrimon. c. 1.*

*c. l. 49. Tauri. l. 1. tit. 1. lib. 5. recopila.*

*tini ſolum examinentur in ſupremo ſenatu Hiſpaniarum nõ in alijs, & reges poſſint adijcere pœnas cõtra non ſeruantes decreta Concilij.*

13 Octaua cauſa ab eruditiſsimo ſane viro Michaele Thomaſio de ratione habendi concilia ſummo cum iudicio commemoratur, quod Regum ſummorumquê ſecularium, magiſtratuum cauſæ quandoque in Concilijs ex regis conſultatione, vt conſulat grauiſsimos patres ſolent tractari, vt patet ex Concilio Toletano, & ad notationibus eruditiſsimis numquam ſatis laudati viri Garſiæ Loaiſæ eiuſdem Toletanæ Eccleſiæ præſulis, ex quibus, & Roderici Toletani lib. 2. cap. 19. hiſtoria colligitur, quod cum Cinthilæ, qui primus ex omnibus regibus Gothis pulſis Romanis totum Hiſpaniæ regimen obtinuit, ſucceſſerit Siſenandus vt imperium ſuum confirmaret nationale illud Concilium ex Epiſcopis Hiſpanię, & Galliæ Gothicæ conuocauit, vbi de priuatione Suintilani Regis cum vxore, & Genaloſa fratre eius actum eſt, vt Canone. 75. eiuſdem Concilij extat, & Principum regna, cauſæquê ſtabiliri in ſynodis ex Concilio Toletano quinto, Canone. 1. & alijs, & ſexto Canone. 13. cum ſequentibus apparet. Item & quod cauſæ ſecularium magiſtratuum ad concilia deferantur, vt cõſultis præſulibus regius executor auctoritate regia conſtitutus in ſynodo in eos animaduertat ex Canone. 13. eiuſdem Concilij Toletani quarti, hiſce verbis ſatis demonſtratur. *Omnes autem qui cauſas aduerſus Epiſcopos, aut iudices, aut potentes, aut contra quoslibet alios habere*

*Octaua cauſa.*



*habere noſcuntur, ad idem Concilium concurrant, vt quæcumquè examine ſynodali à quibuslibet praue vſurpata inueniuntur regij executoris inſtantia, iuſtiſſimè his, quibus iura ſunt, reformentur, ita vt pro compellendis iudicibus, vel ſecularibus viris ad ſynodum Metropolitani ſtudio quidam executor à Principe poſtuletur.* Quibus iuditijs Eccleſiaſticis nihil ſane regiæ iuriſdictioni detrahebatur, cum omnis executio per regios executores fieret, immò Rex ipſe magna moleſtia leuabatur, cum res grauiſsimæ regni ſui, ex quibus aliquando tumultus populorum oriuntur, optimorum ac prudentiſsimorum conſilio, quales Epiſcopi illi erant, & nunc ſunt, tractarentur, nam quantam curam conſeruandæ regiæ iuriſdictionis, vt inuiolata eius maieſtas maneret, perſpicaciſsimi illi epiſcopi habuerũt, ex decreto vltimo illius quartę ſynodi quilibet cognoſcere poterit, ſicut cõtra lædẽtes maieſtatẽ regiã illis cõmittere cauſam ſolebãt reges, ſæpe vt in eiuſdẽ canone trigeſsimo Cõcilij apparet â Gratiano *d* relato. Idquè Alaricum in codice Theodoſiano promulgando obſeruaſſe recenſet Varonius 6. tomo annalium Eccleſiaſticorum anno. 507. cum prius id â Prouincialibus Epiſcopis examinari voluit, & leges ſæculares ab eis probari in vſu eo ſæculo receptum fuit, & Reges Galliæ Abbati ſancti Dionyſij lege ſua ſubdebant perſonam Regiam, vt de eius moribus cognoſcerent Renatus Chopinus de ſacrapolitia lib. 2. tit. 12. num. 16. ita & hodie non male regno ſuo conſulerent Reges, ſi hoc eis iuditium contra magiſtratus eximios præcipue vbi pauperes vexantur, permitterent, maximè cum querelas pauperum negligere non poſsint Epiſcopi, vt remedium adhibeant, etiam â regibus poſtulando, vt ſancitum extat canone. 32. eiuſdem quarti Toletani Concilij hoc ſermone. *Epiſcopi in protegendis populis, ac defendendis impoſitam à Deo ſibi curam non ambigant, ideoquè dum conſpiciunt iudices, ac poteſtates pauperum oppreſſores exiſtere, prius eos ſacerdotali monitione redarguant, & ſi contempſerint, emendare eorum inſolentiam regijs auribus intiment, vt quos ſacerdotalis admonitio non flectit ad iuſtitiam regalis poteſtas ab improbitate coerceat, ſi quis autẽ Epiſcoporũ id neglexerit, Concilio reus erit.* Idem Carthaginenſi. 5. c. 9. & Africanò. cap. 42. habetur. Itaquè ſaltem hiſce tẽporibus certiores Reges de hac re facere debent, & poſtulare remedium ab illis adhiberi. Item & ſi quæ leges deſiderantur ad gubernationem regni *e* admone

*d. cap. ſæpe. 13. quæſt. 8.*

*e. Eugubinus lib. 5. ſigno. 17 de reparatione fidei.*

monere, vnde ad has deliberandas, conferendaſquê res, quanto opus ſit Regis, vel legati eius perſona in concilijs ſatis conſtat.

14 *Nona cauſa.*

Nona perpenditur cauſa per *f* Abbatem, Seluã, & reliquos, quod Reges vngi debeant ex conſtitutione iuris ſacro oleo, & ita vt eccleſiaſticæ perſonæ iudicantur, vt concilijs interſint, quæ debilis admodũ ratio eſt, cum non habeant vocem diffinitiuam in Concilijs, vt ſuperius notauimus, quam habere contenderent, ſi vt eccleſiaſtici adeſſent. Quibus & alijs iuſtis de cauſis, & iure diffinitum, & inueterata conſuetudine receptum eſſe, ſatis firmum eſt, Reges, legatoſquê eorum intereſſe Concilijs debere, & id ſatis indicat omnium conciliorum vſus, dum poſt Epiſcoporum, qui diffiniunt Regum, legatorumquê qui conſuluntur, ſubſcriptiones fiunt diſtincto, & ſeparato loco, vt ex Oſio, & antiquis auctoribus diligentiſsimus, omniquê gênere litterarum excellens Garſia Loaiſa in annotationibus quarti Concilij Toletani. c. 4. obſeruat.

*f. Abbas. diſputatione. 2.*

15 *Subſcriptiones Epiſcoporum & Regum.*

16 *Conſtantinus primus Imperatorũ adfuit concilijs.*

Prima huius capitis parte cognita reliquum eſt diſſerere, quis Imperatorum, Regumquê primus concilijs interfuit perſe, vel legatos, & Conſtantinũ magnum originem dediſſe communi omnium conſenſu in Eccleſia receptum extat ex beato Iſidoro â Gratiano relato, *g* dum initium â Conſtantino canones conciliorum duxiſſe in eo capite recitatur, quod tamen non ita nudo ſermone, & ieiuno accipiendum eſt, ſed quodam temperamento, & diſtinctione adhibita. Nam quamuis ex illo Apoſtolorum ſæculo concilia generalia cæperunt Iheroſolymis celebrata, vt diuerſis locis actuum Apoſtolorum ſcriptum extat, tamen ex vniuerſalibus, & oecumenicis ex toto orbe terrarum congregatis primum Nicenum auxilio Conſtantini conuocatum fuit, & ea cauſa canones eo tempore cæpiſſe Iſidorus teſtatur, non quod canones conciliorum illi primi eſſent, ſed quod vniuerſalis concilij canones tunc initium ſumpſiſſent, nequê etiam Niceno concilio primus adfuit Conſtantinus, cum antea anno trecenteſsimo quatuordecimo dum cathecumenus in fide inſtitueretur, Arelatenſi ſynodo interfuerit ad innocentiam Ceciliani Epiſcopi iniuſte â Donatiſtis accuſati, oſtendendam congregate, vt id Euſebius, *h* & ex illo Cæſar Varonius fideliſsimus annalium eccleſiaſticorum auctor, meritiſsimuſquê Car-

*g. ca. canones. diſtin. 15.*

*h. Euſebius lib. 2. c. 37. & 38. de vita Conſtantini Cæſar Varonius. 3. tomo annalium anno. 314 fol. 119.*



17 *Oſius Hiſpanus Arelatenſi ſynodo interfuit*

Cardinalis narrat, quo in concilio Oſius ille Cordubenſis antiſtes Hiſpaniarum, & orbis fulgentiſsimus ſol, defenſor conciliorum accerrimus, & victor extitit, beato Auguſtino lib. 1. & 5. contra epiſtolã Parmeniani commemorante. Item & anno trecenteſſimo decimoquinto acta Silueſtri Papę in blibliotheca Vaticana Romę cuſtodita referunt quadam ſynodo Romana, Conſtantinum interfuiſſe, qua inter Chriſtianos, & Iudæos diſputatio excitata fuit, Helena matre Conſtantini Iudæorum factiones ſuſtinente, & Conſtantino Sylueſtri Pontificis, & fidelium partes fauente, in qua tandem iudicibus Cratone Philoſopho, & Zenophilo conſtitutis Chriſtianorum pars obtinuit, quod tamen erudite refellit Cæſar Varonius *i* oſtẽdens ex annorum computatione id conciliũ anno trecẽteſsimo vigeſimoquarto fuiſſe celebratum in modum triumphi aſsiſtentibus Silueſtro Papa, Helena matre Conſtãtini, & eodem Conſtãtino magno, qui eodem tempore gratia baptiſmatis fuit abſolutus, oſtẽdens idem auctor Helenam prius quam Conſtãtinum filium Chriſti fidem ſuſcepiſſe, ſed quia noſtrum non eſt hoc loco hiſtoriæ veritatem longa diſputatione inueſtigare, ſed ſolum oſtendere primum Imperatorem Conſtantinum concilijs interfuiſſe, quod ex vnaquaque ſentẽtia demonſtratur, id non differimus, præſertim quod iſta ante Nicęnum concilium non fuerunt vniuerſalia concilia, ſed generalia ſaltim & in illo celebri primo ex vniuerſo orbe vniuerſali concilio Nicęno Conſtantinum magnum interfuiſſe omnium vña eſt ſententia, & acta ipſius concilij narrant, quod anno trecẽteſimo quinto habitum fuiſſe conſentiunt fere omnes auctores, vt colligit idẽ Varonius anno. 325. deinde poſt Conſtantinum Imperatores ſucceſſores eius, tam in Orientalibus, quam Occidentalibus regionibus adſtitiſſe concilijs omnes vno ore ex actis conciliorum fatentur, & ex octo concilijs notat Cardinalis Aræcœli de Oecumenico concilio. c. 13. Qui autem primus ex Regibus ad fuerit, non ſatis apud auctores animaduertitur, ſedquod ex hiſtorijs colligere potui in hac re Hiſpaniam, vt in cæteris primitias obtinuiſſe exploratum, & certum videtur, nam cum anno. 476. imperium Occidentale ceſſaret, Flauio Momilio Auguſtulo Imperante Odoacre Herulo, eum ex Italia expellente, eundem *K* Odoacrẽ Theo-

*i Tertio tomo annalium anno. 315. fol. 132. & anno. 324. fol. 246.*

18 *Theodoricum primũ Regumdum Italiam & Hiſpaniam moderaretur concilijs adfuiſſe.*

*K Onuphrius Pambinus in Chronico-*

*coeccleſiaſtico anno 476. Carolus ſigoniꝰ lib. 15. de imperio Occidentali anno. 476. fol. 369. Morales lib. 11. c. 37.*

Theodoricus Oſtrogothorum Rex ſupêrauit, domi-
niumquê Italiæ ſuſcepit, quo tempore dum Hiſpa-
niæ etiam Rex extitiſſet Concilijs adſtitiſſe, oſten-
demus. Ad cuius diſpoſitionis exactam ſententiam
cognoſcendam eſt adnotandum, quod in primo
concilio Romano anno. 478. quod fuit tempore
Odoacris celebratum ex lege eiuſdem Odoacris, &
Baſilij Patricij vices eius gerentis ſtatutum fuit, vt
deinceps finita vita Simplicij eo tempore Pontificis
Romani nullus eligeretur Pontifex inconſulto O-
doacre, & eius ſucceſſoribus, quæ quidem lex refer-
tur in concilio Romano tertio, quod anno quingen
teſimo primo celebratum ſub Theodorico fuit, & re
fertur in decreto Gratiani, *l* in quo quidam dece- 19
pti ſunt, exiſtimantes, eo concilio tertio eam legem
fuiſſe promulgatam, cum potius ex concilio dero-
gata fuerit, & ſolum in eo lex refertur, quæ primo
concilio erat lata, vt ſummo cum iudicio, omnia fa-
ciunt, aduertunt Carolus Sigonius, & Cæſar Varo-
nius, & tandem cum mortuo Simplicio Papa ſciſma
graue in eccleſia oriretur, alijs Laurentium, alijs Si-
machum poſtulantibus, duobus concilijs Romanis,
quod ſecundum, & tertium nuncupantur, Simachus
legitimus Papa fuit declaratus, lexque Odoacris pri
mo concilio lata, derogata extitit, & tandem cum
ſciſma poſtquatuor annos ab electione Simachi tran
ſactos, iterum excitaretur, ad Theodorici Regis au-
res querelæ Simachi graues delatæ ſunt ſcriptis, ad-
uerſarij eius, & voce proferentes coram rege, ꝙ
atrocia, & inaudita facinora perpetraſſet, cumque
id, Theodoricus falſa opinione ductus in animum in
duxiſſet ſuum, vt deponeret Simachum, quartum
concilium Romanum indixit, conſtituendo viſitato-
res qui iudices eſſent de delictis Simacho impoſitis,
vt electus legitur in Euodio libro pro Simacho Pe-
trus Epiſcopus Altinenſis, adquam ſynodum epiſ-
copi á Theodorico conuocati venire recuſarunt,
cum non legitimê â Rege eſſent accerſiti, quia ſo-
lum ad Pontificem congregatio conciliorum expe-
ctaret, & tãdem Simachi conuocatione facta, ijſdem
quê congregatis epiſcopis Simachi innocentia luce
clarior apparuit Theodorico rege in concilio ad
ſtante, & ſe deceptum ab aduerſarijs Simachi profi-
tente, qui licet Arrianus eſſet eccleſiæ ſummam ob-
ſeruantiam oſtendit, & ſynodi diffinitioni omnia
ſubiecit

*l c. bene quidem. 96. diſtintio. Varonius. 6. tomo annalium anno. 483. fol. 371. Carolus Sigonius lib. 25. de imperio Occidentali anno. 478. Nauclerus generatione. 17.*

*Error quorũdam, qui exiſtimarũt in Romano concilio tertio ſtatutum ne Pontifex inconſulto Rege crearetur, & intellectus ad textum. c. bene quidem. 96. diſtin.*



ſubiecit, totamquê Simachi cauſam, vt legitimis iu-
dicibus decidendam reliquit; ſciſmate ea cauſa ſeda-
to, vt ex Diuuo Gregorio lib. 4 dialog. c. 40. Euodio
diacono, Nicolao Papa in epiſtola ad Michaelem
Imperatorem, & ex alijs grauiſsimis auctoribus re-
cenſent Platina Papirius Mauſonius Palmerius, Mi
chael Burchingerus, Varonius, & alij ſcriptores Põ
tificales in vita Simachi, quod ex Onufri Panuini
chronico, & computatione Caroli Sigonij hiſtorię
anno quingenteſimo *m* ſecundo accidiſſe fertur,
20 quo tempore Theodoricus Hiſpaniarum Rex exti-
terat, vt ex chronico Iſidori, & Vulſę de Regibꝰ Go
thorũ Vaſeus in chronico Hiſpaniæ anno. 511. profi-
tetur, Varonius. 6. tomo anno. 517. Valera. 2. part.
c. 12. & generalis hiſtoria Hiſpaniæ part. 2. c. 32 &
alijs, vt Ambroſio Morales lib. 11. c. 40. cum Theodo
ricum tutorem, & moderatorem nepotis ſui Alarici
affirmantibus, ſed quia controuerſias iſtas non atti
net ad rem componere, vt etiam Mariana lib. 5. c. 7.
de rebus Hiſpaniæ non audet, & quæcumquê eorum
opinio vera ſit, Theodoricus ſiue vt Rex, ſiue vt gu-
bernator Hiſpaniæ in quarto concilio Romano ad-
ſtitit. Vnde in quinto concilio Romano Stephanus
Cordubenſis Epiſcopus vt Regi Theodorico ſubdi-
tus ex Hiſpania interfuit, vt idem Morales lib. 11. c.
38. aduertit, & in eo concilio nullũ ex Gallijs Epiſ-
copum, cum viciniores eſſent, adfuiſſe legimus, quia
Theodoricus non Galliarũ Rex ea ætate, ſed Clodo
ueus erat, & Theodorici ope concilia congregaban-
tur. Item & confirmat hoc teſtimonium, vt Regem
Hiſpaniarum Theodoricum concilijs adfuiſſe, quod
concilia Nationalia, & Prouincialia in Hiſpaniarũ
regnis eum Regem Hiſpaniæ nominant, & ſub eius
ditione, & regno celebrata profitentur, vt Tarraco-
nenſe anno ſexto Theodorici, Gerundeſe anno. 7.
Valentinum, & Ilerdenſe anno. 15. congregata le-
guntur in actis eorumdem conciliorum tam in colle-
ctis diligentia eruditiſsimi Garſiæ Loaiſæ, quam
in alijs conciliorum voluminibus, & id etiam Am-
broſius Morales *n*. horum conciliorum mentionem
faciens profitetur, eoquê anno decimo quinto Reg-
ni ſui reddidiſſe Theodoricũ nepoti Amalarico reg
num Hiſpaniarum Iſidorus in hiſtoria Gothorum af
firmat. In hoc autẽ ſęculo, quo ſub Theodorico cõci-
lia Hiſpanię celebrãtur, & ipſe Theodoricus vt Rex
C Hiſpa-

*Anno. 502. primus Rex Theodoricus adſtitit concilio quarto Romano quo tempore erat Rex Hiſpaniæ.*

*m Blondus libr. 3. decade. 1. Diaconus in Anaſtaſio lib. 16 Genebrardꝰ in chronico anno. 500. vbi Rauenenſia concilia hæc vocat Varonius 6. tomo anno. 500. fol. 537. & anno. 501. & anno. 563.*

*n lib. 11. cap. 43. & 45.*

BIBLIOTECA

Hiſpaniarum concilijs Romanis adfuit, nequê in concilijs generalibus vrbis Romanæ, neque alijs, nequè in Prouincialibus Galliarum Reges Galliæ adſtitiſſe legimus, nam quamuis ea ætate Aurelianenſe Prouinciale in Gallijs habitum fuerit ſub Clodouei catholici Regis imperio, tamen in eo non adfuit immo conſtat ex litteris ad ſynodum ab eo miſsis, & reſponſo ſynodi ad litteras Regis non interfuiſſe, vt ex Papirio Mauſonio libr. 1. de geſtis Galliæ in Clodoueo apparet, Paulo Æmilio in eo Aimonio Carolo Guaguino, & Genebrardo, & ita in concilio generali, vt epilogum faciamus primum Regem Hiſpaniarum interfuiſſe ſatis probatum eſt.

21 *Clodoueus nō adfuit concilio Aurelianenſi.*

In concilijs Prouincialibus, & nationalibus anno. 589. Recaredum Regem Gothorum in tertio cōcilio Toletano adſtitiſſe ex actis concilij omnium editionum notiſsimum eſt, & apud omnes noſtros o conſenſus eſt in eius vita, & deinde ſucceſſores eius in reliquis concilijs adfuiſſe ex actis eorum dilucide quiſquê percipere poteſt, in Gallia autem, quamuis & Clodouei, & Chilperici, aliorumquè regum imperio Aurelianenſe, Turonenſe, Pariſienſe, Aruenenſe concilia congregata fuiſſe, certum ſit, tamen eis, nequè reges, neque eorum legatos adſtitiſſe legimus, donec in concilio apud Vermeriam Pipinum Regem anno 755. interfuiſſe Gratianus p in decretis auctor eſt, licet id ex eius actis nō appareat, ſed ſolum in concilio Sueſionenſi, dū vt dux, & præfectus Regis Childerici Gallias gubernaret, itaquê tam in generalibus, quam in Prouincialibus ſynodis ab antiquiori ſæculo præſentes extitiſſe reges Hiſpaniarum conſtat multo antea quam Reges Galliarum. Quis autem vt legatus Regis primus in ſynodis adfuerit, non ſatis apud auctores compertum eſt, licet coniecturis deprehendi poſsit, quod cum imperatores ſynodis interfuiſſent, vbi ex aliqua legitima cauſa adeſſe non poſſent, legatos cum mandato eorum mitterent, qui vices eorum ſuſtinerent, & quod colligere potui ex antiquis annalibus, primus qui adſtitit vt legatus cōcilijs fuit imperatoris Theodoſij alterius Theodoſij magni filij legatus in Epheſina prima ſynodo Candianus præclariſsimus comes vt patet ex epiſtola tertia Theodoſij & Valentiniani relata primo tomo conciliorū in ſynodo Epheſina fol. 687. & narrat Cardinalis Arçcœli de Oecumenico

22 *Quis primus Rex in Prouinciali ſynodo interfuerit.*

23 *Quis primus, vt legatus adfuit concilij.*

o *Morales lib.* 12. c.3. *Vaſeus anno.* 589. *Mariana libr.* 5.c.15.

p *c. ſi quis ingenuus* 29. *quæſt.* 2.



co cōcilio. c. 13. extat etiā epiſtola Pulcheriæ Auguſtę in Calcedonēſi ſynodo relata, ſecundo tomo conciliorum fol. 9. ſcripta ad conſularem Bithinię Strategetum qua curam ei iniungit vt omnem quietem in concilio ſtudeat habendam expellatq; monachos ac clericos quos epiſcopi remouendos iudicarint. Ex regibus autem quantum lectione & ſtudio aſſequi potui primus qui legatus in concilijs adſtitit Baſilius Patricius Romanus extitit. Nam cum teſte Sigonio de imperio Occidentali anno. 476. & alijs omnibus annalium ſcriptoribus ſtatim vt Odoacres Herulus Momilium Auguſtulum ex Italiæ regno expulit, ſedem Rauenæ regiam collocauit, & Romæ Patricium, Præfectumquè prætorio Baſilium conſtituit, vt vicem eius gereret, cumquê Simplicio Romano Pontifice Eccleſiam gubernante anno. 476. concilium generale Romæ congregaretur, cuius concilij fit mentio, & refertur eius decretum in concilio Romano tertio habito Simachi Papæ, tempore, & in decreto Gratiani, q & in hoc primo concilio Romano, florente Simacho habito Baſilius vt Odoacris legatus, & vt Vicerex interfuit, ibidemquè lege quadam, quæ lex Odoacris, vel Baſilij appellata fuit, ſtatutum extitit, vt mortuo Simplicio nullus alius abſq; conſultatione Odoacris, & ſucceſſorum eius, in Pontificem eligeretur Romanum, quæ lex poſtea reuocata fuit anno. 502. in tertio cōcilio Romano ſub Symacho Papa & Theodorico Rege, de quo ſuperius actum eſt, licet ea lex in creatione Symachi ſeruata fuerit, vt Sigonius de imperio Occidentali libr. 16. anno. 498. aduertit. Ex quibus colligitur Baſilium referente Gratiano, & actis concilij Romani primi, & tertij teſtantibus, vt legatum Odoacris concilio Romano primo interfuiſſe, & cum Odoacres tunc vt Romanorum Rex partem in Hiſpania obtineret, totamquè regiam dignitatem Odoacris Baſilius ſuſtineret, ſicut Regis Italiæ legatus adſtitit, ita & vt Regis Hiſpaniæ in ea Prouincia, quæ Romanis parebat, ſimulquê modo Pipinum Sueſonenſi concilio Prouinciali adfuiſſe, vicem Childerici Regis gerentem ſuperius obſeruauimus, cum tunc Maiordomus, & gubernator Regni eſſet, Regeſquê Galliæ quieti, & otio dediti genio indulgentes domi, vt teſtudines commorantes, neque illud Alexandri

q *c. bene quidem* 96. *diſtin.*

dri Magni celebre verbum imitantes, regium eſſe laborare, ſeruorumq; otium quærere omnia gubernandi onera, in maiordomos ita nuncupatos, & gubernatores inijciebant ſibi ſolum delitias, & voluptates eligendo; ita vt deponi ab eccleſia iuſte meruerint, & eorum loco illi in Reges ſint creati ab eadem, qui gubernationis molem antea ſuſtinebant ab ipſis regibus creditam.

# CAPVT SECVNDVM

## quo auctoritate conciliorum, legum, ſacrorumque doctorum oſtenditur regibus Hiſpaniarum primam in eccleſia ſedem deberi temporalem.

(?)

SEMPER Et vbique maiorum auctoritas *a*, eorum præſertim, qui ſcriptis ſuis lumen cæteris præſtiterunt, vt religioſa ac diuina res venerabilis fuit, quibus vt ſenioribus magiſtris fidem habere ſacroſanctũ, ac quaſi quod dam ius naturale, & gentium omnium animis inſitum videtur. Vnde licet Philoſophi diſputatione ratiocinando, potius quam teſtimonijs peritorum doceant *b* Iuris tamen profeſſores primum locum argumento ducto ab auctoritate legis, (qua genus regitur humanum,) tribuunt, cum ei acquieſcere *c* omnes debeant, tam iudices ne animi aſſectione ferantur, quam ſubditi, vt ad eius præſcriptum vitam rectê inſtituant. Poſt legem autem ſequitur auctoritas, & poteſtas vſus longæui, & conſuetudinis, cui â iure, vt iuris loco obſeruetur facultas datur. *d* Sed quia natura varietate diues, & fœcunda non omnia lege, & conſuetudine comprehendi patiatur, cum paſsim plura negotia, quam vocabula eueniant, *e* & ideo leges interpretatione, & euentus litium doctrina egeant, ceſſante lege, & conſuetudine. Tertio loco vim habent, reſponſa prudentum, & ſcripta doctorũ, ita tamen ꝙ auctoritas, duplex ſit alia, quæ eã vim habeat, vt ipſa perſe, vel ſi ratio nulla, cur aliquid agamus, afferatur, nos tamẽ ad

1 *De argumẽto ab auctoritate.*

2 *Auctoritas legis.*

3 *Auctoritas conſuetudinis.*

4 *Auctoritas doctorum.*

*a l. ſemper. ff. de iure immunitatis, Plato. lib. 9. de legibus. Cicero de ſenectute. Agellius lib. 2. c. 15 noctium Atticarũ.*
*b Ariſt. lib. 1. oratoriæ. Cicero in topicis Galenus lib. 5. de decretis. Quinti. lib 5. Hipocratis. cap. 1. Humeus lib. 5. logicæ.*
*c l. 2. ff. de legibus. c. regula diſtin. 3.*

*d l. de quibus. ff. de legibus. §. ex nõ ſcripto inſt. de iure naturali. c. fin. de conſuetudine.*
*e l. 2 ff. de præſcriptis verbis.*



ad agendum, & credendum impellat, ratio autem ſi auctoritate careat, ſæpe languet, & iſta, quæ a lege, & conſuetudine ducitur, infallibilis dicitur, ita quod eandem poteſtatem legi, & vſui tribuimus, vt eam haud falli poſſe iudicemus in delectu rerum. Alia eſt probabilis auctoritas, quę doctorum *f* ſcriptis continetur. Cum enim ij ſint Doctores, â quibus prius ſeruitutem eundi, agendi per tritas ab ipſis vias impetiamus, & auctoritas conſiſtat in eo, de eorum virtutẽ, prudentia, bonitate rectè exiſtimamus iuris profeſſores, qui vrbanius, quam cæteri agunt, & cum ſit vrbanitas credere maiorem fidem, quam alij interpretibus adhibent, vt quanto antiquiores, grauiores auctoritate habeantur, eaquêd e cauſa, cum hæc ſit de iure diſceptatio, iure vtendi ab auctoritate conciliorum, legum, doctorumquê vt â fonte, & capite initium ſumam, ita vt in hoc tractatu lapides, & ligna, vt legum conſultiſsimi faciunt ab alijs accipiam auctoritate, & teſtimonijs conciliorum, & Pontificum, Imperatorum, & Doctorum vtendo, extructio, & forma noſtra erit, architectus ego ero, ſed materiam varie vndique conduxi; nec aranearum ſane textus ideo melior, quia ex ſe fila gignunt, nec noſter vilior, quia ex alienis libamus vt apes, & vt facilius res, de qua agitur, cognoſci poſsit, cum pręloquia ſint lumẽ operis, quæ ad intelligendum, illuſtre reddũt, & magis in aperto ponũt, vt quam breuiſsimè potero, paucis abſoluatur quæſtio, aliqua exordiar.

*f §. reſponſa prudentum inſti. de iure naturali. c. ſancta Romana diſtin. 15. Bart. l. 1. ff. ſi certũ pettur. Vbi omnes. Euerardus loco. 48. Cano de locis Theologicis libr. 7. loco, 48. Simancas. c. 22. & 25. de inſtit. catholicis. Coratius de communi opinione.*

Primo quod in concilijs eccleſiæ catholicæ dupliciter diſtingui ſolet ſublimitas, & ſuperioritas loci, & ſubſcriptionis. Aliquãdo enim epiſcopi, non ſuo ſubſcribunt nomine, neq; ſuffragiũ ferunt, nec ſedẽ occupant, ſed nomine Prouincię, quã ſuſtinẽt, & eo caſu non perſonæ eius, nec antiquitatis habetur ratio, ſed nationis, & Prouinciæ attẽditur dignitas, & nobilitas, vt ex duobus, *g* Gratiani decretis colligitur, ideo Mediolanenſem prius, quam Rauenatem præſulem ſubſcripſiſſe, quia licet antiquior conſecratione Rauenas extitiſſet, & ſi perſona, & dignitas Epiſcopi attenderetur, prius ſubſcribere debuerat, tamen ibi ratio habetur Prouinciæ, & cum dignior ſit Mediolanenſis eius nomine, prior Mediolanenſis ſubſcripſit, & mos huiuſmodi ſeruatur in Nicæno Concilio, vbi non ordine conſecrationis

5 *De duplici modo ſedendi, & ſubſcribendi in concilijs.*

*g c. concilia. §. hinc inde diſtin. 17. c. bene quidem. 96. diſt. Vbi gloſ. verbo Mediolanenſis. Gamma deciſione. 1. num. 1. Abb. c. ſcriptum de elect. notab 4. Æmilius Ferretus. n. 44. c. cum omnes de conſti. in repetitio. late Fuluius Pacianus de probat. lib. 2. c. 25. num. 68.*

 ſub-

ſubſcribunt Epiſcopi, ſed ex prouinciarum ordine, & dignitate. Item & in Conſtantinopolitano. 1. & idem vt ageretur in Baſilienſi, & Conſtantienſi, vt ſuffragia ferrent nationes, non perſonæ ſeſione. 1. actum fuit, & hic vſus in legatis Imperij, & regnorũ viget, vt ſedes eis non ex nobilitate perſonæ, ſed pro dignitate Regni, & mittẽtis tribuatur, *h* aliter & ſecundo Epiſcopi ſubſcribunt, & ſedent, vt non gradus Prouinciæ, nec diocæſis cõſideretur, ſed antiquitas conſecrationis, ita vt antiquior conſecratione, licet diocæſi recentior prius ſubſcribat, & ſedeat, quod frequentius fit, & iure ita decretum eſt á Gregorio primo *i* in Mediolanenſi concilio & Tridentino, & fere omnibus ſeruatum vidimus, vnde cum ſedes, & ſubſcriptio antiquitati conſecrationis, & perſonæ debeatur, nõ ſumi argumentum poterit â Prouincia, ſed ſolum cum Prouinciæ attenditur dignitas.

*h Iacobatius de cõcilijs lib. 1. ãte fi. verſ. ſed quæro circa præmiſſa. c. 2. c. ſane de offi. delega. c. 2. de officio legati.*

*i c. fin. diſtin. 17. glo. in data ſexti verbo Pontificatus, & in proemio clementinarum verbo Pontificatus & clement. 2. de celebratione Miſſarum verb. Pontificum, & clementi. 1. de pœnis verb. quemuis Pontificẽ Iacobatius de concilijs lib. 1. art. 12. Selua de beneſſicio. 1. part. q. 2. nu 31. Varonius, 6. tomo anno. 451. & anno. 465.*

*K Varonius. 6. to. anno. 451. fol. 141. & 2. to. anno. 213. fol. 301. & prætermiſſis in fine fo. 776 & 3. to. anno. 325. fol. 273.*

6 *Sedere ad dextram, vel ſiniſtram nõ ſẽper arguit ſuperioritatem.*

Secundo primo, & ſuperiori loco ſedem habere ſuperioritatem perſonæ, vel Prouinciæ indicat, vt notum lippis, & tonſoribus eſt, ſed ad dexteram, vel ſiniſtram ſedere, non ſemper maiorem dignitatem arguit, vt aduertit eleganter Varonius, K referens ex antiquo ordine Romano, locum, vbi præsbyteri ad dexteram, Epiſcopi ad ſiniſtram ſedent, vt patet hiſce verbis. *Sedebunt ex locali diſpoſitione, vt intrantibus Eccleſiam Epiſcopi ſint ad ſiniſtram, præsbyteri vero ad dextram, vt quando Pontifex ſederit, & ad eos reſpexerit Epiſcopos ad dexterã, præsbyteros, intueatur ad ſiniſtrã.* Et ex Nicæna & Calcedonẽſi ſynodo actio. 1. id notat, vbi legati Pontificis ad ſiniſtrã ſedebant ſtãte in media aula cõciliorum Euangeliorum codice Chriſtũ figurante vt præeſſet concilijs, ſic conciliari plura poſſe loca conciliorum de dextera, & ſiniſtra aſſerens, & ideo in ſacrificio Miſſæ id paſsim inſpici poteſt, cum epiſtola ad dexteram, & Euangelium dignius ad ſiniſtram, & læuam canantur, in qua re conſuetudo attenditur ex Abbate. c. ſolitæ. nu. 7. de maiorit. & obedientia Iacobatio de concilijs. lib. 5. artic. 7. Fuluio Paciano de probationibus lib. 2. c. 26. num. 93. Nam licet frequentius dextera nobilior ſit ex textu. d. c. ſolitæ de maiorita & obedientia Baldus. l. decernimus. C. de ſacroſanctis Eccleſijs notab. 2. Caſtaldus de Imperatore, quæſt. 88. nu. 9. Pacianus dicto loco. numer. 90. Ioannes Garſia de nobilitate gloſ. 48. numer. 24. ex.

c. 25.



c. 25. Mathei, vbi electi ad dexteram Dei in iudicio collocabuntur, & apud eum. c. 26. dicitur. *A modo videbitis filium Hominis ſedentẽ à dextris virtutis Dei.* Paulus cap. 1. ad Hebreos, &. c. 7. actuum Apoſtolorum Pſal. 109. gloſ. c. quam periculoſum. 7. quæſt. 1. & patet ex ſexta Conſtantinopolitana ſynodo in principio, tamen aliquando verſa vice ſiniſtra honoratior habita eſt, nam quamuis apud Hebreos dextera tam in ſacris, quam in profanis extitit potior, & diuino conſilio per Patriarcham Iacob. in benedictionibus Ephraim, & Manaſſes cap. 48. Geneſeos, mutatę vices & rerum ordo ſunt, vt ſiniſtra præferretur dexteræ. Apud Gentiles autem in profanis dextera dignior habita eſt, ſed in ſacris ſiniſtra quod apud eos melioris eſſet auſpicij ex Plutarcho quæſt. 78. quæſtionum Romanarum Varro lib. 6. verbo ſcena de lingua latina Cicero de diuinatione Plinius lib. 2. c. 54. & quia Pythogoras, Plato, Ariſtoteles Philophorum Principes Orientem huius emiſpherij nobiliorem partem ſiniſtræ tribuerent dexteræ Occidentẽ ex Plutarcho lib. 2. cap. 10. de placitis Philoſophorum, Varro ſuper Feneſtella verbo ſiniſtrę aues, Donatus, & Seruius in illud Virgilij Æneidos. 2. *Intonuit læuam.*

7 *Primus locus antiquitatis Hiſpaniæ ex actis Apoſtolorũ*

Quibus ſic præfatis initium ſumetur ab auctoritate ex actis Apoſtolorum, & concilijs eorum tempore celebratis, vt ego cogitaui duabus animaduerſionibus prius conſtitutis, alia, qua Apoſtolorum tempore, & infantia eccleſiæ quatuor concilia congregata fuiſſe recenſentur. *l* Primum ex centum fere, & viginti fidelibus ad ſubſtituendum Apoſtolum fidelem Iudæ infideli, cum Mathias ſorte electus fuit ex. cap. 1. actuum Apoſtolorum, idq; anno. 34. â Chriſto nato. *m* Secundum eodem anno. c. 6. *n* actuum Apoſtolorum legitur conuocatum conciliũ ad eligendos diaconos, in quorum numero inſignis Prothomartir Stephanus fuit collocatus. Tertium c. 15. legitur, vbi de Cerintho hæretico confutando, & an circuncisione vtendum eſſet, actum fuit, cuius concilij fit mẽtio in epiſtola Pauli ad Galathas cap. 2. & 5. ad Corinthios, c. 11. quod anno. 48. celebratum Onufrius Panuinus contendit, ſed *o* verius probat Varoniꝰ congregatũ extitiſſe anno. 51. Quartũ. c. 21. recitatur circa permittendã circuncisſionem Iudæis, ſolum ad tempus, vt cum honore Synagoga

*l Varonius. 1. tomo anno. 58. fol. 537.*

*m Varonius. 1. to. anno. 34. fol. 214.*

*n Varonius ibi. fol. 230.*

*o Varonius. 1. to. anno. 51. fol. 362.*

 ſepe-

*p Varonius. 1. to. anno. 58. fol. 531.*

ſepeleritur, quod anno. 58. *p* contigit.

Secunda animaduerſio erit, quod Beatus Iacobus Apoſtolus, antequam hæc duo vltima concilia celebrarentur anno. 51. & 58. iam Hiſpanias peragrauerat, earum gentes ad fidem catholicam ſeruandã reducendo, & eius hortatione, & prædicatione conuerſos fidem ex Hiſpanijs plures profeſſos legitur, ex quibus ſecum Iheroſolymis, vbi Apoſtoli cæteri conuenerãt, adduxit aliquos alios ad conuertendos Hiſpanos, cæteros ibidem reliquit, vt. c. 6. longiori ſermone oſtendem⁹, & ea ex Caliſto Papa & alijs Petrus Antonius Beuter *q* colligit, idquê certiſsimum eſſe patet, cum anno. 44. â Chriſto nato Apoſtolorum prothomartir Iacobus ab Herode Aggrippa coronatur ex Varonio, & *r* alijs.

*q Beuter libr. 1. c. 13. hiſtoriæ,*
*r Varonius. 1. tom. anno. 44. fol. 301.*

Quibus conſtitutis deducitur auctoritas, & argumentum huiuſmodi in concilijs Apoſtolorum omnes fideles congregabantur, vt actuum Apoſtolorum. c. 1. Sanctus Lucas teſtatur, centum fere viginti fideles in prima ſynodo interfuiſſe, quaſi ſignificet omnes in ipſa naſcente eccleſia in concilio adeſſe. Sed cum alium tertium anno. 51. & quartum anno. 58. fuerint celebrata eo tempore Iheroſolymis diſcipuli, quos ex Hiſpania tulit beatus Iacobus, aderant, cum ipſe anno. 44. ab Herode fuerit occiſus, igitur ſi aderant ibidem Hiſpani fideles, & omnes congregabantur in concilijs, neceſſario ſequitur, quod Hiſpani in eiſdem conci lijs intereſſe debebant, & pro Regione Hiſpana, quæ inſtruebatur in fide, vt qui poſtea â beato Petro miſsi redituri erant, vt fratres Hiſpanos docerent, & alios conuerterent, maximê cum ageretur an Gentiles eſſent circuncidendi, & ſic de eorum cauſa, vt gentilium tractaretur, & ita pro Hiſpana regione in concilio primus beatus Iacobus, vt Apoſtolus, & patronus, & præſul Hiſpaniæ, cui ea regio credita fuit, interfuit in tertio, & vltimo, ipſi Hiſpani iam fideles pro natione ſua adfuerunt, in qua re non ſolum Galliæ, ſed & omnibus Europæ regionibus antecellunt Hiſpani, cum primi Apoſtolum Chriſti in regione ſua viderint, primi in concilijs interfuerint eccleſiæ catholicæ, primi ex gentibus fidem fuerint confeſsi. Vt cum Europæ geographica deſcriptione ſit caput Hiſpania, caput etiã eius in profitenda fide catholica extitiſſet.

8 *Secunda auctoritas, &*

Secundum pro Hiſpanis adducitur teſtimonium non



*teſtimoniũ ex concilio Nicæno.*

non leue quidem, ſed veritate perſpicuum, auctoritate grauiſsimnm, vetuſtate mirabile ex concilio illo Niceno celeberrimo, congregatione, & auctoritate, nam quamuis auctoritate alia præceſſerint concilia generalia, vt illa quatuor Apoſtolorum, *ſ* Ancyritana, Illiberitanaquê, ſynodus, & aliæ, ſed congregatione facta ex vniuerſo orbe hoc primum fuit oecumenicum, id eſt, vniuerſale, ex toto orbe congregatum concilium, cum ante Conſtantini auxiliũ id Eccleſiæ ob tyranos non licuiſſet, & ita hoc ſenſu dicitur â beato Iſidoro, & alijs canones conciliorum â Niceno *t* concilio, tempore Conſtantini cæpiſſe, nam intelligitur canones concilij vniuerſalis primũ auctoritate, & congregatione tunc cæpiſſe, cum antea libera Eccleſia non fuiſſet, ſed canones concilij generalis auctoritate ſolum iam antea cæperunt ante Nicænum concilium, vt ex allegatis doctoribus ſatis colligitur, quæ uniuerſalis ſynodus licet â quibuſdam ſub Iulio primo Pontifice Romano celebrata numeretur, tamen ſub Silueſtro habitam fuiſſe tẽpore Conſtantini anno. 325. *v* ex antiquioribus ferê omnes recentiores conſentiunt, ibidemquê celeberrimi ex remotiſsimis regionibus conuenere patres, alij ætate, & eruditione florentes, alij ſenectute, & litteris venerabiles, alij ſimul ſanctitate, & miraculis clari, alij martyrio pro nomine Chriſti inſigniti, & partim claudi, partim cæci, partim oſsibus fractris, ita vt martyrum, & ſanctorum chorus, & populus integer ibidem vt cœli imago *x* quædam inſpiceretur.

In hac igitur beatiſsima, & cæleſti congregatione non ex antiquitate conſecrationis ſederunt, nec ſubſcripſerunt Epiſcopi, ſed ſecundum dignitatem Prouinciarum, quibus præerant, ſubſcribebant, vt ex actis concilij patet, & inde ſumitur argumentum, & auctoritas ad rem, de qua agimus, quod ex Prouincia Hiſpaniæ Oſius epiſcopus Cordubenſis ſubſcripſit, & etiam Nicaſius Diuienſis ex Galliarum regione, & tamẽ primo loco, vt dignior, & nobilior in regione Oſius Hiſpanus pro Hiſpana Prouincia ſubſcripſit, quam Nicaſius pro Gallia, cum primo loco ſubſcripſetit, & ille penultima ſubſcriptione, vt hiſce verbis conſtat.

*ſ c. prima annotatio. diſt. 16. Alaba. 1. part. c. 1. de concilijs Roſellus de concilijs. q. 11. Reginaldus Polus de cõcilijs q. 33. Cano. lib. 5. c. 3. de locis theologicis Couarruuias lib. 4. Variarum. c. 15. Raimundus Rufus in apologia contra Patronum molinei fol. 26. Varonius in 2. & 3. tomo annal. Ant. Auguſ. in proemio canonum pœnitentialium Ferdinãdus Mendoza de cõcilio Illiberitano.*

*t c. 1. diſt. 15. c. quoniam. c. ſancta. c. ſexta. diſt. 16.*

*v c. ſexta. §. prima diſt. 16. Couarr. lib. 4. Variarum. c. 15. Varonius. 3. tom. anno. 325. fol. 249. Carolus Sigonius de imperio Occidentali anno. 325. Onufrius. Panuin⁹ in chronico eccleſiaſtico, anno. 325. Vellarmin⁹ cõtrouerſia. 4. lib. 1. c. 5. de cõcilijs. 1. tom.*

*x Euſebius. lib. 8. c. 6. 7. & 9. de vita Conſtantini Nicephorus. lib. 8. hyſtoriæ Ecclæſiaſticæ. c. 14. tripartita. lib. 2. c. 1. & 2. Socrates lib. 1. c. 5. hyſtoriæ eccleſiaſticæ Sozomenus libr. 1. c. 16.*

*Et ſuſcripſerunt*

*Et ſubſcripſerunt trecenti, decem & octo epiſcopi, qui in eodem concilio conuenerant.*

OSIVS *Epiſcopus ciuitatis Cordubenſis Prouinciæ Hiſpaniæ dixit, ita credo, ſicut ſuperius ſcriptum eſt.*

*Victor, & Vicentius præsbyteri vrbis Romæ pro venerabili viro Papa Epiſcopo noſtro ſancto Syluestro ſubſcripſimus, ita credentes, ſicut ſupraſcriptum eſt.*

*Prouinciæ Ægipti Alexander Alexandriæ magnæ, & cum omnes Prouinciæ ſuo ordine narrentur, penultima ſic ſe habet.*

*Prouinciæ Galliarum Nicaſius Diuienſis.*

Quod teſtimonium ex concilio adeo vetuſto, & graui locupletiſsimum ita eſt; vt negari non poſsit, ſed quia ei aliqua forſam obijcere Galliarum ſtudio ſi contendent ſingulis, quæ difficultatem aliquam habere poſſunt, ſigillatim, & ſuo ordine ſatisfaciemus.

9 *Reſponſiones ad obiectiones, quæ fieri circa hanc auctoritatem Nicæni concilij poſſunt.*

Primo aliquis forte affirmabit ea priſca ętate non habitam fuiſſe rationem in ſedendo, & ſubſcribendo circa dignitatem Prouinciarum, & regionum, ſed vt ſe obtulit caſus, & ſors, ſubſcriptio facta fuit, & ita non poteſt ſumi ex hoc ordine ſubſcribendi argumẽtum. Cui obiectioni reſpondet occulatiſsimus eius ſæculi teſtis Euſebius lib. 3. c. 10. de vita Conſtantini commemorans diligentiam, curamq; maximam adhibitam fuiſſe in collocandis ſedibus, & ordine ſubſcriptionum hiſce verbis. *Die autem concilio, quo res in controuerſiam vocatæ dirimerentur, præſtituta, ſinguli parati erant in ipſa media regalis palatij aula, quæ amplitudine cæteris præſtabat, illic celebraturi, ac compluribus ſedibus in vtroque aulæ latere ordine diſpoſitis, qui erant accerſiti, intus præſto fuerunt, & ſedem, quæ quemquè decebat, capiebat quiſquè atq; cum vniuerſus miniſtrorum Dei conuentus decenti ordine collocatus eſſet,* quod idem Theodoritus, y & Carolus Sigonius, & alij aduertunt. Et quando ad ordinẽ inducendum eſt ſedes vel ſubſcriptio aſsignata, argumentum eſt neceſſarium ab eminentia illius, ex. l. 1. ff. de albo ſcribendo. Pacianus de probationibus. lib. 1. c. 25. num. 79.

10 *Prima obiectio, an habita ſit ratio loci in Nicæno concilio.*

y *Theodoritus lib.* 1. c. 7. *Carolus Sigonius lib.* 3. *de imperio Occidentali anno.* 325.

11 *Secunda obiectio an Oſius fuerit legatus Romanæ ſedis Apoſtolicæ.*

Secunda obiectio, quę in medium ad ferri poterit, huiuſmodi eſt, quod Oſius legatus Romani Pontificis extiterit in Nicęno concilio, & ita non ſubſcripſit, vt præſul, ex Prouincia Hiſpaniæ, ſed vt legatus

tus



tus ſedis Apoſtolicæ, quod Varonius z Onufrius Pãuinus, & ex Hiſpanis auctoribus quidam ſentiunt, id tamen ex antiquis chronicis, & auctoribus colligere, non licet, immo aperte repugnat illis, quia in actis concilij Nicæni ſolum Victor, & Vincentius pręſbyteri vrbis Romæ eadem oratione ſimul, vt legati Syluestri Pontificis ſubcribunt, Oſius vero diſtincto loco, & in epiſtola eiuſdem concilij, qua poſtulatur eius confirmatio, ita legitur. *Beatiſsimo Papæ Vrbis Romæ, cum omni reuerentia colendo Syluestro Oſius Epiſcopus Prouinciæ Hiſpaniæ ciuitatis Cordubenſis, & Macarius Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Victor, & Vincentius presbyteri vrbis Romæ, ordinati ex directionę tua.* Quo loco Macarius nec vt legatus ſubſcripſit, nec fuiſſe legitur, & eſt medius inter Oſium & legatos, & eodem modo nec Oſius legatus fuit licet prius ſubſcripſerit, & ex Euſebio de vita Conſtantini lib. 3. c. 7. ſatis patet hoc ſermone. *Ex ipſis Hiſpanis vnus nominis, & famæ celebritate inſignis cũ alijs multis in conſenſu illo adfuit, & quanquam vrbis illius penes quam imperium eſt, Epiſcopus ingraueſcente ætate præpeditus abſuit, eius tamen præsbyteri, qui aderant, illius locum ſuppleuerunt.* Idẽ Theodoritus lib. 1. c. 7. *Trecenti decem & octo Epiſcopi in vnũ conuenerant, Epiſcopus autem Romanus propter ætatem admodum ingraueſcentem abſuit, verum duos ille miſsit præsbyteros poteſtate illis conceſſa actis illius concilij aſſentiendi.* Idẽquê hoc pacto narrat Nicæphorus lib. 8. c. 14. Caſsiodorus a in Tripartita, Sozomenus, & alij, qui ſolum hos duos legatos recenſent ſedis Appoſtolicæ An autẽ ex Hiſpanis Epiſcopis alij adfuerint in illo celebri concilio Nicęno non ſatis conſtat, ſed colligi videtur ex multis, tum quod in ea ſynodo trecenti decem & octo epiſcopi conuenerunt, & ſolum. 222. numerãtur ſubſcriptione, & ita conſtat, quod cum Prouinciæ ſubſcriberent, non perſonæ, ex Prouincia Hiſpaniæ licet alij extiterint, Solus Oſius, cui tota poteſtas Hiſpaniæ commiſſa erat, ſubſcripſit, maximê cum in Sardicenſi concilio, quod Nicæno proximum fuit, in quo ſubſcripſerunt Epiſcopi, non per Prouincias, ſed ex antiquitate epiſcopatus præſules Hiſpani, alij præter Oſium ſubſcripſerunt, vt Emeritenſis Cæſar Auguſtanus, Barchinonẽſis, & alij, vt aduertit Ambroſius b Morales, tum etiam id patet ex Euſebio Nicæphoro Tripartita, & alijs ſuperius citatis hiſce verbis. *Ex ipſis Hiſpanis vnus nominis, & fa-*

z *Onufrius Panuinus in catal. ad Platinam anno.* 330. *Varonius.* 3. *tomo anno.* 325. *fol.* 161. *Beuter.* c. 25. 1. *par. hyſtoriæ. Garibai. lib.* 7. c. 48.

a *Tripartita lib.* 2. c. 1. *Socrates lib.* 1. c. 5. *Sozomenus lib* 1. c. 16. *Photius de ſeptẽ cõcilijs Sigonius, li.* 3. *de imperio Occidentali anno.* 325. *Couarr. lib.* 4. *Variarum.* c 15.

12 *An alij Epiſcopi Hiſpaniæ adfuerint concilio Nicæno præter Oſium.*

b *Morales lib.* 10. c. 3. *hyſtoriæ Hiſpanæ.*

mæ

*mæ celebritate inſignis cum alijs multis in illo conſenſu adfuit.* Illud enim verbum cum alijs multis refertur ad Hiſpanos, & Oſium, vt ſit ſenſus, ex Hiſpanis vnus inſignis Oſius interfuit cum alijs multis Hiſpanis, licet non adeo inſignibus, & ita ſiue cum alijs Hiſpanis adfuerit, & ſolus ſubſcripſerit, quia alij ei vices ſuas, & omnis Hiſpania tribuerint, vt in cócilio Baſillenſi ſeſ. 1. & 2. Archiepiſcopus Toletanus pro natione Hiſpana, & omnibus Epiſcopis eius vocem ferebat, ſiue ſolus cum mandato abſentium extiterit, vt Beuter *c* exiſtimat, cum Hiſpanicæ Prouinciæ vices geſſerit, & eius nomine ſubſcripſerit, dignitas Hiſpanorum, & ſuperior, eminentiorquè ſubſcriptio ſatis ex dictis deducitur.

*c Beuter. 1. part.* [illegible]

13 *Satisfit tertiæ obiectioni, quod tributa ſit hæc excellentia, non Prouinciæ, ſed Oſij perſonæ.*

Tertia, & difficilior obiectio eſſe poterit, quod excellentia ſubſcriptionis, & prior locus non Prouinciæ Hiſpaniæ, cuius vices gerebat Oſius, ſed eius perſonæ, & dotibus tributa eſt, quia miraculum eius ſæculi *d* Nicephorus, & patrem conciliorum, ducē & anteſignanum beatus Athanaſius magna cum laude, & admiratione appellant, Varoniuſquè Principem concilij fuiſſe refert, qui quæſtiones proponebat, & ſuffragia Epiſcoporum ſumebat, omniaq; ordinabat, & ideo præponebatur. Sed huic obiectioni reſpondetur, quod in concilio ad anteponendum Oſium, non habita ratio eſt eius perſonæ, ſed Prouinciæ, vt patet ex ſequenti concilio Sardicenſi, in quo vt in actis eius Sardicēſis apparet, & ipſe Oſius, quæſtiones proponebat, ſuffragia ſumebat, & omnia ordinabat, adeo quod ſæpe in eo concilio dicitur Oſius autem, & qui cum illo Sardicæ erant, ita vt ſolus velut Princeps, & pater concilij nominaretur, & eodem etiā ſtylo, & phraſi vtitur Nicephorus *e* aſſerens Oſium, & Prothogenem ſynodo Sardicenſi præfuiſſe. Nihilominus tamen licet interfuit eo concilio, vt præeſſet, & auctor fuit ex Gratiano. c. prima annotatio diſt. 16. in ſubſcriptionibus eius, quæ ex antiquitate conſecrationis, non Prouinciarū factæ ſunt, prius alij plures, quam Oſius ſubſcripſere, & ex Hiſpanis Emeritenſis, & Cæſar Auguſtanus Epiſcopi, vt ex eiſdem actis Sardicenſis conſtat, quod idem factū eſt in concilio Illiberitano, in quo Oſius poſt alios ſubſcripſit, vt ex actis eius in primo tomo conciliorum & collectione Garſiæ Loaiſæ patet. E contra autem vbi ſeruatur ordo Prouinciarum in eo-

*d Nicæphorus lib. 9. c. 31. Sanctus Athanaſius in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, Varonius. 3. tomo anno. 325. fol. 272.*

*e Nicæphorus lib. 9. c. 12, Varonius. 3. tom. anno. 347. fol. 538.*



dem Sardicenſi concilio, vt ſtatim demonſtrabimus, poſt vrbem Romanam, Hiſpania ſequitur Prouincia, antequam Gallia nominetur, & ita in Nicæno concilio non ex eo, quod excellens fuerit Oſius, in eo prior ſubſcribit, neque quod ordinauerit ſynodum, cum idem ſeruari deberet in ſequenti Sardicenſi proximo Nicæno, in quo præfuit, ſed tantum dignitas Prouinciæ Hiſpaniæ, & nobilitas anteponitur Galliæ, & alijs Prouincijs.

14 *Quare Oſius ſubſcripſerit prius quam legati Pontificis.*

Nec poterit etiam obſtare, quod Oſius cum legatus Pontificis non eſſet, vt diximus, quomodo ſubſcribit antequam legati ſubſcriberent, cum illi abſquè dubio præcedant, in qua re eſt aduertendum, quod eo tempore legati Pontificis licet haberent mandatum Pontificis, id intelligebatur ad conſentiendum concilio, ex Theodorito libr. 1. cap. 7. *Epiſcopus autem Romanus propter ætatem admodum ingraueſcentem abfuit, verum duos ille miſsit presbyteros poteſtate illis conceſſa actis illius concilij aſſentiendi.* Et Theodoretus libr. 2. cap. 22. refert epiſtolam Damaſi, qua recenſetur legatos mitti ad conſenſum, officio legatorum fungebantur in primis ſynodis, cum vero ſubſcribebant ſuo loco erat ſubſcriptio, & ſedebant vt Epiſcopi in loco conſecrationis, vt in Sardicenſi concilio, in quo dicitur. c. prima annotatio diſtintione. 16. quod erant legati Romanæ ſedis Vincentius Capuanus Epiſcopus, & Ianuarius Beneuentanus, & Calopodius Neapolitanenſis, & tum iſti ſubſcribunt in Sardicenſi concilio non primi ſed diuerſo loco quiſque & poſt alios, & ſi ſubſcribebant pro Prouincia, loco Prouinciæ ſuæ, & ita Vinctor, & Vicentius non vt legati Pontificis ſubſcribunt, licet nominentur legati, vt vere erant, ſed pro Romana Prouincia, pro qua etiam aderant, & eo tempore cum Italia, & Hiſpania coniungerentur, vt notat Varonius. 3. tomo anno. 347. fol. 526. & Oſius pro Hiſpana, & presbyteri Romæ pro Romana Prouincia poſiti ſunt, & quia pro ea miſsi erant, etiam eis legationis munus Pontifex dedit, vbi autē pro Prouincia non mittebantur, ſed ſolum erant legati non ſubſcribebant concilijs, ſicut nec Pontifex ſubſcribit, in Sardicenſi concilio Athanaſius apologetico ſecundo ait

legatos fuiſſe Archidamam, & Philoxenum; qui
diuerſi ſunt ab eis, quos Gratianus numerat, &
tamen iſti non ſubſcribunt, nec legati in concilio
Conſtantinopolitano, nec in aliquibus alijs, licet po
ſtea in nouioribus ſubſcribant legati, quare non vt le
gati, ſed pro Prouincia ſubſcripſere Victor, & Vi-
centius. Vnde etiam illa obiectio, quod eſſet lega-
tus Pontificis Oſius, tollitur, quia etiam ſi legatus
fuiſſet, non ſubſcribit vt legatus, ſed ſubſcribit pro
Prouincia loco ſuo, quia legatus conſentiebat con-
cilio, non ſubſcribebat.

Confirmatur hoc teſtimonium fidedignum, ne ca-
uillationem patiatur aliquam hæc auctoritas ex epi-
ſtola Conſtantini magni ad Epiſcopos, qui adeſſe cõ
cilio non potuerunt, miſſa circa tempus, quo paſcha
reſurrectionis celebraretur, quę legitur in actis eiuſ-
dem Nicæni concilij, & apud Euſebium, *f* & Nicæ-
phorum, in qua quidem Hiſpania priori loco, quam
Gallia nominatur, & cum epiſtola ſit in concilio ſcri-
pta ab Imperatore miſſa, in re tam graui maxima cũ
attentione, & examine, & cura habita fuit ratio cir-
ca nominandas ſuo gradu, & loco Prouincias, & ita
inquit epiſtola. *Ipſe adeo id ſolertiæ veſtræ placiturum eſ-
ſe recipi, vt quod per vrbem Romanam Italiam, Africam, om
nem Ægiptum, Hiſpanias, Gallias: Britanias, Lybiam cun-
ctam, Græciam, Aſiam, atquê Ponticam ditionem, & Cilitiam
vno atquè conſentienti ſeruatur concilio, id libenter quoq; pru-
dèntia veſtra ſuſcipiat.* Et his litteris Conſtantini non
Oſius nominatur, nec ille cauſa extitit, quod prius
Hiſpania nominaretur, cum de ipſo mentio non
fiat.

*f Euſebius de vita Conſtantini lib.3.c.19. Nicæphorus li.8 cap.23.*

Poſt Nicęnum Romanum ſub Sylueſtto celebratũ, 16
& alia leguntur concilia, in quibus cum non conue-
nerint ex Prouincijs remotis, ſed ſolum ex finitimis,
nec fuerint auctoritate, & congregatione vniuerſa-
lia, ſed ſolũ auctoritate generalia ex illis, donec Sar-
dicenſe magnum congregatum extitit, non poteſt de-
duci argumentum.

Tertium, & maximum teſtimonium ex Sardicẽſi cõ 17
cilio colligitur anno. 347. quod ex numero magno
Epiſcoporum magnum appellatur â beato Athana-
ſio *g* in eo exiſtente, vt Calcedonenſe magnum vo
catur, eo quod. 630. Epiſcopi conuenerint. Nam in
Sardicẽſi eo primo libertatis eccleſiæ tẽpore trecẽti
Epiſco

*Tertia auctoritas, & teſtimonium ex concilio Sardicenſi.*

*g B. Athanaſius in Apologetico.2. Onufri⁹ Pãuinus in chronico eccleſiaſtico anno.347.*



Epiſcopi catholici Occidentales, & ſeptuaginta ſex
Oriẽtales Arriani in vnũ coacti ſunt, ſicut ex beato
Athanaſio *h* Nicephor⁹ Socrates, Sozomen⁹, Caſsio
dorus, & alij affirmãt, licet Theodoritus ſolum. 150.
numerat, quod Sardicẽſe concilium, quamuis Vellar
minus controuerſia. 4. lib. 1. c. 7. de concilijs, partim
approbatum ab eccleſia, partim reprobatum exiſti-
met, *i* eo quod trecenti Epiſcopi Occidentales ca-
tholici veram fidem declararunt, & ſeptuaginta ſex
Arriani Orientales hæreticam opinionem ſint ſecta
ti, tamen vt ſcriptum eſt totum catholicum, ſubmit-
tendo me cenſuræ eccleſiæ, opinor eſſe, & vt catho-
licum â beato Nicolao Papa â concilio Conſtantino
politano, â beato Iſidoro, Anſelmo, & alijs refer-
18 tur in decreto Gratiani K varijs locis, & Bucardi
Ibonis, & ab omnibus fere ſanctis patribus, & ibi ca-
lami, vel librarij mendum extitit, dum dicitur, quod
ſexaginta ſolum Epiſcopi conuenerint, cum fuerint
trecenti, quod concilium omnes partes veri, & legi-
timi concilij habuit. Primo enim conuocatum fuit â
Iulio Papa. Item ſecundo legati Pontificis ſuperius
memorati adſtiterunt. Tertio confirmatum ab eodẽ
Iulio extitit, & teſte beato Athanaſio *l* occulatiſsi-
mo multi ex conuenientibus martyrium pro defen-
ſione eiuſdem concilij paſsi ſunt, & alij perſecutio-
nem grauem, vt ex Nicæphoro, & alijs patet, nequê
Vellarminum ad aſſerendum partim reprobatũ fuiſ-
ſe Sardicenſe concilium mouere potuit, quod in eo
ſeptuaginta ſex Epiſcopi Arriani Orientales con-
uenerant, damnatam ſectam profitentes. Nam vt re-
ctê ex beato Athanaſio, & Epiphanio Cæſar Varo-
nius *m* aduertit, in ea ſynodo nihil ſcriptum ex-
tat, quod ſapiat ſectam illam Arrianam, nequê il-
li ibidem adfuerunt, ſed diſceſſerunt â concilio,
19 & aliud ex ſeptuaginta ſolum Epiſcopis Orientali-
bus Arrianis in ciuitate Philopoli ex Prouincia
Thraciæ congregarunt, in quo error ille perfidus
ſcriptus fuit, non tamen Sardicæ, ſed quia illi Sardi-
cenſe concilium vocarunt, quod alibi diuerſo loco,
& ſeparati â catholicis congregarunt, in hac re deci
pi potuit Vellarminus. Item & alia de cauſa induci
in hanc ſententiam potuit, quod ex beato Baſilio
epiſtola. 52. in eo concilio Marcellus catholi-
cus pronunciatus extitit, cum Arrianus extiterit.
Sed eo tempore catholicam fidem profitebatur,

*Quod catholicum, extiterit, & approbatum ab eccleſia Sardicenſe concilium.*

*Error Vellarmini.*

*h Nicæphorus li.9. c.12. Socrates li. 2. c.16. Sozomenus li. 2. c. 11. Caſsiodorus in tripartita lib. 4. c. 23. Varonius. 3. to. anno. 547. Morales lib. 2. c. 7.*

*i Theodoritus li.2. cap.7.*

*K c. quod dicitis. c. quoniã. c. prima annotatio diſt. 16. Ibo Carnotenſis. p. 4. c. 145. decreti. Panormia. lib. 2. c. 117.*

*l S. Athanaſius in epiſtola. 1. & 3. ad ſolitariam vitam agentes Nicæphorus lib. 9. c. 29. tri partita lib. 4. c. 38. Sigonius li. 5. de imperio Occidentali anno. 347. Varonius, 3. to. anno. 347.*

*m S. Athanaſius loco citato, & Epiphanius hæreſi. 52. Varonius, fol. 541. loco relato ſuperius ſeuerus ſulpitius lib. 2. ſacræ hyſtoriæ.*

 &

& ideo merito cum beato Athanaſio, & Paulo iudicatus catholicus extitit, ex beato Athanaſio apologetico ſecundo, & ſupra relatis auctoribus poſtea diſceſsit â fide, & Arrianam ſecutus fuit.

20. In hac autem Sardicenſi ſynodo magna, catholica, & celebri non ſemel, ſed pluries, vbi nominantur Hiſpania, & Gallia ſummo cum ſtudio, & vigilantia in repetitis ſæpius occaſionibus Hiſpania anteponitur, & ordine prius ſcribitur, & ita argumento ſumpto *n* ab ordine maximê vbi geminatio facta eſt, cum ordo prior arguát prærrogatiuam, Hiſpania præfertur Galliæ, & id licet ex ſubſcriptionibus colligi non poſsit, cum Epiſcopi antiquitate conſecrationis, non ex dignitate Prouinciæ ſubſcripſerint, vt factum in Nicæno concilio fuit, tamen in epiſtolis eiuſdem concilij, & vbi ſe obtulit occaſio nominandi Hiſpanias, & Gallias, Hiſpania, priori loco collocatur, vt ex ex actis eiuſdem concilij *o* apparet, quæ etiam referuntur â beato Athanaſio, Theodoreto, Theodorito, & Tripartita hiſce verbis. *Sancta ſynodus Dei gratia ex Vrbe Roma, Hiſpanijs, Gallijs, Italia, Campania, Calabria, Africa, Sardinia, Pannonia, Miſsia, Daciaquè*, Idem beatus Athanaſius apologia ſecunda, contra Arrianos. *Fuere in magno Sardico concilio plures quàm trecenti Epiſcopi, qui ex multis Prouincijs Ægiptij, Lybiæ, Pentapoleos, Paleſtinæ, Arabiæ, Iſauri, Cypri, Pamphiliæ, Liciæ, Galatiæ, Datiæ, Miſsiæ, Thraciarum, Dardaniæ, Macedoniæ, Epyri, Theſaliæ, Achaiæ, Cretæ, Dalmatiæ, Scythiæ, Pannoniarum, Norici, Italiæ, Pycini, Thuſciæ, Campaniæ, Calabriæ, Appuliæ, Brutiæ, Siciliæ, Africæ, Vniuerſæ Sardiniæ, Hiſpaniarum, Galliarum, Britaniarum, eo ſe ad concilium contulerunt.* Et ita vbicumquè Gallia, & Hiſpania ſimul nominantur, priori loco Hiſpania & honoratiori apponitur.

*n gl. c. quorumdam per textũ ibi de electio, in. 6. verb. prædicatorum vbi doctores, et. c. ſi. de pact. in 6. verbo prædicatores c. bene quidem verbo Mediolanenſis. 96. diſt. Euerardus loco 1. ab ordine ex. c. ſolitæ de maioritate et obedientia.*

*o Beatus Athanaſius apolegetico. 2. et epiſtola. 1. & 2. ad ſolitariam vitam agentes Theodoretus lib. 4. c. 24. Theodoritus lib. 2. c 8, Tripartita lib. 4. c. 24. Varonius vbi ſupra fol. 526.*

21 Quartum teſtimonium ex concilio Ariminenſi deduci poteſt, quod licet non ſit legitimum concilium, vt dicemus, tamen ex eo colligitur argumentum hoc pacto, nam ſynodus iſta circa cauſam Athanaſij, & fidẽ Niceni concilij cógregata, eſt, cũ Conſtãtius Imperator anno. 358. &. 359. curauerit, quod duo conuocarentur concilia, alterum ex Orientalibus Epiſcopis Seleucię, aliud ex Occidentalibus Ariminẽſe in quo 460. & plures prelati conuenerũt ex Illirico, Italia, Hiſpania, Gallia, ꝙ Ariminenſe cóciliũ initio ſuo

*Quarta auctoritas, & teſtimoniũ ex concilio Ariminenſi.*

22 *An fuerit legitimum cõcilium Ariminenſe.*

legiti-



legitime iubẽte Liberio Papa fuit congregatũ ibidẽ fere omnibus Epiſcopis catholicis conuenientibus exceptis. 80. Arrianis. Sed quia Conſtantius Imperator infectus Arriana hæreſi, violentia vtens liberos non reliquit Epiſcopos, ſed tyranide oppreſſos aliquos coegit ſubſcribere, aduerſus ea, quæ in Niceno Concilio conſtituta fuerunt, illud concilium legitimum eſſe deſinit, & reprobatum fuit â Papa, tam illud quam Seleucæ celebratũ, quã alterũ vt ex Nicephoro, *p* & alijs ſatis conſtat, ſed argumentum ꝙ ex illo colligi poteſt, eſt conuocatione legitimê â Papa facta, & ſtylo eius temporis, vbi ſemper Hiſpania prius, quam Gallia nominatur, vt ex conuocatione eius concilij patet relata per Gallũ auctorem Sulpitium Seuerum lib. 2. ſacræ hyſtorię. nu. 47. hæc proferentem. *Ita miſsis per Illiricum, Italiam, Africam, Hiſpanias, Galliaſquè magiſtris, officialibus acciti, aut coacti.* Ex concilio Conſtantinopolitano primo, & Romano. 5. ſub Symacho Papa, in quo vt ex actis eius apparet, & Morales lib. 11. c. 4. refert, Stephanus interfuit Epiſcopus Cordubenſis, & ex alijs concilijs non poteſt colligi cóparatio, nec cauſa, ex qua fundetur certa ſententia, nec pro Hiſpania, nec Gallia, donec Lugdunenſe ſecundum fuit celebratum.

*p Nicæphorus lib. 9. c. 39. cum alijs. Theodoretus lib. 2. c. 18. cum alijs. Socrates lib. 2. c. 29. cum alijs. Sozomenꝰ lib. 3. c. 18. cum alijs Tripartita lib. 5. c. 10. cum alijs Onufrius in chronico anno. 359. Sigoniꝰ li. 3. de imperio Occidentali anno. 359. ex beatis Iheronimo Auguſtino, & alijs Vellarminus dicta controuerſia. 4. lib. 1. de concilijs. c. 6. Varonius. 3. to. anno 359.*

22 Quintum teſtimonium eſt ex auctoritate concilij Lugdunenſis ſecundi in ipſis viſceribus Galliæ celebrati Lugduni anno. 1274. in quo præſuit Gregorius decimus Pontifex, & in eo aliqui *q* affirmant interfuiſſe Michaelem Paleologum Orientis Imperatorem Conſtantinopolitanum, & Regem Tartarorum, quem adduxit frater Iheronimus Aſculanus, ex Diui Frãciſci familia, qui poſtea Nicolaus quintus Pontifex maximus creatus fuit, & Philipum Regem Francorum adfuiſſe refert Sigonius, ſed nec adſtitiſſe Paleologum, nec Regem Tartarum, ſed ſolũ legatos eorum certiſsimis rationibus, & coniecturis notant ex noſtris hyſtoricis Iheronimus *r* Zurita fideliſsimus ſcriptor. Miedes Petrus Antonius Beuter, Paulus Æmilius, idq; patet ex epiſtola, quam ad Paleologum ſcripſit Pontifex Gregorius decimus, cuius ſit mentio apud fratrem Angelum Rochum, in Blibiotheca Vaticana fol. 211. Tum etiam Nicephorus Gregoras. libr. 4. &. 5. hyſtoriarum Paleologi, qui mores, vitamquè deſcribit, huius celebris itineris non facit mentionem, cum recenſeat ac-

*Quintum teſtimoniũ ex concilio Lugdunenſi ſecũdo.*

*q Blondus lib. 8. a declinatione imperij anno. 1274. Sigonius de regno Italiæ tom. 3. anno. 1294. Genebrardus lib. 4. anno. 1272. Platina & Illeſcas vita Gregorij decimi. S. Antoninus 3. titi. 20. c. 2. Baptiſta Egnatiꝰ in vita Paleologi.*

*r Zurita li. 3. c. 85 del Rey dõ Iayme cõquiſtador Miedes li. 19. c. 1. 3. & 4. in eius vita Beuter li. 2. c. 53. Paulus Æmiliꝰ in Philippo. 3.*

 tum

tum fuiſſe de conciliatione Eccleſiæ Grecæ cum Latina, ob quam cauſam præcipue congregatum fuit concilium iſtud, & ad conuerſionem Tartarorum, & expeditionem ſacri belli Iheroſolimitani, quæ ſynodus extitit inſignis, nam dum ad eam pergeret, obijt ille cæleſtis doctor Thomas Aquinas, & ibidem adfuit, & obijt beatus Bonauentura excellens doctrina, & ſanctitate, & interfuerunt. 500. Archiepiſcopi, & Epiſcopi, & quadraginta Abbates, & mille prælati, & tandem in eo ex teſtimonio Iheronimi Curitæ, Petri Beuter, & Miedis, & aliorum Pontifice inſtãter efflagintate adſtitit Rex Aragoniæ Iacobus dictus don Iaime el conquiſtador, & ibidem in loco, & ſede cæteris regnis anteponitur, & quia elegantiſsime deſcribit, & narrat Petrus Antonius Beuter loco relato eius verba fideliter ſermone Hiſpano quo cõſcripta ſunt, recitabimus. *Viendo el Papa Gregorio que la Igleſia tenia gran neceſsidad de concilio para muchas coſas, y eſpecialmente para las de Vltramar, determino de juntar concilio en Leon de Francia para la Paſcua de ſpiritu ſancto, y le embiaua a auiſar, como a Rey de Aragon para encarecelle, que no faltaſſe de alli, teniendo neceſsidad de ſu preſencia, para dar conſejo y fauor a la ſancta Igleſia, fuele dada reſpueſta al Nuncio del Papa, que el Rey ſeria en el concilio ſin alguna duda, y de hecho, deſpues de auer celebrado las funerarias de la Reyna de Francia Yſabel ſu hija, muger de Philipo, ſe puſo en camino el Rey, dexando al Infante don Pedro en Girona, para que gouernaſſe la tierra. Y el primer dia de mayo fue el Rey en Leon. Salieron le a recebir los Cardenales vna legua de Leon, y fue tanta la gente que ſalio de Arçobiſpos, Obiſpos, Abades, y otros Prelados de la Chriſtiandad, que tardo el Rey dende el lugar, donde le recibieron los Cardenales, haſta el palacio del Papa, deſde la mañana haſta paſſado medio dia, a la que fue en el palacio ſalio el Papa reueſtido, y delante del Rey fueſſe a ſentar en ſu ſolio Põtifical, y fue el Rey a ponerſe de rodillas delante del; haziendole la obediẽcia, que los Reyes ſuelen hazer a los Papas, luego mando el Papa, que puſieſſen vna ſilla a ſu lado para el Rey. Tuuoſe deſpues el concilio con grande ſolemnidad, hallandoſe en el juntados quinientos entre Arçobiſpos y Obiſpos, y quarenta Abades, y mas de mil Prelados, con Embaxadores de los Tartaros, y de los Griegos, y de los Reyes Latinos. Tratoſe de la neceſsidad que tenia la tierra ſancta, y quiſo el Papa, que el Rey dixeſſe ſu parecer. Empeço el Rey ſu habla, tomando por fundamento aquellas palabras del Propheta Eſayas. Surge, Illuminare*

nare



*nare Iheruſalem; quia venit lumen tuum. Leuanta Iheruſalẽ y recibe la lumbre, que ya viene tu alegria. Hizo vn ſermon gracioſo, y muy ſubſtancial exhortando a todos los eſtados para el ſocorro de la tierra ſancta, do nueſtra redẽpcion ſe cũplio, y ofrecioſſe de paſſar alla cõ mil caualleros de linage, ſi el Papa alla paſſara, como ofreciera, dio razõ, particularmẽte como dos vezes ſe embarcara para paſſar alla, y las dos le embargara Dios el viaje con fortunas, y tempeſtades en la mar terribles: por lo qual penſaua, que aun no era venido el tiempo, en que Dios fueſſe ſeruido de dar la tierra a los Chriſtianos, guardando lo para aqlla hora, q̃ ſegun el creya ſe effetuaria. En aquel cõcilio hablo con tanta grauedad, y buena gracia, que el Papa, y todo el concilio le bendixeron. Saliendo el Rey de la Igleſia, caualgò en ſu cauallo y meneole, dando vnas bueltas y arremetiendo, que ſe eſpantaron todos, viendo le tan viejo, y tan aſido en el cauallo, y dixeron vnos Franceſes: Parmon armaſire vous eſtes aſſez puiſan pour occiure les ſarracins. Por cierto ſeñor, aun eſtays bien rezio para matar los Moros. Tuuieron embidia algunos Embaxadores de Reyes, que alli eſtauan, de la gloria del Rey de Aragon: y pareciẽdoles, ſe les auia perjudicado a ſus ſeñores en dar el primer lugar al Rey de Aragon don Iayme, no quiſieron concertarſe en aquel concilio: de ſuerte y manera, q̃ ninguna coſa ſe concluyò. Viendo eſto el Rey quiſo confeſſarſe con el Papa, y tomando ſu bendicion, boluioſe a Cataluña con grande honra para toda Eſpaña. En eſte concilio murio ſant Buenauentura.* Ex qua hiſtoriæ deſcriptione ſatis apparet omnibus Regni legatis Regem Iacobum in ſede excelluiſſe in concilio illo Lugdunenſi ſecundo: licet in ipſa Gallia congregatum extiterit.

23 *Concilium Vienenſe et Mãtuanum.*

In concilio Viennenſi ſub Clemente quinto anno. 1311. celebratum trecentis Epiſcopis, pluribuſque alijs prælatis congregatis, ſ ex beato Antonino, Blondo, & alijs, in quo concilio licet Philippus pulcher Rex Franciæ adſtiterit ex Villaneo lib. 9. in eius vita, & Papyro Mauſonio lib. 3. & eius filius primogenitus Ludouicus Hutinus Rex Nauarræ ex deſcriptione Blibiothecæ Vaticanæ edita per fratrem Angelum Rocham fol. 213. & etiam præſentes fuere alij duo filij Philippus, & Carolus ex manu ſcripta Pontificali hyſtoria, & cõſtat t ex Iheronimo Zurita digniſsimo fide ſcriptore annalium Aragoniæ, legatos Iacobi ſecundi Regis Tarraconenſium, ibidem Dominum Petrum Queralt, Petrum Boil magiſtrum rationum Guillelmum Aulomar Regium iudicem profectos diebus Septembris anno. 1311. extitiſ

*ſ Sãctus Antonin⁹ 3. part. tit. 21. c. 1. Blondus decade. 2. lib. 9. anno. 1311. Onufrus Panuinuco anno Paulus. Æmilius in Philippo. 4.*



ſe

habebat, altera Regis Hiſpaniarum, cuius etiam ſuſceperat mandatum, & ſic ex vtroquè titulo imperatorio, & Regio præceſsit, cum ex diuerſis *a* titulis, & cauſis poſsit vnam, eandemquê poſſeſsionem quis exercere vt vtriſquê proſit poſſeſsio, & ſic vno actu ſedendi, omnes actus exercentur, ſicut poſſeſsio *b* vniuerſarum rerum conſeruatur poſsidẽdo ſeruum, vel aliquam partem corporis vniuerſalis, vt maioratus hæreditatis. Confirmatur hoc teſtimonium ex relatis per Menchacham initio controuerſiarum illuſtrum, qui in eo concilio adfuit. Nam cum inter oratores vtriuſquè Regis excitaretur controuerſia, quorum prior habere orationem debuiſſet in iudicio lite agitata, prior Hiſpanus habuit orationem, vt fundamenta quædam ad id ſuſtinẽdum, quibus vſus fuit, Menchaca ibidem recitat, & ita poſteriori, actu poſſeſſor in concilijs Hiſpanus eſt, vt pro eo iudicandum eſſe nemo dubitet, cum attẽdatur vltimus *c* actus circa continuandam poſſeſsionem, & hæc ſunt, quæ in mentem venerunt teſtimonia ex concilijs vniuerſalibus, & generalibus deducta, vnde ad alia ex nationalibus concilijs collecta tranſeundum erit.

*a l.3.§.ex plurimis ff.de acquirẽda poſſeſſ. vbi Socinus & doctores.*

*b l.1.§.Veteres. l. prædia. 48.ff. de acquirenda poſſeſsione*

27 *Confirmatur hoc teſtimonium ex eodem cõcilio Tridentino.*

*c c. conſultationib⁹ de iure patronatus. c.cum eccleſia. c. cũ olim de cauſa poſſeſ. & propiet.c. quærelam de elpctione.*

Ex concilijs nationalibus ſeptimum erit teſtimonium his præfatis, quod Gothorum ſæculo illi non ſolum Hiſpanias, ſed magnam Galliarum partem, vt Narbonenſem totam regionem, & Aquitaniæ maiorem terminum poſsidebant ex conceſsione Honorij Imperatoris, Alarici, & Ataulfi, & potentia ſua, vt ex beato Iſidoro, Proſpero, Aquitano, Paulo Æmilio, & alijs oſtendunt Didacus Couarruuias, *d* & Ambroſius Morales, Iheronimuſquè Zurita, & eadẽ cauſa, vbi ex omni regno & natione prælati conueniebant, & nationalia concilia Epiſcopi non ſolũ ex vniuerſa Hiſpania, ſed ex illis Galliæ Prouincijs Gothis ſubiectis conueniebant, quæ eo quod Gothis parẽt, Gallia Gothica cognominabatur, & quotiens in vnum & Epiſcopi Galliæ, & Hiſpaniæ conueniebant, Hiſpania vt nobilior priorem ſedem, vocem, & nominationem habuit, & Gallia inferiorem, vt patet in concilio. III. Toletano tempore Recaredi Regis habito, vt legitur in actis conciliorum, & copioſius, apertiuſquê in concilijs Hiſpaniæ diligentia Garſiæ Loayſæ tunc noſtri eximij Principis Philippi præceptoris, nũc Archiepiſcopi Toletani, cuius ſumma eruditio vna cum integritate, & ſanctitate vitæ, & morum,

28 *Septimũ teſtimonium ex concilijs nationalibus.*

*d Couar.c.1.pract. nu.1. Morales li.11 c.12. Zurita lib. 1. cap.1.*



morum, contendunt, vt difficile ſit iudicare, quæ excellentior ſit in eo, ita omnes perfectè elucent, is enim in eo Hiſpanorum conciliorum codice ſigillatim retulit ſuo nomine Hiſpanos Epiſcopos, & deinde ordine ſuo Gallos in annotationibus ad. III. Toletanum concilium, idemquè aduertere licet in quarto Toletano tempore Siſinandi Regis celebrato, in quo recenſet Hiſpaniæ, & Galliæ Præſules *e* Morales, in eis enim ſæpe legitur. *Hiſpaniæ, atquè Galliæ ſacerdotes.* Hiſpanos priori collocando loco, vnde emẽdanda ſunt verba in decreto Gratiani, c.cum longe. 63. diſtin. concilij Toletani & in actis conciliorum. Nam vbi legitur. *Vnde placuit omnibus Pontificibus Hiſpaniæ atq; Galleciæ,* legendum eſt. *Galliæ Gothicæ.* Gallecia enim pars Hiſpaniæ eſt, non diuerſa ab ipſa Hiſpania, vt eſt Gallia, quę Gothica dicebatur, quia Gothis ſubdita erat, vt in decretis, â Gregorio decimo tertio Pontifice ſummo emendatis adnotatum eſt, & ab Antonio Auguſtino de emendatione Gratiani, & aduertũt Vaſeus, & *f* Garibai, & ſi hoc non recuſatur, vt ſuſpectum teſtimonium, cum in Hiſpania celebrata ſint concilia plura adduci poſſent, ex concilijs nationalibus, in quibus Gothi, qui pares erant Gallis, & Hiſpanis, cum nec Hiſpani, nec Galli eſſent, minimê nocerent iuri Prouinciarum, ſi certa non eſſet in hac re Hiſpaniæ dignitas. Octauum ordine debito teſtimonium ex phraſi, & ſacrorũ doctorum ſtylo colligitur, apud quos vbi Hiſpaniæ, & Galliæ fit mentio ſimul eas coniungendo priori, & digniori loco Hiſpaniam collocant, idquê apud Tertulianum finitimum vetuſtiſsimis concilijs auctorem, adeo ob eruditionem venerandum videre licet. c.7. &. 8. aduerſus Iudæos, argumentum aduerſus eos proponens, perfidiæ arguendo, quod omnes gentes fidem Chriſti profeſſæ ſint, eis in duritia cordis ſui manentibus, hanc ſubiungens orationem. *In quem enim alium vniuerſæ gẽtes crediderunt, niſi in Chriſtum, qui iam venit? Cui enim aliæ gẽtes crediderunt? Parthi, Medi, Elamitæ, & qui habitant Meſopotamiam, Armeniam, Phrigiam, Cappadociam, & incolẽtes Pontum, Aſiam, & Pamphyliam, immorantes Ægiptum, & regionem Africæ, quæ eſt trans Cirenem Romani, et incolæ tũc, & in Iheruſalem Iudaei, & gentes caeterae, vt iam Getularum varietates, et Maurorum multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diuerſae nationes, et Britanorum inacceſſa loca Romanis Chriſto vero ſubdita, & Sarmatarum, et Dacorum,* &

*e Morales libr.12. c.3.&.19.*

29 *Emendatur. c.cum longe 63.diſtin.*

*f Garibai lib.8.c. 43.& lib.11.c.19. Vaſeus fol.89.*

30 *Octauum ex ſacris doctoribus teſtimonium.*

*& Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium; & Prouinciarum, & inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus poſſumus.*

Sanctus Irineus priſcus auctor lib. 1. contra Hæreſes. c. 3. vtens eodem argumento aduerſus Iudæos & Hęreticos. *Et ſi in mundo loquela diſsimiles ſunt, ſed tamen virtus traditionis vna & eadem eſt. & nequè hae, quae in Germania ſunt fundatæ Eccleſiae, aliter credunt, aut aliter tradunt, nequè hae, quae in Iberis ſunt, nequè hae, quae in Celtis, nequè hae, quae in Oriente, neque hae, quae in Ægipto, nequè hae, quae in Lybia, nequæ hae, quae in medio mundi ſunt conſtitutae, ſed ſicut ſol creatura Dei in vniuerſo mũdo vnus, atq; idem eſt ſic lumen, & praedicatio veritatis, vbique lucet, & illuminat omnes homines, qui volunt ad veritatis cognitionem venire.* Vbi conſtat, quod Iberi qui ſunt Hiſpani, prius quam Celtæ, qui ſunt Galli nominantur. Sanctus Iheronymus in epiſtola ad Rufinum eandem rē proſecutus ait. *Hoc in Eccleſijs ſuis faciant, quod Romae, ſiue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa, quod in Illirico, quod in Hiſpania, quod in Britania, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis, vbi humilitas perſeuerat*, & ſæpe, frequenter hoc ſtylo vſi ſunt ſacri Doctores.

31 *Nonum teſtimonium ex legibus Romanorum, et Imperatorũ.*

Nonum, idquê efficax, & certiſsimum teſtimoniũ ex auctoritate legum Romanorum, & Imperatorũ adducimus. Primo in notitia Imperij, in qua omnis cura, & induſtria adhibetur deſcribendi Prouincias ordine, vetuſtati, & dignitati cuiuſquè Prouinciȩ debito, & conſtituto, qui liber merito ex grauitate doctrinæ, & antiquitate, & veritate in ſummo prȩcio habetur, in ſecunda parte, qua agitur de Imperio Occidentali. c. 2. priori loco Prouinciæ Hiſpaniarum, deinde ſecundo ordine Prouinciȩ Galliarũ numerantur. Idemquè ſtylus. c. 67. ſeruatur, vbi Hiſpania prius, & c. 68 Gallia deinde recenſentur, cuius ordinis ſummo cum ſtudio, & animaduerſione ſeruati rationem reddit Guido Pācyrolus doctiſsimus interpres Imperij notitiæ, ex eo, quod Hiſpania priꝰ Prouincia Reipublicȩ fuerit Romanæ, quā Gallia ideo priori loco diſtribuitur Idem ſeruari apud Sextum Ruffum virum Conſularem eadem de cauſa de hyſtoria Romana. c. Regnum Imperatorum, ſed ea non ſatisfacit ratio, cum ex eodem ſexto Ruffo, licet Hiſpani opem Romanis prius, quam Galli dederint, tamen in expugnatione totius Regni, prius fuit



fuit expugnata, & occupata vniuerſa Gallia â Romanis, quā Hiſpania, cũ octauus Auguſtus Cæſar Cantabros, & Aſtures nō dũ ſuperatos expugnauerit, nec omnino potuerit, ideo id totum dignitati, & nobilitati regionis tribuēdũ eſt, cuius inſignia Octauiꝰ Auguſtꝰ vt nobiliora ſibi ſumpſit, vt referemꝰ ſuo loco.

Confirmatur hæc ſententia ex lege Iuſtiniani Imperatoris. l. 2. §. iubemus C, de officio Prȩfecti Prætorio, qua prior locus datur ordinè litteræ Hiſpaniæ, hiſce verbis. *Quæcumq; in partibus Hiſpaniarũ, Galliæ ſiue Francorũ aguntur*, Et ſic videtur Ioannē magnum pronunciaſſe pro Hiſpaniæ dignitate iam antea quā ſuprema gloria, & copia, quibus hodie fruitur, potiretur. Nā in lib. 15. Gothorũ hyſtoriæ. c. 17. inquit. *Vnde ſatis apparet, quātis calamitatibꝰ, et vexationibꝰ opprimebatur inclyta natio Hiſpanorũ, ante Gothorũ, imperiũ ſub quo nō ſolũ liberata fuit, ab omni exterarũ gentiũ incurſu, ſed in eā amplitudinē, et gloriā aſcendit, vt nūc aut præcipua, aut inter præcipuas totiꝰ orbis nationes merito exiſtimetur*, & li. 15. c. 26. *In Hiſpania Veſtrogothorũ orta ſunt noua regna, quorum omniũ præcipuũ erat Gothorũ, quemadmodũ hoc noſtra æuo ipſa Hiſpania, in qua ſedes elegerāt, nulli fœlici regioni ſecunda eſſè videtur.*

# CAPVT TERTIVM.

Quo obiectionibus, aduerſus ſupradicta teſtimonia â Gallis adductis reſpondetur ſatisfaciendo teſtimonijs, & argumentis ab auctoritate, quȩ in eorum gratiam adduci poſſunt.

IN Hac litterarũ paleſtra doctores Galli in proemio citati omne robur cōſtituũt in defendēda poſſeſsione, & retinenda, quā Regē Galliæ, & eius legatos habere contendunt circa occupandũ locũ honoratiorē in cōcilijs ſacris, & Eccleſiȩ actibꝰ, & ita cũ exiſtāt in hac quaſi poſſeſsione, perturbari nō debēt, quominꝰ vti poſsidēt, poſsideāt, ſed cũ hoc tractatu non tātum de poſſeſsione, ſed de proprietate, & poſſeſsione ſimul agatur, omnibꝰ in vtraq; cauſa fundamentis ſatisfacere pro ingenij tenuitate conabimur. Ad quā rē perficiendam, concilia, quȩ argumentũ ab auctoritatē prȩſtare illis poſſunt, referemus, & actus poſſeſſionis, quibus nituntur.

*tunc in Imperatorem electi, & Imperatoris Conſtantinopolitani, Philippi Franciæ, Ioannis Angliæ, Vngariæ, Iheroſolymitani, Cypri, & Aragoniæ, Regumquè aliorum ingens adfuit multitudo.* Et veroſimile eſt quod cum nominatur legatus Aragoniæ, ſi Caſtellæ qui ei præerat, adfuiſſet, potius ille vt præclarior nominaretur, quam alter Aragoniæ, & hoc colligitur ex hoc auctore, & etiam deducitur, quod non vt cœteri ordine regionum mencionem facit. Vnde patet quemq; auctorē, vt placuit arbitrio ſuo ordinem ſcripſiſſe, non adſtrictum legi ſublimitatis. Item in Blibiotheca Vaticana fol. 203. ſolum vnus Hiſpanus legatus deſcribitur, qui fuit Aragonenſis.

3 *Reſponſio ad ſecundum teſtimoniū Gallorum ex cōcilio Conſtātienſi.*

Secundum adducere poſſunt teſtimonium ex concilio Conſtantienſi anno 1215. quod adducit Renatus Chopinūs de domanio Franciæ libr. 3. c. vltimo. nu. 11. in quo adfuit Sigiſmundus Imperator Occidentalis, & in actis eiuſdem concilij maximê ſeſ. 22. Ioannes Gerſon Cancellarius Franciæ legatus Regis Galliæ ad dexteram ſedebat, cum ibidem eſſent Regis Aragoniæ Alfonſi quinti legati Ioannes Remon Fox Comes Cardonæ, & Almiraldus Aragoniæ, frater Antonius Caxal generalis Mercenariorum, Remon Xamar Sperandeus Cardona, magiſter, Philippus Malla inſignis Theologus, & concionator Gundiſaluus, Garſia â ſancta Maria filius Domini Pauli de ſanta Maria Michael Tranes, quibus mandatū â rege in die Iulij anno 141( . conceſſum extitit, eoſquè numerat legatos Zurita. *l* Rex autem Caſtellæ Ioannes legatos habuit Didacum Stunicā Archiepiſcopum Hiſpalenſem, Martinum Fernandez â Corduba Arcis præfectum de los Dōzeles, Didacum Anaya Epiſcopum Conchenſem, Ferdinandum Martinez de Aualos doctorem decretorum, Decanumquê Segobienſem, & regium auditorem, doctorem Didacum Fernandez â Valliſoleto Decanum Palentinum, fratrem Ludouicum â Valliſoleto Dominicanum doctorem, Ioannem Fernandez â Penaflor, quos recenſent *m* Garibai, & Zurita, fueruntq; ibidē legati Nauarrę, quos refert cōciliū ſeſ. 22. Sed huic reſpōdetur obiectioni, ꝙ ſedere ad dexterā, vel ſiniſtrā ſemper non arguit eminētiā loci, vt ex Varonio. *n* c. 1. oſtendimus, & hac ſynodo nō potuit deduci argumētū, cū diſsētirēt valde inter ſe circa ſedis ſuperioritatē, & primā vocē Aragonia, Caſtella,

*l Zurita lib. 12. c. 42. & 43. & 63.*

*m Garibai lib. 16. c. 7. Zurita lib. 12. cap. 66. r*

*n Varonius. 6. tom. anno. 451. fol. 141.*





tella, et Anglia, vter potior eſſe deberet, vt ex ſeſ. 22. & ſeſ. 29. eiuſdē cōcilij patet, & Zurita, *o* & tādē ne alicui nationi aliquod iꝰ quæreretur, decretū fuit ſeſ. 29. vt prēſidēs cōcilij pro omnibꝰ loqueretur, vt his verbis patet. *Qua lecta idē dominꝰ præſidēs pro toto cōcilio reſpondit, & quòd vox præſidentis ſit vox totius concilij, quādo primo de conſenſu omniū nationū conſtiterit, namq; propter diſcordiā nationū Hiſpanicæ, et Anglicanæ, quæ prior reſponderet pro toto concilio Placet; & de alijs prærrogatiuis fuit per nationes, & Cardinales ordinatū; quod præſidens reſponderet pro toto concilio. Placet.* & ſeſ. 22. ſtatutū eſt decretum de non derogando iuri alicuius nationis de prioritate votorū, quod quia nimis prolixū eſt, nō hic trāſcribimus, ſed ſolū verba vltima, quę ſunt. *Nihil omnino excellentiæ, aut cuiuſcunq; alterius iuri propietatis, ſeu poſſeſsioni per præmiſſa, vel aliquo de eorū acquiratur, ſeu acquiſitū ſit, ſeu quouis modo accreſcat, ſeu accreuiſſe cēſeatur circa prioritatē, vel poſterioritatē, aut alias circa præmiſſa, illaque prohibet in futurum ad præmiſſa, aut præmiſſorum aliquod quomodolibet allegari, &c.* Item cum Imperator & eius legatus ſederet ad dexterā Ioannes Gerſon cancellarius Frāciæ poſt legatum Imperatoris ſedere neceſſe debuit, & ideo ad ſiniſtrā primo loco ſedere vt extitiſſe veroſimile eſt legatū, Hiſpanię honoratior; & potior, locus conſenſus fuit primus ſiniſter quam ſecundus dexter.

*o Lib. 12. cap. 60.*

4 *Ad tertium teſtimonium concilij Lateranenſis Iulij. II. & Leonis. X.*

Tertium Galli in ſui gratiā adducent teſtimoniū ex concilio Lateranenſi ſub Leone. X. & primo ſub Iulio. II. anno. 1511. celebrato aduerſus Ludouicū. XII. Regem Francorum, qui conciliabulum Piſanum *p* auctoritate ſua congregauit. In quo ſeſsione. 8. 9. & 10. Ludouicus Solier legatus Ludouici XII. Regis Galliarum poſt legatum Imperatoris Maximiani nominatur & deinde legatus Regis Aragoniæ Catholici Ferdinandi Iheronymus Bich.

Cui teſtimonio vt ſatisfaciamus, illud præfari opportet, quod cum Ferdinandus Rex Catholicus, & excellens Regnum Caſtellæ non ex patrimonio, nequê propria hæreditate obtinuiſſet, ſed ex matrimonio, quod cum Rex Siciliæ eſſet, contraxit cum Iſabella Regina Caſtellæ Catholica, ea defuncta, viduoquê Ferdinando manente, ipſe vt proprium patrimonium obtinuit Regnum Siciliæ, & Aragonię, quorum hæres legitimus fuit, & Regnū Caſtellę ex patrimonio, & hæreditate matris Iſabellę obtinuit

*p Genebrardus lib. 4. anno. 1511. Guiccadinus lib. 11. hyſtoriæ ſui temporis. Ferronus ad Paulū Æmiliū in Vita Ludouici. XII. Monarchia Pinedæ lib. 27. cap. 6. Onufrius in chron, anno. 1511. & in additionibus ad Platinam Vita Iulij. II. & Leonis. X. Zurita lib. 9. c. 30. & 35. & 42. cum alijs in Ferdinādo Catholico.*

domina Ioãna eiꝰ filia, quæ nupſit Philippo. I. patri inuictiſſimi, maximiq; Caroli. V. Imperatoris, & quia eo tempore ipſa Ioanna erat vidua, ægritudinequê impedita, & filius Carolus infans ætate adminiſtrator eiꝰ & regni Caſtellæ Ferdinãdus extitit, vt ſatis id ex chronicis patet, maximê ex Zurita. q Vnde Ferdinandus Iheronymum Bich conſtituit legatum, vt Rex Aragoniæ, & quod ſolum miſſus ſit pro illo Regno, conſtat ex Zurita lib. 7. c. 47. Et antequam Rex Ferdinãdus gubernator Caſtellæ nominaretur, ſolũ quê regnaret Aragonię, miſſus eſt Iheronymꝰ Bich legatus cum alijs ad præſtandam obedientiam Iulio. II. & quamuis poſtea mandatum, ei vt Rex Aragonię, & adminiſtrator Regni Caſtellæ dederit, tamen ſolum titulo adminiſtratoris fuit vſus, & mandatum pro Regno Aragoniæ ſolum datum eſt, quod patet quia in concilio duplici nomine vocatur, aliquãdo, & ſæpius orator Regis Aragoniæ, vt ſeſsione. 7. & 8. aliquando orator catholici Regis Hiſpaniæ, vt ſeſsion. 1. 2. 3. 4. 9. 10. & 11. & 12. aliquando catholici Regis Aragonũ, & Caſtellæ gubernatoris vt ſeſ. 5. & 6. & vtroquê nomine ſemper orator Regis Aragoniæ ſolum intelligitur. Primo quia Ferdinandus non erat Rex Caſtellæ, ſed adminiſtrator ſolum, vt dictum eſt, & ita nec in mandato conceſſo, nec alibi nunquam Regis nomine vſus eſt, ſed tantum adminiſtratoris, & ea cauſa dum Regis Hiſpaniæ dicitur orator, non ex eo intelligitur, quod eſſet orator Regis Hiſpaniæ, ſed vt Regis Caſtellæ, vt Regis Aragoniæ, ex eo, quod in vſu erat, vt Rex ſolum Aragonię diceretur Rex Hiſpaniæ, & Rex Caſtellę etiã, licet non eſſent Reges totius Hiſpaniæ, partem ex figura Metonimia pro toto cõtinentes quia & vbi duo poſſunt concurrrere actus poſsidendi, ex vtiliori, & qui minus nocet, intelligendum eſt poſſediſſe. l. ſi paternæ vbi Baldus, & Paulus. C. de repudianda hęreditate, Alexander. l. 2. C. quod metus cauſa Aimon. conſ. 32. & 106. Ioannes Garſia de nobilitate gl. 12. num. 40. & ita dum dicitur orator Regis Hiſpaniæ, intelligitur, vt ſupra nominatus eſt orator ſcilicet ſolum Regis Aragoniæ, cum vno mandato tantum eſſet vſus in vna ſeſsione, ſicut in alia, & ita phraſis eſt, quod Rex Aragoniæ Rex Hiſpaniæ quandoq; nuncuparetur, vt ex bulla Vrbani Papę patet ad Regem Aragoniæ Petrum miſſa, quam refert Petrus

q *Zurita lib. 5. 6. & 7. & lib. 8. c. 44. & 45. in Ferdinando Catholico. Et Petrus Mexia in Vita Caroli. 5. c. 3. & 4.*

Beu-



*qui egreſsi ſunt de arca Sem, Cham, & Iaphet; porro Cham ipſe eſt pater Chanaam. Tres ſunt iſti filij Noe, & ab his diſſeminatum eſt omne genus hominum ſuper vniuerſam terram.* Ab his tribus Noe filijs ingentem copiam nepotum Noe vidit, qui poſtea ad diuerſas Regiones conſtituendas, & ad ædificanda Regna, & incolenda diuiſi ſunt & inter nepotes Noe, qui trāſmigrarunt per varios orbis ſitus. c. 10. Geneſeos, Tubal recenſetur quinto loco filius Iaphet, qui tertius Noe filius extitit. c. 5. & 9. nominatus ſiue primus ante alios ex Loaiſa in Iſidori chronico. 1. ætate, idque. c. 10. hoc ſermone patet, *Hæ ſunt generationes filiorū Noe, Sem, Cham, & Iaphet, natique ſunt eis filij poſt diluuium, filij Iaphet, Gomer, & Magog, & Madai, & Tubal, & Moſch, & Thiras.* Quando autem diſperſi ſunt fratres Tubali quinto filio Iaphet, & Noe nepoti Hiſpaniæ ædificatio, & habitatio obtigit, vt primus eius conditor extiterat, & ita primi incolæ Tubalis deſcendentes Cetubeles denominati ſunt, eo quod ex Cœtu Tubalis eſſent, vt Beroſus Caldeus auctor lib. 3. & 5. antiquitatum ſatis exprimit, & Anius Viterbus *m* eius expoſitor, & ex Hebreis auctoribus *n* Ioſephus ita à Iauane vero Iouia, totumque Græcorum genus. *Quin et Thobelus Thobelis ſedem dedit, qui nūc ſunt Iberi.* Idque ex Ioſepho Zonaras Græcus hyſtoriagrahus mutuauit. *Condidit autem Iobel, (qui eſt Thubal;) Iobelas, qui noſtris temporibus Iberes appellantur, qui & Hiſpani à quibus poſtea Celtiberi appellati ſunt.* Et ex Latinis omnes venerādi antiqui, & fideles nouiores aſſerunt, vt beatus Iheronymus, Iſidorus, & reliqui, quorum auctorum teſtimonio *o* condidit Tubal Hiſpaniam centeſsimo quadrageſsimotertio anno poſt diluuium, & 2173. ante Chriſti natiuitatem, & 1179 a creatione mundi, & regnauit. 155. annis in Hiſpania Tubal ipſe, quæ annorum computatio Beroſi videtur, cum qua conuenit Strabonis numerus narrās ſex mille annis, antea quam ipſe ſcriberet floruiſſe in Hiſpania litterarum ſtudia, qui viguit imperante Auguſto Cæſare, & ex Xenophonte in Geographia. c. de diuerſitate temporum: Strabo quatuor menſes anni perficere exiſtimabat, & duo mille annos ſolares, duodecim mēſium ſunt ſex mille anni, ex Strabonis computatione, qui etiam non numerauit. 173. annos, quorum notiam non habuit, illud autem quod Hiſpaniæ eo tempore litterarum ſtudia

*m lib. 12. c. 1. & 3. & 4.*
*n lib. 1. antiquitatum. c. 7.*
*o S. Iheronim⁹. c. 66 in Eſaiā et. c. 27. in Ezechielē. Euſebius in chronico. Roderic⁹ Archiepiſcopus Toletanus lib. 1. hyſtoriæ Hiſpaniæ. ca. 3. Alfonſus Cartage. in anacephaleoſi. c. 3. & Epiſcopus Gerundenſis. c. 8. & 9. hyſtoriæ Vaſeus. 1. tomo. c. 10. Floriā de Ocāpo li. 1. hyſtoriæ c. 1. & 4. Beuter. c. 6. hyſtoriæ Venero. fol. 36. Taraſa de Regib⁹ Hiſpaniæ lib. 1 c. 1. Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi. 5. p. conſ. 28. Bergomēs is lib. 2. et. 10 in ſupplemento chronic. Cromerus de origine Poloniæ. c. 1. & 2. Mariana de rebus Hiſpaniæ. c. 1. et Genebrard⁹ in chronico anno, 27. diluuij & 1694. a creatione mundi Chronica generalis Alfonſi 2. p. c. 3. Didacus Valera. 2. p. c. 1.*

8 *Tempus fundationis Hiſpaniarum.*





dia narrauerit, hinc ſumpſit originem, quod Thubal eo ſæculo regnabat, qui artis poeticæ, & muſicæ, primus inuentor extitit, vt de muſica Polydorus *p* Virgilius recitat, & leges Hiſpanis condiderit; Philoſophiæ, & Aſtrologiæ præcepta inſtituerit, documentaque omnium reliquerit facultatum; præſertim autem ritus, ſacrificia, diuinaſque litteras docendo, & ſic Iobel cognominatus eſt, quæ vox lingua Hebraica ſapientem in rebus diuinis ſignificat, & Iobeles ex Ioſepho dicti ſunt Hiſpani, Euſebioque, & beato Iheronymo, quaſi docti, & inſtituti, rebus diuinis; cum ex eiſdem illis metro ordinatas leges Thubal inſtituerit, Regnique ordinationes, vt facilius, ac ſuauius ex [illegible]minibus, & ordinis concentu memoria retineretur, hincque Setubalem in Luſitania ciuitatem, & Tudelam, Tafallamque in Regno Nauarræ denominatas fuiſſe à Thubale, aſſerunt quidam ex ſuperius commemoratis auctores; Noeque auum vſque ad Hiſpaniā ex ædificationis eius notitia peruenisse, & apud Aſtures Noegam oppidum, quod dicitur apud nos *Nauia* condidiſſe, & apud Galeciam Noelam, quæ dicitur *Noya*, propriumque Noe nomen illis indidiſſe, vt Beroſus libr. 5. anno decimo Nini auctor eſt, ex eoque Vaſeus dicto cap. 10. quorum oppidorum meminit Plinius libr. 3. cap. 21. naturalis hyſtoriæ, deinde vero ab Ibero Rege, cuius meminit Beroſus Iberia dicta eſt Hiſpania, a quo etiam nomen ſumpſit Iberus fluuius, & Heſperia ab ſtella Heſperia Occidentali. ſiue rectius à Rege Heſpero; cuius frater Athlas poſtquam Hiſpaniā obtinuit in Italia Regnū collocauit iam ab ea ætate Hiſpania, Reges Italiæ rectoreſque inclytos creante vt poſtea Trajanos, Theodoſioſque inſignes educauit vt regerent & Italiam, & orbem, Hiſpania a Rege Hiſpano deriuatur, licet aliam æthymologiam coniectura quadam erudita ſane, ſed difficili ex doctiſsimo Iacobo Mendoza Ambroſius Morales in deſcriptione Hiſpaniæ retulerit, quam ſufficit non placuiſſe honori noſtri ſæculi Antonio Auguſtino Tarraconenſi Archiepiſcopo viro ſane ita omni litterarum genere ornatiſsimo, vt nihil penitus ignorauerit, & hinc progenitos a Thubale Hiſpanos ſatis liquet.

8 *In Hiſpania prima Theologia, Aſtrologia, Philoſophia, muſica, Poeſis, & legum facultas inſtituuntur, & prima Academia.*

*p Polydorus Virgilius lib. 1. c. 14. de inuentoribus rerum*

9 *Athlantem Regē Italiæ dedit Hiſpania Italiæ, vt alios Imperatores.*

10 Patefacta igitur Hiſpanorum origine, & ſede de Gallorum initio agendum erit; in quo ita

*Origo Regni Gallorum.*

*q Oliuerius textor in epihetis verbo. Galli, Caſſaneus. 12 p. conſil. 17. Guillelmus Benedictus. ca. Rainuntius verb. ſi abſque liberis deciſ. 2. nu. 39. & verbo duas habẽs filias numer. 77.*

diſſentiunt fere omnes, vt ipſi Galli auctores *q* fateri cogantur, nihil exploratum, & certum affirmari poſſe, aliqui enim aſſerunt Galliam a dictione Galath Hebrea dictam fuiſſe, quam hodie Bretones ſeruant &, Glau apud eos ſignificat aquam, & quia populi hi diluuij tempore aqua innundati fuerunt, dicũtur Galli quaſi populi aqua pleni, qua æthymologia vtitur Habrahamus Hortelius in theatro orbis in deſcriptione Galliæ, Robertuſque Cænalis de re Gallica, hincque Stephanus Forcatulus de Gallorum imperio, & philoſophia libr. 1. fol. 3. Noe, quem antiqui Ianum appellarunt, Gallum dictum fuiſſe aſſerit, eo quod in arca ſiue naui saluus manſit, cum Scythæ, & ſagi Galeri vocent naues, & apud nos retineatur nomen *Galeras*, ſicut huius dictionis Scythicę Galeri mentionem facit Cato de originum libris, ſed quia vt commemoraui initio huius capitis recenſere ea, quæ ante diluuium geſta ſunt, non poſſumus, cum ſimul cum orbis ædificijs, & volumina hyſtoriarum perierint præter libros Moyſis, & ex hac denominatione omnes populi Galli dici poſſent, cum aqua interierint & antea non Galli ſed Celtæ dicebantur, vt dicemus, Aliam igitur poſt cladem illam originem quærere debemus, ita vt intelligamus Galliam, in qua Galli habitarũt, & Franciam, de qua agimus, eandem eſſe, quæ ſic dicta eſt ab occupatione Francorum, qui ei nouum nomen cum nouuo dominio dederunt.

*r Cromerus de origine Poloniæ. c. 1. & 2. Stephanus de imperio, & Philo. Gallorum lib. 1. fol. 3.*

Alij *r* autem Galliam â Gomer, alio nomine Cromerum dictum deriuari exiſtimant filio Iaphet; & nepote Noe, fratreque Thubalis Hiſpaniarum conditoris, cuius fit mentio cap. 10. Geneſeos. *Filij Iaphet Gomer, & Magog, & Madai, & Iauan, & Thubal, & Moſoch, & Thiras.* Deceptos tamen eos auctores fuiſſe, non ex recentioribus, ſed ex antiquiſsimis auctoribus liquido conſtat. Cum Cromerus dictus Gallus non Galliam, & Gomer non Gallos, ſed Gallatas Gomerenſes olim dictos condiderit ex Ioſepho lib. 1. c. 7. & Italiam Cromerus cõſtruxerit, ex Beroſo li. 4. & 5. ex quo vera, & omniũ fere ſententia eſt Beroſum ſequentiũ, quod vltra filios Iaphet, Noe nepotes cap. 10. nominatos, alius natu minor extitit Samotus dictus, qui Galliam ædificauit, & Samotenſes Gallos â nomine ſuo appellauit, & ita Beroſus libr. 5. teſtatur paulo poſtquam Thubal Hiſpa-



paniam condidit, & Cromerus Italiam, Samotus initium dedit Galliæ, & ei ſucceſsit filius Mago, & alij, quæ origo â Boroſo numeratur, & Annio viterbo commetatore eius, & omnibus fere teſte Stephano Forcatulo ſuperiori loco, qui narrant Samotum alio nomine Ditem fuiſſe cognominatũ, â quo gloriantur Galli deriuari, ex Iulio Cęſare libr. 6. de Bello Gallico, *Et Galli ſe omnes â Dite patre progenitos prædicant, idque à Druidibus proditum dicunt.*

11 *Gallia Galathea.*

Alij vero Galliam a Celte Polyphemi gnato, qui multis poſt annis regnauit, initium ſumpſiſſe aſſeuerant, & inde dictos Celtas, & poſtea Gallos a Galatha filio Herculis Galliam illuſtrante, quem Hercules ex Galathea procreauit, cum ex Italia Hiſpaniam vſque tranſmigrauerit Sed nec hęc origo placet, cum â Celta Rege Celtas dici *ſ* Strabo, & Marcellinus ſcribant, ita vt quandoque ex Forcatulo libr. 6. de imperio, & Philoſophia Gallorum, Celtæ ſint populi partem Gallię habitantes ex Pomponio *t* Mella Strabone, & Plinio, & aliquando omnes Galli Celtæ vocentur, Galli autem â Gręca dictione gala ac ſignificante dicti ſunt, eo quod albi ſicut lac naſcantur, vt & Marcellinus libr. 15. narrat, *Celſioris ſtaturæ & candidi ſunt Galli pene omnes, rutili,* vel natura regionis, vel ex eo quod frigore contracta membra, & ſanguis in corde retentus album colorem generent, & ſol non torridos conſtituat, vt cecinit Baptiſta Mantuanus.

*ſ Strabo lib. 4. Marcellinus lib. 15. rerũ geſtarum Anius Viterbus ad Beroſum de Regibus Aſſiriorum.*

*t Pomponius Mela lib. 3. c. 2. Plinius libr. 4. c. 16. et. 19. Iulius Cæſar in commẽtarijs lib. 3. & 6. de bello Gallico.*

12 *Gallia a colore lactis.*

*Ignea mens Gallis, & lactea corpora nomen*
*à candore datum populis.*

13 *Vnde Salij dicatur Galli & lex Salica.*

Eodemque caſu Galli Salij denominantur ex Ammiano Marcellino vita Iuliani Apoſtatæ, ita q Salia, tota Regio Galliæ vocetur, vnde lex Salica dicta ex Forcatulo libr. 6. vide Petrum Gregorium in præludijs, & etiam quædã pars Gallię Salia a dicatur, & ex his patet & Beroſo antiquiori auctore, cuius ſcriptis fidem maximam Ioſephus, cęterique priſci ſcriptores in origine gentium habent, Hiſpanos â primo fratre Thubale progenitos, Gallos â Samotho minore natu Hiſpanos primo cõditos, Gallos poſtea & ita vt primogenito fratri, & antiquiori origine Gallus ætate, & fundatione Germanus frater minor locum honoratiorem relinquere merito omni iure poſtulante debet. primogenito Hiſpano fratri.

## Caput quintum,

14 *Vnde dicatur Francia Gallia.*

Galli autem Franci dicuntur ex quibuſdam â Frãco Hectoris filio Pariſienſem ſplendidam vrbem ędificante, certius tamen eſt â Francis occupãtibus Galliam Frãcos appellari, eoque nomine a beato Gregorio, Pontifice maximo primo donatos. Francorum autem, qui Gallias occuparunt, origo varie redditur, vt ex Geldrio incompendio chronici Geldriei. c. 4. Sed ab omnibus filio Hectoris Franco tribuitur, qui cũ Antenore, & Teucris euerſa Troia Vagans per Aſiam & errans, ad littora Danubij perveniens, ſolitudinemque quærens, ſedem collocauit apud flumen Thanaim in lacu Meotide, vbi Sicambria ædificata fuit â qua Sicambri populi dicti, & inde Germaniam vſque tranſeuntes Francus, & ſocij Franconiam inclytam vrbem, quæ dicitur Frãchafort condiderunt, a qua Regione Franci exeuntes Galliam expugnarunt, & ab illis Francia dicta fuit, quæ ethymologia certior videtur, quam alia ab alijs reddita, vel â Franconia Prouincia, vel ex eo, quod Galli Franci, ideſt, liberi á tributo exiſtant, quia ſe â iugo liberarũt, vel ꝙ Valẽtinianus Imperator propter opem ab eis obtentam aduerſus Alemanos eos liberarit, vt hæc, & alia Paulus v Æmilius, Carolus Guaguinus, Molineus, & alij recenſent initio hyſtoriæ, & inde alia de cauſa cum Franci ſint Galli honorem primum Hiſpanis debent, cum Troiani ex Floriano de Ocampo lib. 1. c. 7. hyſtoriæ ex probatiſsimis ſcriptoribus aſſerente â Phrygijs deſcendant, Phrygij autem originem â Brigo quarto Hiſpaniarum Rege trahant, qui eo ſermone Phrygius, & ab eo Phrygij dicti ſunt populi ab eo conditi, & ita Franci vt nepotes Hiſpaniarum auuo obſeruantiam, ac obedientiam præſtare debent.

(?)

*v Molineus. 1. par. conſuet. Pariſien. n. 12. Tarcagnota lib. 6. part. 2. fol. 210. S. Antoninus. p. 2. tit. 11. c. 3. Sigonius li. 1. de Imperio Occidentali fol. 3, Chriſtianus Maſſeus li. 3. chronicæ. Andreas Raiſnier in Baſilicon genealogico opere. Sigibertꝰ in chronico. c. de Regno Frãcorum.*

15 *Quod Frãci à Sicambris deſcendant, & Sicambri ſẽper in Germania extitere.*

CAPVT



# CAPVT SEXTVM,

## Quo tertia cauſa, & ratio commemoratur quare antecedere debeat Rex Hiſpanię, cum ſit eius Regnum primum in fide recipienda, & profitẽda tam in vniuerſa Regione, quam inquibuſdam eius Prouincijs, in eoque prima Eccleſia ſit condita, primum concilium celebratum, primus Pontifex ex hac natione electus, primus imperator creatus, prima epiſtola â Pontifice Miſſa, primus legatus, & nuntius deſtinatus, primus ſanctus cui Eccleſiam dedit Romana, primus qui conuerterit Imperatores:

(?)

1 *Argumentũ quod priori in fide recipienda Regno potior ſedes debeatur*

VT Inferior hic mundus cœli tum motu, tum lumine regitur, ita Chriſtiana Regna â fide, â religione, ab eccleſiaſticis, & diuinis rebus, velut â cœleſtibus gubernari, & fundamẽta capere debet, quare profanis omiſſis ſacrata iura cum hic de Eccleſię ſede agatur, repetamus, cum enim nulla maior virtus, ac honorabilior optari ab homine poſit, quam mentis religio, quæ diuini boni initium, ac pars præcipua eſt, cardo, & ſcopus huius diſputationis in ea verſabitur veritate inueſtiganda, vbi primum religionis cultus, & ſplendor enituerit, ſuoque fulgore innumeros populos illuſtrarit, & in eandem religionem, fidemque pellexerit, vt prior tempore, potior in iure pronuntietur ex omni legũ ſanctione, *a* antiquiorq; poſſeſsio, & iuſtior vincat, *b* ne contra ordinem naturæ ex beato Leone. *c Imperiti magiſtri noui antiquis præferãtur rudes emeritis.* Appetere enim in domo Dei, vt eſt Eccleſia Catholica decorẽ, & honorem meritis fidei & religionis monet Pſalmiſta. *Dñe dilexi decorẽ domus tuæ, & locũ habitationis gloriæ tuæ.* Exemploque ipſiuſmet Eccleſiæ ad iura in eius ſede habenda inſtituimur, inqua beatus Paulus. c. 8. ad Romanos Apoſtolos, vt primitias fidei habentes maiori præuilegio ornatos oſtendit. *Non ſolum autem illa, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus Dei habentes,* Quo loco beatus *d* Thomas, cęteraque Theologorum ſchola docet, potiori, ac ſu-

*a l. aßiduis. C. qui potiores in pignore habeantur. cap. qui prior de regul. iuris. lib. 6. gl. verb. fuerit c. 1. de maior. & obedien.*

*b c. licet cauſam de probat. l. quoties. C. de rei vendi. Bart. l. ſi duo. ff. vti poßidetis verſiusnum. 51. d. c licet cauſã. Menochius de retinenda rem. 3. q. 87. numer. 275.*

*c Satuimus. 61. diſt.*

*d S. Tho. c. 8. ad Roma. et 1. p. q. 44. art. 7. & in. 1. ſententiarum diſt. 16, art. 2. Scotus, & Durãdus in 3. Caſſan. in cathalogo gloria mundi. 3. p. cõſiderat. 28 & 29.*

 bli-

.blimiori grudu, & præmio gloriæ Apoſtolos frui, quia priores in fide recipiendā éxtiterit, ea quæ laude ornat beatus Lucas Antiochenſes. c. 11. actuum Apoſtolorum. *Ita vt cognominarentur primum Antiachiæ diſcipuli Chriſtiani*, & ideo quia primi' potiores conſtituti ſunt, cum ibi beatus Petrus ſedem Pontificatus collocauerit, & Romam poſtea ſede translata *e* Patriarchalis dignitas perpetua manſerit in Eccleſia eius, gloriamque gentis extollit hac in re diuinus Chriſoſtomus homilia. 3. ad populum Anthiochenum. *Sicut Petrus inter Apoſtolos primus Chriſtum prædicauit, ſic inter ciuitates hæc primatum, & coronam quandam ad mirabilem Chriſtianorum tulit appellationem*, & homilia. 7. in Matheum. *Vos autem ſiquidem aliquod de honore certamen oriatur omni ambitione contenditis, vt vel vniuerſo præſideatis orbi, illo ſcilicet vobis preuilegio blandientes, quod hæc prima ciuitas fidelibus Chriſtianorum nomen impoſuit.* Et ab ipſomet legislatore diuino legis Euangelicæ Chriſto optimo maximo ex ordiēdo hęc lex ordinata fuit cum primo in fide, & vocatione Petro ex. c. 4. Mathæi & Marco c. 1. prior dignitas, & maior collata ſit, vt Pontifex ſucceſſor eiuſdem Chriſti, & caput eius Ecelesiæ eſſet deinde hoc exemplo ipſa Eccleſia in conciliorum ſede primam *f* antiquiori preſuli in ordinatione, & cōſecratione tribuitſedē. Itē omnes bene fundatæ Reſpublicæ temporales vetuſtiori, & primo in poſſeſsione honoratiorē *g* locum aſſignant, & denique ea ratione in Eccleſia Regi Iheroſlymitano prior debetur locus, quod prius prædicata in eo Regno fides fuerit Carolo Graſalio *h* Gallo auctore id recipiente, non mirum igitur erit, ſi oſtenderimns, primum omnium Gentilium Regnum Hiſpaniarum fuiſſe, in quo fides Catholica prædicata, & recepta fuerit, etiam ante Antiochenum populum, in quo primum nomen Chriſtianis inditum eſt, non tamen ibi primum fides prædicata eſt, cum iam eam beatus Iacobus in Hiſpania promulgauerit, inde ſequitur, vt mirabili rerum ordine factum videatur, vt Regnum prius fundatione, & a fratre maiori conditum Hiſpanum prius etiam lucem diuinitatis aſpexerit, ac alijs gentibus communicaret, & ita locus diuinæ religionis inter Gentiles apud nos primus fuit, & ſic etiam primus in eiuſdem religionis actibus, & ſede eſſe debet, in qua re oſtendenda, cum diuina ex dignitate ornari debeant diuina virtus

*e c. rogamus. 24. q. 1 c. antiqua de præuilegijs ſyntagma iuris. lib. 15. c. 5. et. 7. Varonius. 1. tomo anno. 43. fol. 297.*

*f c fin. diſt. 17. vbi gl. et. c. 1. c. ſtatuin.ᵒ de maiorit. & obedi. Ceremoniale Romanum lib. 1. ſecti. 14. c. 3. Iacobatius de cōcilijs lib. 1. art. 12.*

*g Gloſ. 1. ff. de albo ſcriben. glo verb. antiquiores. c. fin. de cōſuetu. in. 6. Curia Piſana lib. 2. c. 2. vbi additatio littera. c. Gama deciſ. 1.*

*h Carolus Graſaliᵒ de iuribus Regū Frāciæ iure. 1.*



tus altiori, quam meo ingenio, atque eloquio celebranda eſſet, ſed quia ſe altius tollere, vt res poſtulat, non poteſt oratio, nuda, & ſyncera veritate confiſus rem ab ex ordio natiuitatis Chriſti aggrediemur.

2 Ab ipſo naſcentis Chriſti orbis totius redemptoris primordio bonis auibus, fœlicibuſque auſpicijs potita eſt Hiſpania tellᵒ, ſtatim enim vt Iheſus Chriſtus ex Maria Virgine lumen illuminans omnes mortales natus eſt, ſignum eius diuinæ lucis in Hiſpania viſſum eſt, vt his verbis ex chronico Iſidori Lucas Tudenſis memorat libr. 1. *In Hiſpania etiam hora natiuitatis Domini circa noctis medium quædam nubis adeo ſplēduit, vt meridiani caloris feruorem, ac ſplendorem daret terris.* Idē generalis hyſtoria *i* Alfonſi Regis recenſeit Vaſeus, Morales, & alij, alterumque ſignum mirabileᵒ ſcribit locupletiſsimus, & fidedignus auctor, qui nō

3 vt Hiſpanus recuſari poterit ſanctus Thomas qui in 3 p quæſt. 36. art. 3. in ſolutione ad. 3. refert in Hiſpania tres ſimul exortos ſoles, pares magnitudine, & ſplendore, qui paulatim in eundem orbem, & ſolem coierint, vt indicaretur eo aſpectu Trinitatis myſterium, cum tres ſint æquales, & conſubſtantiales perſonæ, & vnus Deus. Quibus Hiſpanis reuelationibus â Deo optimo miſsis cedant aliæ, quæ Romæ leguntur, vt fons olei cuius meminit Oroſius, *K* & ſol vnus fulgentiſsimus apparens, vt quidam teſtantur ex Varonio, & Morales, *l* itaq; Hiſpania vt prima in fide ſuſcipienda, & firmior in retinenda fuit prima in reuelatione natiuitatis Chriſti, cum de Gallia in huiusmodi ſignis nihil legatur.

4 Secundum teſtimonium ab excellentia inſtituentis in fide Catholica, preceptorumque in Euangelica doctrina docenda, & ſeminanda ſumetur, ſicut enim orbe diluuio vaſtato, vt iterū renaſceretur, & habitaretur tellus deſerta, & inūdata, Noe filij, & nepotes diſperſi ſunt per vniuerſum orbē ex. c. 10. Geneſeos, ita vt alijs in Aſia, alijs in Europa, vſq; ad Gades ſorte obtigiſsēt Regiones Ioſepho auctore lib. 1. c. 7. eodē modo Adę peccato cū natura humana cladē pateretur, regnoq; cœleſti priuata eſſet, & beatitudine, adquā fruendam creauit Deᵒ hominēad imaginē, & ſimilitudinem ſuam, vt iterum renaſcatur homo ex aqua, & Spiritu Sancto, Deushomo natus eſt, & vt alter Noe filios ſuos â ſe in ſpiritu, & diuina doctrina geni-

*Primum Hiſpaniæ ſignū in natiuitate Chriſti ſtatim vt natus eſt.*

*Hiſpaniæ tres ſimul exorti ſoles pares magnitudine. & luce paulatim in eundem orbē coierunt.*

*Secundū teſtimoniū, quod fidei magiſtra in ea beatiſsima virgo Maria fuerit, beatuſq; Iacobus Apoſtolus.*

*i Cronica Hiſpaniæ generali. 2. par. c. 107. Vaſeus lib. 1 fol. 57. Morales lib. 9. c. 1.*

*K Oroſius lib. 6. c. 20. hyſtoriæ.*

*l Varonius. 1. tomo anno. 1. Domini fo. 59, Morales lib. 9. c. 1.*

genitos, & inſtitutos in vniuerſum orbem ad ſeminandum verbũ Dei, & plantas euangelijs radicitus in cordibus hominum figendas miſsit, & ita diſperſi ſunt Apoſtoli per Prouincias. c. 15. actuum Apoſtolorum, Nicephorus lib. 3. c. 1. & Prochorus de beato Ioanne. c. 1. ita vt vnicuique Prouinciæ Apoſtolus datus ſit, vt Aſia Ioanni Euangeliſtę, & Antiochia, Galatia, Romaque Petro, & Paulo, & eo ordine vnicuique credita eſt regio, vnde dicitur, quod vnaquæque Prouincia habet Apoſtolum, & quamuis nullus ex Apoſtolis ibidem prædicauerit, dicitur Apoſtolus Regionis ille, qui ex ſanctis poſt Apoſtolos primus in fide Regnum inſtituit, quia Græca voce Apoſtolus idem eſt, quod miſſus à Deo, & ſicut in cuſtode Angelo cuique regno ad eam regionem aſſignando Deus excellentiorem gratiam facit, ita in conſtituendo Apoſtolo prædicationis Euangelicæ excellentiori charius ſibi, & præſtantius regnum *m* oſtendit, in quo præuilegio excellit Hiſpania, cum beatiſsimam virginem Mariam omnium Apoſtolorum, mortalium, & Angelorum Reginam magiſtrã habuerit doctrinæ Euangelicæ, & beatum Iacobum maiorem eius nepotem ex ſorore fratrem Ioannis Euangeliſtæ in multis adeo ad interiora pectoris arcana electum, vt in transfiguratione, & paſsionis oratione in Gethſemani patet. Hic igitur Apoſtolus Hiſpaniæ primus in eius oram, gentemque profectus Euangelicam inſtitutionem aperuit, poſuitque apud nos fundamenta fidei, quæ ab eo tempore nec deſuit, nec interitura beneficio Dei vllo ſæculo erit, & non ſolum dum in humanis fuit diuinus Iacobus honorẽ Hiſpaniæ exhibuit in ea docenda, ſed eo mortuo, quod liberaliter receperit corporis ſui miraculo ſummo vſq; ad diem reſurrectionis carnis cõſtituit Deus optimus maximus, vt iaceret in Hiſpania, cuius ſemper pater, patronuſque Apoſtolus eſſet, vt cum primum martyrium ſit paſſus inter Apoſtolos hoc honore decoretur ex Caſſaneo dicto loco, nullũq; aliud Apoſtolorũ corp⁹ ita ab exteris nationibus colitur, cũ vndiq; cõfluant ad illud venerãdũ votũq; illud vidẽdi ita ſit ab Eccleſia probatũ, vt diſpẽſationẽ eius ſibi Pontifex reſeruauerit, ſicut voti Iheroſolymam, & Romam adeundi, *n* cum de nulla alia peregrinatione id conſtituatur, quæ ſanctitas loci, & veneratio, ex egregijs, & inclytis perſonis, pera-

*m Caſſaneus. 3. p. conſiderate. 29. in cathalogo gloriæ mũdi.*

*n Extrauag. & ſi dominici depœnitentijs, & remiſsionib⁹ inter communes.*

5 *Votũ adeundi compoſtellam.*



peragrationem iſtam, & votum perſoluentibus ſummam auctoritatem cœpit, cum & Romani Pontifices, Imperatores, Reges, heroeſque inſignes hanc ſanctam Baſilicam, vbi corpus cõditum eſt, adierint, vt de Caliſto ſecundo Pontifice maximo, qui miracula beati Iacobi in lucem edidit, legitur, quem ante pontificatum in Hiſpaniam profectum corpus ſanctum coluiſſe refert Morales. lib. 9. c. 7. & de inſigni Franciſco Aſsienſi minorum fratrum patre certum eſt, & ſancto Dominico Calciatenſi, alijſque pijs, & religioſis viris. Item ſcriptum etiam extat Imperatorem Carolum magnum tam rerum geſtarum gloria, quam ſanctitate, & religione præclarum huius ſancti corporis videndi, & venerandi cauſa ad Hiſpaniam, & eius baſilicam perueniſſe, vt traditione habetur, & eius aduentus celebratur in metropolitana Eccleſia dicti Apoſtoli die ſexta Iulij, qua ſolemne anniuerſarium canitur, recolendo memoriam donorum, quæ largitus eſt liberali, & regia manu. Quãquam *o* Rodericus, & Morales hiſtorici noſtri hoc confutent, & hanc peregrinationem colendi dicti corporis cauſa à Carolo Caluo Imperatore Caroli magni nepote expeditam fuiſſe aſſerunt, certum tamen eſt, ac exploratum, Ludouicum ſeptimum Frãcorum Regem generum Imperatoris Hiſpaniarum *p* Alfonſi ſeptimi Regis Caſtellæ ſociatum ſocero hanc ſacram domum adiuiſſe, idem de Ioanne Brena Rege Iheroſolymitano ex Gallia profecto *q* narratur, & Guillelmo duce Aquitaniæ, & Comite Burgundiæ Raimundo, qui vxorem habuit Vrracam filiam Regis Alfonſi, qui Toletum expugnauit, & ex Regibus Aragoniæ Rex Petrus anno 1185. & Iacobus anno. 1292. dicuntur Compoſtellam Eccleſiam adijſſe, ex Luſitanis Regibus Emanuel *r* Legionenſes autem, & Caſtellani Reges plures adiuerunt, vt Alfonſus Caſtus cum Vrraca coniuge, Ramirus primus, cui apparuit in bello Beatus Apoſtolus, Alfonſus tertius cognominatus magnus, qui Eccleſiam reſtaurauit, Ferdinãdus primus *ſ* Sanctius quartus, Alfonſus duodecimus, Reges Catholici Ferdinandus, & Eliſabeth anno. 1486. & Catholicus, atq; omnium maximus Philippus ſecundus anno. 1555. cum in Angliam proficiſceretur, cumque de Apoſtolo adeo inſigni, & patrono gloriari merito Hiſpania poſsit, non minus triumphare poterit, quod beatiſsi-

6 *Qui adierint Compoſtellã Põtifices, & Reges, et ſancti.*

*o Rodericus li. 4. c. 10. Morales libr. 9. c. 7.*

*p Papirius Mauſonius li. 3. in vita Lodouici. VII. de geſt. Franc. Paul. Æmilius in eo Rodericus lib. 7. c. 9. & hyſtoria Alfonſi. 7. c. 26.*

*q Papirius Mauſonius ſupra.*

*r Damian de Goes. p. 1. c. 64.*

*ſ Rodericus lib. 4. c. 12. & c. 15. hyſtoria generalis. p. 3. c. 11. & 14. & p. 4. c. 1. hyſtoria Regis Sãctij. c. 3. & Alfonſi. XII. c. 102.*

tiſsima ſemper Virgo Maria adhuc viuens ab Angelis ducta in Cęſarauguſtana vrbe beato Iacobo apparuit, eiq; pręcepit, vt in eius honorem, & memoriam eccleſiam conderet, pollicitaque eſt, quod fides vigebit omni tempore Hiſpaniæ, ibique artificibus exiſtentibus Apoſtolo ſacro, & diſcipulis alma eccleſia condita eſt ſub inuocatione beatæ Mariæ columna cœleſti, qua ſedit ſacratiſsima Virgo ibi appoſita, vt dicemus ſuo loco, itaque ibidem magiſtra fidei confirmans prædicationem Apoſtoli beatiſſima Virgo in Hiſpania extitit, eam ornãs maximo, & ſingulari beneficio, vt corpore ſuo viuenti frueretur, ita vt prima Eccleſia orbis Catholicorũ fuerit Cęſarauguſtana Diuuę Marię dicata, â beato Iacobo conſtructa, vt auctor eſt Garſia Loaiſa in margine decreti Gundimari fol.292. in cõcilijs Hiſpaniæ, Marineus ſiculus de laudibus Hiſpaniæ lib.5. titulo de ſacris ædibus, Mariana lib..4.c.2. de rebus Hiſpaniæ, & ſtatim dicetur.

7 *Prima Eccleſia orbis Cæſarauguſtana.*

Tertium teſtimonium, Hiſpaniam in prædicatione Euangelica primam extitiſſe ex omnibus regionibus Europæ, ſumitur ex hyſtoria Eccleſiaſtica, & certa de Apoſtolorum diuiſsione, anno enim poſt natiuitatem Chriſti. 36. & vltimo imperij Tiberij Cæſaris ex Vaſeo anno. 37. vel anno. 38. in primo Caij Caligulæ ex Ambroſio Morales, tribus, aut quatuor annis poſt Chriſti paſsionem, quæ anno.34. ætatis ſuæ accidit, completis.33.annis, & tribus menſibus, & quibuſdam diebus anni.34. vt computant diligenter Panuinus, r Varonius, & alij, hoc igitur anno. 34. & eodem paſsionis Chriſti, antequam cæteri Apoſtoli diuiderentur anno. 36. beatus Iacobus Apoſtolus ad Hiſpanias peruenit, conceſſa â Deo optimo maximo ea Hiſpanis gratia, vt quæ prima regio extiterit in fundatione â Tubale facta prima eſſet in fundatione veritatis Euangelicæ, conceſſoque beato Iacobo eo præuilegio, vt cum primus eſſet ex Apoſtolis anteſignanus, qui martyrium pati deberet, antequam ipſi diuidirentur, primus eſſet omnium in prædicatione Gentilium in fines orbis terrarum, adducendo doctrinam Euangelicam, vt Propheta de Apoſtolis cecinit, quæ prædicatio Iacobi in Hiſpania adeo vera eſt, vt dubitationem non patiatur, ſed ne vllus locus coniecturæ relinquatur, id breui ſermone oſtẽdemus, primo quamuis in actis

8 *Tertium teſtimoniũ, & probatio, ꝙ Hiſpania prima in inſtitutione veritatis Euangelicæ fuerit regio ex omnibus Europæ.*

*r Onufrius Panuinus Infaſtis, & chronico anno.34. Varonius. 1. tomo anno 34. Morales lib.9. cap.4.*





Apoſtolorum non legatur beatũ Iacobum Hiſpaniã peragraſſe, tamẽ auctoritate ſcripturæ conſtat ex. c. 10. Pauli ad Romanos, vbi verba Dauid Pſalm.18. *In omnẽ terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorũ*, perfecta in apoſtolis Paulus docet, oſtendẽdo, ꝙ nemo excuſari poterit, quod non ſit ei prædicatum Euangelium, dum inquit. *Ergo fides ex audita, auditus autẽ verbum Chriſti, ſed dico, nunquid non audierunt, & quidẽ in omnẽ terram exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terræ verba eorum.* Itaq; ſpeciali, & ſingulari prophetia, Hiſpania â Propheta Dauid vaticinata fuit, ꝙ ad eam perduci debebat Euãgelica inſtitutio per Apoſtolos, cũ in fines orbis terræ verba eorum audienda eſſent, & finem orbis terræ in Hiſpania ſitum eſſe dicitur, vt Poetæ fabulantur, ibidẽ ſolem occultari, vbi corpus iacet beati Iacobi in Regno Galleciæ prope Compoſtellam, quod Nericum promontoriũ, hodie finis terræ dicitur, vt Morales v notat, vnde titulus tronitus impoſitus fuit Marci.c.3. beato Iacobo â Chriſto. *Et impoſuit Simoni nomen Petrus, & Iacobum Zebedei, et Ioãnẽ fratrẽ Iacobi, & impoſuit eis nomina Boanerges, (quod eſt filij tronitus.)* Recteq; cõuenit prædicationi eius, cũ ſonus verbi Domini per tronitum Iacobi ſonaret in vltimo terræ habitatæ in Hiſpania, ſcilicet ad quam per tronitum Iacobi laus Chriſti in fines terræ perducta eſt completo vaticinio Pſalmi. 47. *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam in dimidio templi tui ſecundum nomen tuum Deus ſic & laus tua in fines terræ*, Quamuis enim orbis ab orbe rotunda figura dicatur in qua nec eſt initium, nec medium, nec finis, tâmen ex ortu ſolis, & occaſu quodam â ſole Oriente principium conſideratur, & finis, vbi ſol poſt curſum videtur occultari Aſtrologicis regulis, & figuris id docentibus. Secundo ſuadetur hęc veritas ex traditione antiquiſſima in vniuerſa Eccleſia recepta, cum enim tradionis teſtimonium in rebus diuinis ex ſacroſancti concilij Tridentini decreto ſeſsione. 4. cap.1. ſit neceſſarium vniuerſæ Eccleſiæ, traditione receptum eſt beatum Iacobum Hiſpanias adiuiſſe, ibidemque fidem Catholicam prædicaſſe, ita in lectionibus Romanis in breuiario antiquo Pauli Tertij, & hodierno Pij. V. & in vetuſtiſsimo Toletano legitur, & ſancti Iſidori, & paſsim apud omnes vno ore, ita de manu in manũ, & voce in vocẽ peruenit, & prædicatur, vt dubitationi locus non detur. Tertio ex auctorita-

*v Morales in deſcriptione Hiſpaniæ. c.1. antiquitatũ Hiſpaniæ.*

10 *Prophetia de prædicatione Iacobi Apoſtoli in Hiſpania.*

te Pontificum Leonis tertij in tractatu de paſsione, & martyrio bati Iacobi, Calixti ſecundi de tranſlatione corporis eius, Gelaſij, & aliorum ſummorum Pontificum. Quarto ex concordi, & vnanimi ſacrorum doctorum, & hyſtoriarum antiquarum, & recentiorum ſententia tam apud Hiſpanos, quam apud omnes nationes, ita quod hoc vno ore omnes ita prædicent, vt nefas, & impium videatur, & in ſcirpo nodum quærere, hac in re hæſitationem facere, vt patet ex auctoribus, & hyſtorijs grauiſsimis, quas recẽſent *x* Vaſeus, Morales, & alij. Sed quia quidam inuident ſorti fœliciſsimæ Hiſpaniæ, & quibuſdam fragilibus argumentis labefactare hanc omnium conſenſu probatam ſententiam nituntur, eis ſatisfacere operæpretiũ erit, & dubitationi Varonij in martyrologio die. 25. Iulij, & 1. tomo. anno. 44. qui id non negat.

12 *Argumentũ ab auctoritate.*

13 *Argumentũ ab vnanimi ſententia.*

*x Vaſeus anno. 37. in chronico Hiſpaniæ. Morales. lib. 9. c. 7. Nicola⁹ de Lyra in Abdiã Prophetã Glo, interlineari. Laurenti⁹ Surius in vita beati Iacobi. S. Antoninus. 1. p. hyſtoriæ tit. 6. c. 7. Naucler⁹ generatione. 2. vol. 2. Mutius Iuſtinus. p. 7. hyſtoriæ ſacræ fol. 163. Hyſtoria generalis Hiſpaniæ. li. 1. c. 10. Mariana de reb⁹ Hiſpaniæ li. 4. c. 3. Taraſa 1. p. in Claudio Caligula de regibus Hiſpaniæ ſanct⁹ Iſidorus. c. 73 de vita, & morte ſãctorũ, Beda in collectaneis, & in martyrologio.*

Prima obiectio, quæ ab inuidis detractoribus circũferri ſolet, huiuſmodi ſe habet. Iacobus Zebedei fuit ab Herode occiſſus anno. 44. ex Varonio â natiuitate Chriſti, & ex Vaſeo anno. 50. eo autẽ tẽpore nõdum Apoſtoli diſperſi erant, vt gentibus prędicarẽt, nam. c. 15. diuiſi, & ſortiti Prouincias ſunt, & ita ante hanc diuiſsionem non veroſimile videtur, ꝙ Iacobo fuerit aſsignata Hiſpana regio, ſed facilis eſt reſponſio, cum enim parata eſſet corona martyrij beato Iacobo, vt in eo cæteris præiret, & antecederet, paratus bibere calicem Domini, ſicut promiſsit illi, ita prouidentia Dei ne fraudaretur, qui cęteris præibat in martyrio, partitione & gloria Prouinciæ ei credita eſt Hiſpania, vt viuo, & mortuo ſub patrocinio, & tutela ſua conſtituta eſſet.

Item, & ſecundo licet diuiſio vniuerſa facta ſit. cap. 15. actuum Apoſtolorum, tamen aliqui Apoſtoli priuatim ex Iheroſolymitana ciuitate ad prædicandos Gentiles exierunt, vt Paulus & Barnabas Antiochiam profecti ſunt. cap. 11. actuum Apoſtolorum, & alibi, ſed quia cum ille qui voluntate reuertendi alicubi proficiſcitur, nec animum habet ibidem commorandi, ſedemque figendi, non dicitur mutaſſe domiciliũ, nec breui reuertẽs diuertiſſe ex iuris *y* deciſsionib⁹ ea ratione cũ Apoſtoli exibãt ad alias Prouincias conuertendi ad fidem gratia, animo tamen ſtatim reuertendi, & reddendi rationem prædicationis apud Petrum, & Apoſtolos Iheroſolymis

14 *Reſponſio ad primam obiectionem.*

*y l. poſtliminij. 5. §. fin. ff. de captiuis. l. non vtique. 4. l. ei⁹ qui. 17. § fin. ad municipalẽ & incolis l. quicquid calore. ff de reg. iuris.*



lymis exiſtentes non dicuntur hoc modo exeuntes diſceſiſſe, nec diuiſos ab alijs extitiſſe, vt Paulus, & Barnabas, qui licet Antiochiæ prædicauerint, non tamen animum domicilium ibidem conſtituendi habuerint, ſed reuertendi ad cæteros Apoſtolos, eodẽque ordine, & modo beatus Iacobus Hiſpanias profectus, cum mentem habuerit veniendi ad Petrũ, & Apoſtolos nõ dicitur diſceſiſſe omnino, tũc enim diſceſiſſe & diuiſos eſſe poteſt dici, cũ omnino ſepararentur, ſortitiq; eſſent Prouincias animo ibidẽ manẽdi, vt Aſiæ beatus Ioãnes Euãgeliſta cõmoratus eſt.

15 *Secundæ obiectioni reſponſio.*

Secunda obiectio, quod non reperitur in actis Apoſtolorum peregrinatio beati Iacobi, facile tollitur, cum multa euenerint, quæ non ſcripſit beatus Lucas, ſed traditione ad nos peruenerunt ex geſtis Apoſtolorum; vt Diuus, Iheronymus *z* conqueritur, aliqua referens, & generalis regula eſt, multa Deum, Apoſtoloſque eius feciſſe, & docuiſſe, quæ ſcripta non ſunt apud Euangeliſtas, nec Lucam in actis, & credenda ſunt ex traditione Eccleſiæ, vt ex c. 16. & vltimo Ioannis patet, &. c. 5. Pauli ad Romanos, diffinitumque *a* ab Eccleſia eſt, beatuſque Lucas pauca commemorauit ex his, quæ geſta ſunt extra Iudæam, & Samariam, ſilentio enim etiam prætериuit, vt Diuus Iacobus Hermogenem, & Philotũ Magos, quos ei Herodes Agripa obtulit, vt reuocarent a propoſito; & cum eo contenderent, ad fidem reduxit, & diſputatione publica ſuperauit, neque recitauit, ꝙ Ioſias Iacobi accuſator, & qui cũ ad carcerem duxit. Cum Iacobus paralyticum in itinere ab infirmitate liberauerit, ad ſanam mentem redijt, doctrinamque euangelicam ſuſcipiens ſimul cum beato Iacobo martyrij palmam adeptus eſt, vt ſocius in eo eſſet, qui prima cauſa extiterat, & apud Paulum in epiſtolis, & alibi plura leguntur, quę apud Lucam in actis non reperiuntur, veluti quod in Antiochia ſedẽ Apoſtolicã Petrus habuit, vt Varonius *b* obſeruat.

*z Super. c. 2. ad Galathas.*

*a c. cum Marthæ de celebratione miſſarũ Concilium Trident. ſeſ. 4. c. 1.*

*b Varonius. 1. tom. anno. 39. fol. 262.*

16 *Tertiæ obiectioni reſponſio.*

Tertia obiectio, ꝙ iter adeo difficile, & lõginquũ, vt eſt â Iheroſolyma vſq; in Hiſpaniã tam in proficiſcendo, quã in redeundo non paucis diebus perfici poterat, id facillime diſſoluitur, cũ anno. 44 â natiuitate Chriſti, martyriũ ſit paſſus beatus Iacobus, &. X. poſt paſsionẽ eius, cũ Chriſtus ſit paſſus anno. 34. & ita decem annorum ſpatio â paſsione Chriſti vſq; ad interitũ Apoſtoli potuit iter perficere, prędicare, &

 longo

longo tempore Iheroſolymis adeſſe, vt Morales dicto loco adnotat.

17 Quarta obiectio, ꝙ Iacobꝰ vſq; Hiſpanos omnes cõuerterit ad fidẽ, non eſt veroſimile, ꝙ reuerſſus ſit ad Petrũ & alios Apoſtolos, ſolutionẽ apertã habet, ꝙ eo tempore nondum erat diuiſio vniuerſa & omnino facta & ſicut ab Antiochia breui reuerſi ſunt Paulꝰ, & Barnabas, vſq; dum omnino ſortiti eſſent Prouincias, ita ab Hiſpania illico beatus Iacobus diſceſsit, rationem redditurus, & paratus accipere Prouinciã in diuiſione generali, quæ ſibi credita eſſet.

*Quartæ obiectioni reſpõſio.*

18 Quinta obiectio, vbi opus videtur exigi ea eſt, quæ colligi poteſt ex. c. 11. actuum Apoſtolorum, ibi enim cum Cornelius Centurio, & alij ex gentilibus ad fidem Catholicam conuerterẽtur, mirati ſunt Iudæi, quomodo cum Chriſtus ad ſolos Iudæos, & oues Iſrael eſſet miſſus, Apoſtoli gentiles recipiebant, & tunc Petrus expoſuit illis ordinem, narrans quemadmodum viderat linteum magnum quatuor initijs ſubmitti de cœlo, vbi quadrupedes terræ, & beſtiæ, & reptilia, & volatilia cœli, continebantur, præceptumque eſt ei, vt manducaret ex illis, renuens que Petrus, quod immundus eſſet cibus, reſponſum accepit, quod ne immundum iudicaret, quod Deus mundauit, & ſtatim linteum in cœlum regreſſum eſt, ea ſignificatione, quod quatuor initia lintei eſſent quatuor orbis partes Oriens. Occidens, Septentrio, & Meridies, & omnia animalium genera eſſent omnes gentes ex orbe tam Iudæi, quam Gentiles, & ex præcepto Domini, quod non immundos iudicaret non circunciſos, & quod Gentiles reciperet, tunc videtur, quod incæperit prædicari gentibus, cum antea ſolis Iudæis fieret, & tunc Cornelius Centurio, & alij, de quibus actum fuerat. c. 10. actuum Apoſtolorum, receperunt baptiſma, vnde ſi ante linthei viſionem antea Apoſtoli non prędicabant, niſi Iudęis, Iacobus non Hiſpaniam profectus fuit ad Gentiles Hiſpanos conuertendos. Secundo poſtquam vt refertur. c. 7. actuum Apoſtolorum Stephanus lapidibus obrutus vitam hanc cum meliori commutauit cap. 8. dicitur, *Quod facta eſt in illa die magna perſecutio in Eccleſia, quæ erat Iheroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per regiones Iudeæ, & Samariæ præter Apoſtolos*, & ita Apoſtoli omnes videntur ſimul congregati, & quod non diſceſſerat Iacobus ab illis, quod anno. 36. accidiſſe

*Quintæ obiectioni reſpõſio.*

Varo-



Varonius eo anno. 1. tomo annaliũ ſcribit, immo ex Apollonio Euſebius c commemorat, traditione receptum fuiſſe, præceptum extitiſſe Domini, quod Apoſtoli non diſceſiſſent a Iheroſolyma per duodecim annorum ſpatium, & ita Iacobus, qui anno. 44. decem annis poſt paſsionem Chriſti occiſſus eſt ab Herode, non potuit egredi ex Iheroſolyma.

*c Euſebius libr. 5. cap. 17.*

Quæ tamen ratiocinationes, cum aliquo pacto vrgere videantur, non difficilem reſponſionem habent. Primo enim. c. 11. actuum Apoſtolorum, vbi viſio linthei â beato Petro refertur, non narratur, quod Apoſtoli eſſent, qui dubitabant an gentilibus prædicandum eſſet, imo circunciſi Apoſtolos increpabant, quod non circunciſos Gentiles baptizarent, & vt tolletur detractio eorum, narrauit illis Petrus viſionem linthei, quod Deus omnes recipiebat, vt littera conſtat ibi. *Audierunt autem Apoſtoli, & fratres, qui erant in Iudæa, quoniam & gentes receperunt verbum Dei, cum autem aſcendiſſet Petrus Iheroſolymam, diſceptabant aduerſus illum, qui erant ex circunciſione dicentes. Quare introiſti ad viros præputium habentes, & manducaſticum illis,* hactenus Lucas. Ex quibus verbis, maxime illis, qui erant ex circunciſione, conſtat eos, qui circunciſi erant, diſceptaſſe aduerſus Apoſtolos, idque apertius patet iungendo caput. 8. cum capite. 11. quia in capite. 8. dicitur, quod lapidato Stephano præter Apoſtolos alij diſcipuli diſperſi ſunt, ita quod Apoſtoli ſimul congregati manſerunt hiſce verbis. *Facta eſt autem illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Iheroſolymis, & omnes diſperſi ſunt per Regiones Iudeæ, & Samariæ præter Apoſtolos*, c. 11. de illis qui diſperſi ſunt, refertur, quod illi ſolum Iudæis prædicabant, de Apoſtolis autem non commemoratur, quod ſolis Iudæis narrarent Verbum Dei, immo conſtat, quod & Gentiles recipiebant, & ob id detractionem patiebantur, & quod ſoli diſperſi eſſent, qui Iudæis prædicabant, non Apoſtoli, hoc ſermone patet. *Et illi quidem qui diſperſi fuerant a tribulatione, quæ facta fuerat ſub Stephano perambulauerunt vſque Phœnicem, & Cyprum, & Anthiochiã nemini loquentes verbum niſi ſolis Iudæis.* Vnde beati Apoſtoli, vt Petrus, Iacobus, & alij, quibus iã patefactũ erat â Deo, quod illud Iudęorũ præuilegiũ, Deũ miſſum eſſe ad oues Iſrael, vt Matthęi. c. 15. dixerat Chriſtꝰ Cananeę, nõ intelligitur, ꝙ ad eas tantũ modo ſit miſſus ſed ꝙ primũ oues Iſrael quęrere, & doce

 re

re debebat, vt id opere præſtitit, cũ ibidẽ natus ſit, prius prędicauit, miracula ingentia operatus eſt, ſed poſt illos monitos nõ gentiles reiecit, ſed poti⁹ Samaritanam ex Samaria aliena â lege Iudæorum Samaritanoſque ſuſcepit, ex. c.4. Ioannis. Et ipſe Chriſtus declarauit. Marci. c.7. vbi eiuſdem Cananeę refertur colloquium, et inquit Chriſtus. *Sine prius ſaturari filios, non eſt enim bonum ſumere panem filiorum, & mittere canibus.* Itaque Chriſtus poſtquam ſatures filios Iſrael doctrina, & inſtitutione Euangelica reddidit, Gentiles recepit, & ipſam Cananeam, & Syropheniſſam Gentilem ex. c.7. Marci, cuius recepit fidem, & extollit, & ita præceptum Domini Mathæi. cap. 10. *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, ſed potius ite ad oues, quæ pereunt domus Iſrael.* Intelligitur, vt priori tempore inſtituant filios Iſrael, & poſt illos inſtitutos ad gentes proficiſcantur, vt Marci. c. vltimo habetur. *Euntes in mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.* Et Mathæi c. vltimo. *Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti, docentes eos ſeruare omnia quæcumque mandaui vobis,* vt aduertit Varonius. 1. tomo annalium anno. 35. Chriſti. Vnde Iacobus â Chriſto edoctus, & lacte doctrinæ eius educatus, rectè ſciebat poſt Iudæos inſtitutos, poſſe ad gentiles Hiſpaniæ tranſire, vt in vniuerſum mundum, & Occidentem vſque Apoſtoli commearent, vt præceptum eſt â Domino, quod non impleretur, ſi in occidentem non perueniſſet Iacobus vſque ad extremum eius in Hiſpania, poſtquam poſt aliquos dies Iheroſolymis prædicans, commoratus eſſet, & ita Marci. c.3. recte â Deo filius tronitus cognominatus eſt Iacobus, quia ſicut fulmen tronitum poſt ſe ſtatim mittit, ita celeriter Hiſpanias adijt, & reuerſus eſt, nomen Domini, & dogma Euangelij ad illas portans. Cum autem ſatis extet confirmatum. c. 11. actuum Apoſtolorum, non Apoſtolos de Gentilium prædicatione dubitaſſe, ſed illi, qui erant ex circunciſsione aliqui diligentes inueſtigatores antiquitatum exiſtimant, illum detractorem Cerinthium fuiſſe, qui hæreticus extitit, vt obſeruat Varonius anno. 41. in. 1. tomo annalium. Nam quamuis de aliquibus fidelium ex circunciſsione. c. 10. actuum Apoſtolorum referatur admiratio. *Et obſtupuerunt ex circunciſsione fideles, qui venerant cũ Petro, quia & in nationes gra-*

tia



*tia Spiritus Sancti effuſa eſt, audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum.* Hic ſtupor fidelium non inde euenit, quod Gentilibus Verbum Dei prædicaretur, neque quod Cornelius Centurio Gentilis, cum ſuis baptiſma recepiſſet, ſed ex eo obſtupuerunt. Primo quod ante baptiſma Cornelij dicitur. *Quod cecidit Spiritus Sanctus ſuper omnes, qui audiebant Verbum Dei.* Secundo quod cum per impoſitionem manuum Apoſtolorum Spiritus Sanctus deſcenderet ſuper conuerſos ex. c.8. actuum Apoſtolorum abſque ea impoſitione manus caderet in Gentiles, & hæc admiratio fuit fidelium, contradictio autem infidelis Cerinthi fuit, c. 11. qui baptiſma omnibus gentibus præter Iudæos negabat. Vnde Iacobus ſchola Domini inſtitutus, & doctrina educatus, vt baptizaret Hiſpanos, & per impoſitionem manus, vt Spiritus Sanctus deſcenderet ſuper eos, Hiſpaniam profectus fuit nõ ſolum ad Iudæos ſolos Hiſpaniæ, vt quidam argumento ſupradicto commoti exiſtimabant, ſed ad omnes Gẽtiles inſtituendos, vt vniuerſo mundo annunciaretur Verbum Dei, quamuis Iudæos in Europam, & omnes regiones diſperſos eſſe, tunc Varonius ex Philone affirmet primo tomo anno. 44.

Item confutatur hæc ratiocinatio, nam quamuis concederemus, quod ante viſionẽ linthei oſtenſam Petro. c. 10. actuum Apoſtolorum, Apoſtoli gẽtibus non prædicaſſent, hæc viſio, & baptiſmus Cornelij Centurionis anno. 41. accidit ex Varonio dicto anno. 41. & ab eo anno. 41. vſque ad. 44. annũ mortis Iacobi, potuit ipſe Hiſpaniam peruenire, & reuerti Iheroſolymam, prædicareq; ibidem gentes conuertendo, cum eo tempore Thadeus diſcipulus Chriſti â beato Thoma Apoſtolo miſſus Abdegarum Regẽ Ediſſenorum ab infirmitate liberauerit, & eum, ſubditoſque baptizauerit, qui ita firmiter cõuerſus eſt, vt curauerit bellum Iudæis, eo quod Chriſtum cruci fixiſſent, inferre ex beato Iheronymo, *d* Euſebio, & Varonio. Secundo argumento de Apolonio, quod Euſebius ex eo retulit, quod per duodecim annos Apoſtoli poſt Chriſti paſsionem non exierunt ex Iheruſalem, eo loco Euſebius potius lib. 5. c. 17. refutat Apolonium, vt hæreticum, & certum, & exploratum mę; eſt. c.8. actuum Apoſtolorum beatum Petrũ, & Ioannem Samariam adijſſe, & Paulum, & Barnabam Anthiochiã. c. 13. actuum Apoſtolorum, *e* &

*d S. Iheronymus ſuper. c. 10. Mathæi. Euſebius li. 1. c. 13. Varoni⁹. 1. tomo anno. 43.*

*e c. Sacroſancta diſtin. 22. c. rogamus. 24. q. 1. Origenes homilia. 1. in Mathæũ.*



Tha-

Thadeum ad Ediſſenos & ita Iacobus ad Hiſpanos
peruenit , omneſque hiſce argmentis difficultates
ſublatas eſſe exiſtimo, ita vt abſque dubitatione ma-
neat probata, vt opinor , ſententia, quod beatus Ia-
cobꝰ adierit Hiſpanias. Quo tẽpore in eis ſit commo- 19.
ratus, nihil certi affirmare poſſumus. Nam quamuis
aliqui ſentiant per quinq; annos manſiſſe, vt *f* Mora
les retulit , tamen non ſatis id cum ſupradictis con-
ſentire videtur, quod tam longo tempore ibidem ſe-
dem habuerit.

*f Morales lib. 9. cap. 8.*

*De tempore quo beatus Iacobus commoratus ſit in Hiſpania*

Quibus autem ciuitatibus, & oppidis ſit exceptus, 20
& per quæ loca ambulauerit, quemque fructum fece-
rit in prædicatione non ſatis liquet, hoc vnum tradi
tione ab eo ſæculo relicta , & memoria celebrata in
Eccleſijs Hiſpaniæ, certiſsimiſque miraculis dicere
poſſumus, quod cum apud Aſtures Torquatum con-
uerterit ad fidem, alterumque Gallecię in Ira Flauia,
quæ hodie dicitur, *el Padron* , alios autem in Regno
Aragoniæ, de quorum numero ſtatim agemus , cum-
que in littore ingentis, & celebris Iberi fluminis Cę 21
ſarauguſtę cũ ſocijs ſederet nocte quadam ſolicitus,
& quodam modo ſibi ſuccẽſens, eo quod ex Hiſpanis
exiguas oues ad ouile Chriſti , & Iheroſolymam re-
portaret , ad læuandam mœſtitiam eius beatiſsima
Virgo Maria adhuc in carne viuens , ei apparuit in-
numeris Angelis circundata in quadam columna exi
ſtens, præcepitque conſobrino Iacobo eo loco in me
moriam, & honorem eius , templum ei dicatum con-
ſtruere , promittens ſub clientela , & patrocinio eius
fideles Hiſpanos ſe recipere, numerumque fidelium
indies augeri, ita vt omnes eſſent fideles Hiſpani, &
in fide firmiores, ſemperque eo regno fidem Catho-
licam permanſuram, quo beneficio , & aduentu læti-
tia ſumma affectus Iacobus, cæterique gaudio ingen
ti imbuti baſilicam in eo littore, & loco ędificarunt,
columna ibidẽ cõſtituta, cum imagine deiparę Virgi-
nis in ea collocata, vt ſit ea columna fidei, & petra ſu
per qua ædificata eſt Eccleſia huius regni, cum funda
mentum eius adeo ſecurum, & firmum ſit beata Vir-
go, hæcque prima Eccleſia habetur orbis, Iheroſoly-
mis enim non dum Eccleſiæ ædificatæ erant , ſed
manualia altaria portabantur, & in hoc Hiſpania lau
dem conſequitur, primo quod beata Maria ad nullã
aliam regionem viuens venit niſi ad Hiſpaniam , ſe-
cundo quod ibi prima Eccleſia ſit condita. Quam hy-
ſtoriam

*Quibus locis prædicauit, & ad fidem reduxit.*

*Quod primæ Eccleſia in Hiſpania extiterit.*



ſtoriam Calixtus *g* Pontifex de miraculis beati Ia-
cobi ſcribit, & Petrus Antonius Beuter ita in Eccle
ſia Mineruæ Romæ ſcriptum aduertit, & Cęſaraugu
ſtæ, & Compoſtellæ ita legitur , & memoria retine-
tur, ibidemque templum colitur ſumma cum venera-
tione , innumeris miraculis clarum , conſtatque â
multis retro ſæculis , ac perpetua fama , & memoria
id retinet, illudque potiſsimum confirmat hanc veri
tatem, & Virginis promiſsionem, quod quamuis Hiſ
pania, vt omnium rerum viciſsitudo eſt, maximas cla
des paſſa ſit , tam ex Arrianis Gothis , quam ex Sar-
racenorum occupatione, quam ex Hæreticis omni tẽ
pore â Chriſtianis ſumma cum deuotione celebrata
fuit in ea Eccleſia memoria beatæ Virginis, fideſque
integra manſit in incolis Hiſpanis , non valentibus
exteris eam minuere , vt Garibai conſiderat , *h* de
numero autem eorum , quos ad ſanam, & catholicam
22 doctrinam Euangelicam reduxerit beatus Iacobus,
variæ ſunt ſententiæ, cum aliqui duodecim , alij no-
uem, alteri ſeptem fuiſſe aſſerant, & Calixtus Pon-
tifex affirmat, vltra eos, qui nomine noti ſunt , alios
plures non nominatos extitiſſe , in qua re in tam va-
ria contentione , nihil affirmare exploratum poſſu-
mus de Athanaſio, & Theodoro, quorum vnus Epiſ-
copus, alter præsbiter ordinati ſunt ad cultum diui-
nũ celebrãdũ in Eccleſia Cæſarauguſtana, legitur in
memoria eius, & de alijs. Itẽ & Petrus martyr primꝰ
Bracharẽſis Epiſcopꝰ in Luſitania diſcipulꝰ Iacobi,
colitur in ea Eccleſia, qui anno. 44. Hiſpaniæ coronã
martyrij accepit , & die 26. Aprilis ex Varonio eo
die in martyrologio , Beda, & alijs , celebraturque,
quod in honorem beati Petri Apoſtoli viui condi-
dit templum , vt in manu ſcripta hyſtoria Compoſtel
lana Iheronymi Roman. c. 4. aſſeritur, de quo marty-
re diſcipulo ſancti Iacobi mentio fit apud noſtros *i*
auctores. Reuerſus autem Iacobus ex Hiſpania Ihe-
roſolymam inuenit paratum calicem , quem bibitu-
rum Chriſtꝰ ei promiſſerat , & ipſe conſenſerat Ma-
thęi. c. 20. & Marci. c. 10. & ita martyrij palmam con-
ſecutus fuit , dum ab Herode Agrippa gladio occi-
23 ſus fuit. c. 12. actuum Apoſtolorum, cuius mors eo cla
rior, atque illuſtrior extitit, quod ex Apoſtolis ante-
ſignanus , & dux fuit omnium in morte pro Chriſti
nomine ferenda, dum primus promeruiſſe martyriũ
cognoſcitur , quo autem anno fuerit , an. 44. vel, 36.

*g Beuter lib. 1. cap. 22. cum ſequẽtibus Zurita in annalibus lib. 1. c. 41. in. 1. p. Vaſeus anno. 37. hyſtoriæ. Morales lib. 9. c. 7. Venero in ſũma fol. 128. Monarchia Pinedæ. 2. p. li. 10. c. 25. §. 4. Illeſcas in Pontificali. c. 1 in Vita Iacobi. lib. 1. Durantus de ritibus Eccleſiæ lib. 1. c. 2. nu. 4. Mariana li. 4. c. 3. de rebus Hiſpaniæ, & Lodiſa in decreto Gundimari in margine.*

*h Garibai libr. 3. c. 9.*

*Numerus eorum qui conuerſi ſunt a beato Iacobo in Hiſpania.*

*i morales lib. 9. c. 8 Vaſſeus anno. 44.*

*De anno qao paſſus eſt beatus Iacobus.*

a

à Chriſti natiuitate ex Euſebio inter ſe non ſatis
conſtante dubium eſt. Nam lib.2.c. 9.hyſtoriȩ Eccle-
ſiaſticæ anno.43. vel. 44. videtur ſignificare accidiſ-
ſe tempore, quo fames vigebat, de qua. c. 11. &. 12.
actuum Apoſtolorum fit mentio in chronico vero an
no.36. indicat contigiſſe, ſed anno. 44 &.111. Tibe-
rij Claudij quo fames vexabat Antiochiam, videtur
magis veritati accedere ex Nicæphoro lib.2.c. 11.&
12. *K* & alijs, ex quibus dies martyrij vigeſima- 24
quinta Martij ſolemnis fuit, qua & Chriſtus carnem
humanam accepit, & paſſus eſt, & quia celebritate fe
ſti Domini non poteſt dies Apoſtoli, qua decet feſti
uitate celebrari, transfertur feſtum in diem vigeſi-
mamquintam Iulij, qua Eccleſia exultat memoria hu
ius inclyti Apoſtoli, quia eo die inuentum fuit cor-
pus eius, vt dies vinculorum ſancti Petri nõ celebra-
tur eo die, quo accidit propter ſolemnitatem paſcha
tis, in quo euenit. c. 12. actuum Apoſtolorum, ſed
die prima Auguſti, qua catenæ Romam ſunt addu-
ctæ.

*K Morales lib. 9. c.7. Varonius. 1. tomo anno. 44. & in martyrologio. die. 25. Iulij.*

*De die martyrij.*

Poſt martyrium ſacrum, quid de ſanctiſsimo cor- 25
pore geſtum fuerit hyſtoria Compoſtellana; quam
etiâm Vaſeus refert, ſeruata in archiuo eiuſdem Ec-
cleſiæ, ſic ſe habet. *Occidit Herodes Iacobum fratrem Ioan-
nis gladio, cuius beatiſsimi Apoſtoli corpus venerandum Iu-
dæi maleuolentia, & inuidia ducti, nec ſepeliri voluerunt, nec
à Chriſtianis, qui tunc temporis Iheroſolymis erant, ſepeliri per
miſſerunt, ſed ſicut Leo Papa in epiſtola, quam de eius paſsione,
& corporis ipſius in Hiſpaniam translatione ad Hiſpanos deſti
nauit, affirmat integrum corpus cum capite extra ciuitatem pro
ijcientes canibus, auibus, atque feris deuorandum, conſumendũ
que expoſuerunt ſed eius diſcipuli ab eo adhuc viuente præmoni
ti, vt corpus ſuum in Hiſpaniam transferrent tumulandum to-
tum corpus cum capite teſte Leone Papa nocturno tempore ar-
ripientes ad littus vſque maris citato calle peruenerunt, vbi
dum ſoliciti de nauigio, quo transfetarent in Hiſpaniam, eſ-
ſent, nauem diuinitus paratam in littore maris inuenerunt, quã
Deo gratias vnanimiter agentes impoſito ſacratiſsimo corpore
læti conſcenderunt, & ſcylla cum charibdi, ac periculoſis ſyr-
tibus manu Domini gubernante deuitatis primum ad Irienſem
portum fœlici curſu peruenerunt, deinde venerabile corpus ad
locum, qui tunc Liberum donum, nunc Compoſtella dicitur deſe
rẽtes ſub marmoreis arcubus ſepelierunt* Hactenus dicta hy
ſtoria. Ex qua, Morale, & omnibus Hiſpaniæ auctο-
ribus, & exteris conſtat ſanctiſsimum Apoſtolum Ia-
cobum

*De corpore beato ſancti Iacobi.*



cobum tutelare præſidium Hiſpaniæ, & patronum
mortuũ in Hiſpania ſicut viuum ſe oſtendere, vt qui
dum vixit, Apoſtolus fuit ad Hiſpanos conuerten-
dos, mortuus eos protegat, & ab omnibus calamita-
tibus ſecuros, ac firmos in fide, quam docuit, reddat,
vt experientia cognitum eſt, cum acerrimus defen-
ſor aduerſus Sarracenos viſus ſit in acie Clauigi Ra-
miro Regi fauens, & in alijs pugnis, ita vt quotiens
impetus faciunt in bello Hiſpani nomine Iacobi im
plorato. hoſtes deterrentur, & animi Hiſpanorum
eo duce excitantur ad victoriam, vt noſtri referunt,
& exteri, *l* & ita merito colitur ſumma cum vene-
ratione corpus Apoſtoli in Hiſpania, quod poſt cla
dem Hiſpaniæ occultatum inuentum fuit, & in eius
honorem baſilica ab Alfonſo magno constructa Cõ-
poſtellæ magnifice fuit, eo in conſecratione exiſten
te, diplomaque à Ioanne Octauo Pontifice impe-
trante, quod refert Archiepiſcopus Rodericus, in
cuius baſilica Cardinalium titulo colũt ſanctiſsimũ
corpus aliqui canonici, & pontilificabus ceremonijs
veſtibuſque, *m* & tandem a remotiſsimis Orbis re-
gionibus vndique aduenæ peregrini confluunt, ad
venerandum ſacratiſsimum corp⁹ a deo excitati, qui
hanc gloriam in terris, & Apoſtolo, & Hiſpanȩ
præſtat, cum ipſe in cælis talem obtineat, quæ ex-
plicari non poteſt, & vnuſquiſque peregrinus hoſ-
pitium gratum à cæleſti hoſpite recipit, vt innume-
ra miracula in gratiam peregrinantium ſcribuntur à
Calixto Papa, ſancto Antonino, *n* & alijs. Vnde
neſcio qua motus ratione Chriſtianus Maſeus, lib 8.
chronicæ aſſerit, Carolum magnum corpus beati Ia-
cobi ad Toloſam duxiſſe.

*l Morales lib. 9. c. 7. Mariana libr. 4. c. 3.*

*m Rodericus lib. 5. c. 47. Morales. lib. 9 c. 7. & lib. 15. c. 20.*

*n S. Antoninus. 2. patit. 17. c. 1. §. 2.*

26 Poſt beati Iacobi in Hiſpania prædicationem il-
la tuba cæleſtis gentium doctor, vas electionis Pau-
lus Apoſtolus concionator inſignis extitit in hoc
Regno. animum enim Hiſpanias adeundi patefecit.
c. 15. ad Romanos, ſcribens ad eos. *Cupiditatem autem
veniendi ad vos ex multis iam præcedẽtibus annis cum in Hiſ-
paniam proficiſci cæpero, ſpero quod præteriens, videam vos, &
à vobis deducar illuc, ſi vobis primum ex parte fruit⁹ fuero.* Et
iterum. *Hoc igitur cum conſumauero, & aſsignauero eis fru
ctum hunc, per vos proficiſcar in Hiſpaniam.* Et quanquam
aliqui opinantur non perfeciſſe iter, nec appuliſſe
ad Hiſpaniam, quia via cæpta dum Romæ vt pollici-
tus erat, viam agens, maneret à Nerone captus carce
ri

*De Pauli aduẽtu in Hiſpaniam.*

ri mancipatus fuit, & iter peragere non potuit, vt Gelaſius Papa, & Innocentius primus, in quibuſdam decretis *o* videntur ſignificare. Nam cap. beatus Paulus. 22. quæſt. 2. in decreto Gratiani, dum inquit. *Quoniam cum ad Hiſpanos ſe promiſiſſet iterum, diſpoſitione diuina maioribus occupatus ex cauſis implere non potuit.* Non enim Gelaſius negat, aliquando ad Hiſpanias perueniſſe Paulum, ſed tunc cum promiſsit ſtatim non valuit adimplere propter ærumnas, quas â Iudæis â Iheroſolymis, & Romæ â Nerone paſſ⁹ eſt, vt recte aduertit Varonius. 1. tomo annalium anno. 61. Innocentius autem primus. c. quis neſciat diſtin. 11. dum enim ait. *Præſertim cum ſit manifeſtum in omnẽ Italiam, & Galliam, Hiſpaniam, & Africam, atque Siciliã, Inſulaſque interiacentes, nullum inſtituiſſe Eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, aut ſucceſſores eius conſtituerunt.* Hæc Innocentius, quæ vera quidem, & certa ſunt, non tamen inde ſequitur, quod ſolus Petrus in Occidente prædicauit, quia ab eo miſsi prædicarunt, & inſtituerunt Eccleſias, vt ipſe ibidem aperte ſcribit, ſed Paulus, & Iacobus, qui Hiſpanias adierunt â Petro vt capite Eccleſiæ, & Pontifice vniuerſali miſsi fuerunt, & eius auctoritate Eccleſias inſtituerunt, & ita Innocentius non repugnat ſententiæ, quod Paulus ad Hiſpanos peruenerit, ſed ſolum probat omnes vnam fidem profeſſos, qui Hiſpanias adierunt, nec Gelaſius, & licet Gelaſius aſſertor eſſet eius rei, cum id non decidat, vt Pontifex, ſed per tranſeneam, & in exemplum adducat, decipi potuit, vt doctor & pro vno Gelaſio plures ſunt ei eruditione litterarum, & lectione hyſtoriæ non impares tam Græci, *p* quam Latini ita veteres, vt finitimi magis illis temporibus extiterint traditioneque receptum extat, & videtur anno. 61. accidiſſe ex Varonio dicto loco. Quem autem fructum attulerit eius doctrina, non ſatis conſtat, cum non patefiat, quæ poſt liberationem a vinculis Neronis geſsit. Metaphraſtes autem die. 29. Iunij ſermone de tempore, quem Michael Glitius. 3. p. annalium, & Surius tom. 3. ſequuntur, narrat de Xantippe, & Polixene conuerſione, quam Aſtigi fertur factam illo miraculo inſigni, traditione celebrato, quod cum hoſpitem Apoſtolorum haberent ſplendorem cæleſtem in facie diuina conſpexerunt litteris aureis ſcriptis. Paulus Apoſtolus prædicator Chriſti, quo conſpectu admirati vna cum familia ad fidem recepti & ad baptiſma fuerunt. Item & Sophronius auctor eſt inſignis, quod Paulus Philoteum Principem Regionis Hiſpanię conuertit, quem Ierotheum appellari verius eſt, cum ſit vox Grçca theos, quod eſt Deus, & ieron ſacrum, id eſt Deo ſacratus homo, qui adeo inſignis extitit, vt Dyoniſius Areopagita profiteatur ab eo omnia didiciſſe, & de eius geſtis, & vita volumen integrum edidit ex Suida verbo Dyoniſius Areopagita diuinum in ſacris litteris appellans, hymnoſque recitans ab eo compoſitos, Leliuſque Giraldus in libello de Poetis Latinis mẽtionem facit de eo, huncque inſignem Hiſpanum ſocium ſibi fidelem adiunxit beatus Paulus. Item & duxiſſe ſecum beatum Paulum ſanctum *q* Ruffum, vnum ex filijs Simonis Cirinei adiutorem in ferenda cruce Chriſti, aliqui ſentiunt, cum enim primum Thebanum in Græcia Epiſcopum Paulus ordinauerit ſecum ferens ad Hiſpanias Dertoſæ præſulẽ reliquit, vt ibidẽ recitatur, in breuiario Eccleſiæ, aliumq; Paulũ, quem Paulum Sergiũ. c. 13. actuũ Apoſtolorum nominatum eſſe fertur, quẽ dum cæcus Climas Magus redderetur ab Apoſtolo conuertit Paulus, hicque poſtquam cum Paulo Hiſpaniam peragrauerat, Narbonæ Epiſcopus *r* â Paulo eſt relictus, nec deeſt, qui exiſtimet Pauli epiſtolam ad Hæbreos ad Hiſpanos Hæbreos miſſam, quod tamen veroſimile non eſt, cum c. 15. actuum Apoſtolorum de Hiſpaniæ aduentu mentionem faciens Paulus ad gentes prædicandas venire aſſerat.

*o C. beatus. 22. q. 2 c. quis neſciat diſtinctio. 11.*

*p Hippolitus de. 72 diſcipulis Athanaſius in epiſtola ad decentiũ. Cyrillus catheceſi. 17. Epiphanius, hæreſi. 27. Chriſoſtomus in præfat. epiſtola ad Hebreos, & homilia. 7. de laudibus Pauli, & 76. ad Mathæum. Theodoretus epiſtola. 2. ad Timotheum, & ad Philipenſes. c. 1. & Pſalm. 116. Ihero*

*q Morales libr. 9. cap. 11.*

*r Equilinus lib. 1. c. 60. Moral. libr. 9. c. 11. Prudentius in hymno de martyribus Vaſeus anno. 67.*

28 Nec minus gloriatur Hiſpania, quod ſummum Pontificem caput Eccleſiæ Petrum viderit, quem Hiſpanias adijſſe, ibidemque Epenetum conuertiſſe, quem Epiſcopum Sirmienſem poſtea ordinauit, auctor eſt Metaphraſtes in commentarijs vitæ ſancti Petri, Onufrius Panuinus in chronico Eccleſiaſtico idem affirmat, cum quibus Lypomanus de vitis ſanctorum, Morales, *ſ* & alij conſentiunt.

*Petr⁹ in Hiſpaniam profectus fuit.*

29 Poſt fundamenta adeo fixa, & firma fidei iacta ab his tribus Eccleſię colũnis Petro, Paulo, & Iacobo, valde creuit in ea, auctaq; eſt fides catholica, & ita anno. 67. quo ingentẽ & validã perſecutionẽ paſſa eſt Eccleſia, cũ anno. X. Imperij Nero Petri, & Pauli vitã ademerit, Apoſtoli ipſi curã Hiſpaniȩ vt fideles gerẽtes, & grati hoſpitio, quo recepti fuerũt, ante obitũ curarũt Epiſcopos & cõfirmatores in fide, concio-

*Prædicatio Hiſpaniæ a ſeptem diſcipulis Iacobi facta.*

*ſ Morales lib. 9. c. 14. monarchia. 2. p. c. 28. §. 4. Galeſinus in notis ad martyrologium. 12. Kalend. Febru. Surius tom. 3.*

natereſq; mittere, ſeptemque elegerunt, quos exiſti-
mo ſeptē fuiſſe diſcipulos beati Iacobi, quos ſecū du-
xit Iheroſolymis, & poſtea fidelitate Hiſpana corpꝰ
eius ad Hiſpaniam tulerūt, & iterum reuerſi ſunt, vt
Petro obedirent. Et licet t Morales dubitet, tamen

t *Morales lib. 9. c. 7. & 13.*

magis veritati accedere videtur, cum Hiſpanis ma-
gis Hiſpani crederent & iam noſſent Prouinciæ mo
res, & Regionum, & vt quod incœpit magiſter Ia-
cobus, ipſi perficerent, idque receptum eſt traditio-
ne Eccleſiæ Hiſpaniæ, Vaſeuſque anno. 50. & alij a-
firmant, apud quos nomina eorum ſcribuntur.

Sanctus Torquatus Epiſcopus Accitanus, vulgo 29
(*Guadix*) qui legitur in Eccleſia Cęſarauguſtana, fui-
ſe Aſturem, & primum, quem ad fidem reduxit bea-
tus Iacobus, ita vt Aſtures primi fuerint in Hiſpania
Chriſtiani, vt etiam notat Monarchia Pinedę. 2. p.
cap. 25. §. 3. &. 4. & qui nullo tempore ab ea deuia-
runt. Nam nec Romani eos omnino debellarunt, vt
inquit Oroſius libr. 6. cap. 20. *Poſt Cantabros, & om-* 30
*nes deuictos. Aſtures vero poſitis caſtris apud Aſturam flu-*
*men, Romanos niſi proditi, præuentiq; eſſent magnis conſilijs,*
*virtutibuſq; oppreſiſſent.* Neque etiam proditi omnino
ſuperati ſunt, quique nec Gothorum, nec Sarrace-
norum tempore â fide diſceſſerunt, ex Ioanne mag-
no lib. 16. c. 27. ſed ex rupibus eorum, cum rupes in
fide eſſent, Hiſpania recuperata eſt virtute, & forti-
tudine Aſturum, in quorum regione depoſitum ve-
nerādum corporum ſanctorum, & ſacrarum reliquia
rum factum eſt, & conſeruatum, hic igitur Aſtur dux
in fide recipienda, cum omnes ſimul diſcipuli Iacobi
â Petro miſsi Acci manerent, ibidem vt omnium anti
quior Accitanus Epiſcopus manſit, cæteris diſperſis
per varias ciuitates. Nam memoria retinetut, & legi-
tur in breuiario ſancti Iſidori, & omni antiquitate
conſeruatur a retroſæculis, quod ibidem cum ſimul
eſſent diſcipuli in amœnitate ſyluarū, & prati viridis
mitterentque ab eis quoſdam iuniores, vt legatos fi-
dei, Accitani religionē nouuā nō admitentes, pontē
fortiſsimū trāſeuntes, vt Chriſtianos occiderent, pōs
ipſe cecidit, illis ſubmerſis gētibus qui Chriſtianos ſe
quebātur, & eo miraculo ſtupefacti, & perteriti Ac-
citani prēſertim Luparia vocantes diſcipulos Iacobi,
ab eis ſuſceperūt baptiſma, & inſtitutionē fidei, ibi-
demq; Epiſcopus Torquatus māſit, memoriaq; retine
tur quędā oliua manu eius poſita, quę flores, & fructū

*Sanctus Torquatus.*

*De Aſturibus.*





ſimul die ſancti Torquati emittebat, baſilicaque eius
ſancti colitur Toletana vrbe & Zamorenſi, alijſque
locis, & corpus venerandum Celænouæ in Gallecia
dicitur obſeruari.

31 Sanctus Cecilius Epiſcopus, Illiberritanus pro-
pe Granatam, vbi parrochia manet, & veſtigia.
Et ſingulari Dei beneficio cum quidam in rupe
ad inſtar montis nomine Valle Paradis theſauri in-
ueniendi cupiditate ductus in Granatenſi ſitu labo-
raret ſub viſceribus terræ, & rupis corpora ſancto
rum Cecilij, Hiſcij, Ctheſiphonis diſcipulorum bea-
ti Iacobi, & ſanctorum Septentrionis, & Patricij ſan-
cti Cecilij diſcipulorum, & ſanctorum Turilli, Panu-
cij, Maronij, Centulij diſcipulorum Hiſcij, & ſan-
ctorum Maximini, & Luparij diſcipulorū Ctheſipho
nis, & ſancti Meſitonis, & aliorum qui diuui marty-
res in ignem, & flammas viuentes eiecti ſunt, & illis
ſpelūcis combuſti, quorum cineres ſacri, & locus con-
cauus, vbi ignis ardebat odore fragantiſsimo ſpiran-
te hodie aſpicitur, inuentioque hæc facta eſt anno.
1595. cum libris in plumbeis laminis quatuor reper-
tis ſcriptis lingua Latina, ſed characteribus antiquiſ-
ſimis Arabicis, ſeu Æthiopicis, ex quibus ſcripturis
patet anno ſecundo Imperij Neronis. 5. Cecilium,
& diſcipulos eius Kalēdas Februarij paſſos fuiſſe ſan
ctū Hiſciū, & diſcipulos Kalēdas Martij ſanctū Cthe
ſiphonem, & diſcipulos Kalendas Aprilis, quę inuē-
tio facta fuit ſumma Dei prouidentia, cum ad eam rē
tam mirabilem, & immortalem Deus optimus maxi-
mus â prima naſcēte Eccleſia vſque ad hodierna tem
pora ſelegerit Dominum Petrum Caſtro â Quigno-
nes Archipræſulem Granatenſem, adeo religione,
ſanctitate, litteriſque pollentem, vt quoddam ſpecu-
lum, & exemplar præſulum videatur, & confirmatū
eſt miraculis apertiſsimis, diplomateque Pontificio
Clementis. VIII. & diligentia Philippi. II. & ſenten
tia dicti Archiepiſcopi, adſtantibus, & rem proban-
tibus Epiſcopis Comprouincialibus, Abbatibus, &
& capitularibus religionum ſelectis viris, & audito-
ribus regijs Granatenſibus examinantibus, vt patet
ex ſententia lata circa eam rem, & proceſu agitato
& libello edito eruditiſsimo nuncupato *Diſcurſos*
*del monte ſancto de Granada elaborato*, diligentia Fiſca-
lis patrimonij regij Gregorij Lopez Madera doctiſ-
ſimi viri, & hic inſero ſententiam agitato proceſſu.

*Sanctus Cecilius, et Granatæ inuentio ſanctorū*

# IN NOMINE DOmini noſtri Ieſu Chriſti.

*En el año IX. del Pontificado de nueſtro Sanctiſsi. S. y P. Clemente. VIII. y el año. II. del Reyno del Clementiſsimo, y Catholico don Philippe. III.*

(?)

NOS don Pedro de Caſtro por la gracia de Dios, y de la ſanta Sede Apoſtolica, Arçobiſpo de Granada, del Conſejo del Rey nueſtro Señor, con conſejo, y aſenſo de los Reuerendiſsimos Prelados, don Iuan de Fonſeca Obiſpo de Guadix, del Cõſejo de ſu Mageſtad, comprouincial, y ſufraganeo nueſtro, y don Sebaſtiã Quintero Obiſpo de Galipoli, y don Alonſo de Mẽdoça Abad de Alcala la Real. Auiendo tratado de las reliquias, que el año del Nacimiento de nueſtro Saluador Ieſu Chriſto de mil y quinientos y ochenta y ocho ſe hallaron, derribando vna torre antiquiſsima en eſta ſancta Ygleſia, y otras en el año de mil y quinientos y nouenta y cinco, en el monte que llaman de Valparayſo cerca deſta ciudad, el conocimiento, y aprobacion de las quales nos pertenece por derecho, y por el ſancto Concilio de Trento, y por eſpecial comiſsion de nueſtro muy Sancto Padre Clemente Octauo. Viſto eſte proceſſo, y todas las informaciones, aueriguaciones, y diligencias en en el hechas: y auiendo auido conſejo, y deliberacion con varones muy doctos, pios, y Theologos, y de otras facultades, de que con nos congregamos, y todo lo demas, que fue neceſſario, y verſe conuino.

FALLAMOS De vn meſmo parecer, y aſenſo, en que fueron todos conformes: que deuemos declarar, declaramos, difinimos, y pronunciamos las dichas reliquias en eſte proceſſo contenidas. Conuiene a ſaber, la mitad del paño, con que nueſtra Señora la glorioſa Virgen Maria limpio ſus la-





grimas en la Paſsion de ſu Hijo nueſtro Redemptor, y el hueſſo de ſan Eſteuan Proto martyr, ſer, y que ſon verdaderamente el medio paño de nueſtra Señora, y el hueſſo del Protomartyr ſan Eſteuán. Y auer eſtado ocultadas, cerradas, y guardadas dentro de vna pared de la torre antiquiſsima, que eſtaua edificada en el ſitio donde ſe edifica la Ygleſia Mayor deſta ciudad, metidas en vna caxa de plomo betunado por de dentro, y fuera: y dentro en la caxa vna carta de pergamino antiquiſsimo, en el qual refiere Patricio Sacerdote, que eſtauan alli las dichas reliquias: y que el las eſcondio por mandado de ſant Cecilio: y ſe hallo todo dentro en la dicha caxa de plomo; en el dicho año de mil y quinientos y ochenta y ocho, Sabado dia de ſan Ioſeph, en diez y nueue de Março, derribando, y deshaziendo la dicha torre. Aſsi miſmo declaramos, difinimos, y pronũciamos los hueſſos, y poluos cenizas, y la maſa blãca, q̃ en el año de nouenta y cinco hallamos dẽtro de las cauernas del dicho monte, que llaman de Valparayſo, ſer verdaderamente reliquias de ſanctos Martyres, q̃ ſe gozan, y reynan con Dios nueſtro Señor en el cielo. Conuiene a ſaber, de los ſantos Martyres, ſan Cecilio, ſan Hiſcio, S. Ctheſiphõ, diſcipulos del bienauenturado Apoſtol Sanctiago el Zebedeo: y de ſan Septentrio, y Patricio diſcipulos de ſan Cecilio: y de ſan Turillo, Panuncio, Maronio, Centulio diſcipulos de ſan Hiſcio. Y de ſan Maximino, y Lupario diſcipulos de ſan Ctheſiphon, y las de ſan Meſiton. Y los dichos ſanctos, Cecilio, Hiſcio, y Ctheſiphon, juntamente con ellos los dichos ſus diſcipulos y ſan Meſiton, auer padecido martyrio quemados viuos, dentro en las cueuas, y cauernas del dicho mõte por Ieſu Chriſto nueſtro Redẽptor, y por ſu ſanta Fê catholica, y por la predicaciõ y publicaciõ del ſanto Euãgelio, en el año ſegũdo del Imperio de Neron. S. Cecilio y ſus diſcipulos en las Kalendas de Febrero, ſan Hiſcio, y ſus diſcipulus en Kalendas de Março, quemados, como las piedras quando ſe bueluen en cal. Y ſan Ctheſiphon y ſus dicipulos en las Kalẽdas de Abril: como lo dicen y mueſtran quatro laminas de plomo antiquiſsimas eſcritas eñ lengua Latina, con antiquiſsimos characteres; y otros inſtrumentos tambien de plomo antiquiſsimos que todo a eſtado cerrado, y ocultado dentro en las dichas ca-

uernas, haſta agora, que lo hallamos en el dicho año de nouenta y cinco: y pareſce, reſulta, y ſe auerigua por eſte proceſſo: y lo ha moſtrado, y comprobado DIOS nueſtro Señor por muchos milagros. En conſequencia de lo qual, declaramos las dichas reliquias deuer ſer recebidas, honradas, veneradas, y adoradas, con honra, y culto deuido, como reliquias verdaderas de nueſtra Señora, y de los dichos Martyres, que reynan con Dios nueſtro Señor: ſegun que la Yglesia Catholica Romana acoſtũbra venerar las reliquias de los ſantos. Y deuer ſer expueſtas publicamente al pueblo Chriſtiano, y a todos los fieles para el tal efecto: y que puedan inuocarlos. Y nos, con los aqui congregados, aſsi las recebimos, y veneramos. Y mandamos que ſe pongan, y colocen en guarda, y cuſtodia, y lugar muy decente, a nueſtro parecer, o del Reuerendiſsimo Arçobiſpo, que fuere deſta ſancta Yglesia. Y aſsi miſmo declaramos el dicho lugar, y monte de Valparayſo, en las cauernas del qual padecieron martyrio todos los dichos ſanctos, ſer lugar ſancto, y ſagrado, y deuer ſer venerado, y honrado como las dichas laminas lo mandan, en memoria de los ſanctos, que padecieron martyrio en el: y tenerlas prerrogatiuas, que da el derecho, y los ſacros Canones, a los tales lugares ſagrados; y mandamos, que en todo ſe les guarden. Y por eſta nueſtra ſentencia aſsi lo pronunciamos y mandamos, y firmamos de nueſtro nõbre, y ſellamos con nueſtro ſello pendiente.

*Petrus de Caſtro Archiep. Granat. Ioannes Epiſcop. Guadix. ſubſcripſi. S. Epiſcop. Galiponen. ſubſcripſi. Alphonſus Abbas ſubſcripſi.*

SANCTUS Secundus Epiſcopus Abulenſis, 32
vbi corpus eius in ſumma veneratione habetur, Ec-
cleſia ſibi dicata.

*Sanctus ſecundus.*

Sanctus Indalecius Epiſcopus Vrcitanus in Reg- 33
no Aragoniæ in confinibus Nauarræ, quam ciuitatem aliqui Vergam eſſe dicunt, cuius ſit mentio apud Zuritam lib. 1. c. 27.

*Sanctus Indalecius.*

Sanctus Cteſiphon Epiſcopus Abderitanus, quæ 34
ciuitas hodie Almeria nuncupatur, & Calixtus Papa Virgitanum appellat, & Varonius in martyrologio

*Sãctus Pheſiphon.*



logio die. 15. Maij, cuius cineres, & reliquiæ Granatæ habentur vt dictum eſt.

35 Sanctus Heſichius Epiſcopus Cartheſanus, vel ex Calixto Carceſitanus prope Aſturicam. Et Cartheſiæ Epiſcopum vocat martyrologium Romanum die. 15. Maij.

*Sanctus Heſichius.*

36 Sanctus Euphraſius Epiſcopus Illiturgitanus in Bætica Cuius ſit mentio in Martyrologijs die. 15. Maij vbi Varonius & apud Guillermum Eiſenſpirẽ centuria. 1. part. 1. diſtinctione. 1. his verbis. *Euphraſius Hiſpanus Iacobi Zebedei Apoſtoli auditor atque diſcipulus Illiturgi ordinatus eſt Epiſcopus anno Chriſti. 43. Claudio Cæſare Auguſto Germanico.* Petrus Beuter lib. 1. c. 23. Illiturgi autem an ſit ciuitas Gienenſis vulgo Iaen an Andujarenſis vulgo Andujar diſputatum extitit, ſed quod ſit Andujarenſis ciuitas ex Plinio lib. 3. c. 1. naturalis hyſtorię eam prope Cordubam deſcribente & Antonino in itinerario & Floriano Ocampo libr. 5. c. 32. chronicæ Garibai lib. 5. c. 18. & 20. 21. 24 hyſtoriæ Ambroſio Morales lib. 6. c. 26. & lib. 9. c. 13. vt mihi ex libris probatiſsimis communicauit eruditiſsimꝰ & omni litterarum cognitione & hyſtoriarum notitia diligentiſsimus Dominus Alfonſus Eraſſo huius regij prætorij ſenator digniſsimus cum iuſſu maximi Philippi ſecundi regis corpus beati Euphraſi a Gallecia ad Andujarenſem vrbem corpus ſit translatum.

*Sanctus Euphraſius*

Præter hos ſeptem ſunt Athanaſius, & Theodorus iuxta S. Apoſtoli corpus, quod indefeſſe vigilãtes ſeruauerunt, alter ad dextram, alter ad ſiniſtram; & â populis, quos Deo lucri fecerant, ſepulti ſunt, quos Petrus Antonius Beuter ab Apoſtolo ex Hiſpania in Iudæam redeunte Cæſarauguſtæ in cultu Eccleſiæ beatæ Mariæ relictos, alterum Epiſcopum, alterum præsbyterum ſcribit, Horum martyrum, & Hiſpaniæ patronorum ſit mentio in Vſuardi, Adonis, Bedę, beati Iheronymi, & aliorum apud Varonium; & Galeſinum in martyrologijs die. 15. Maij, & apud noſtros auctores, Vaſeum anno. 40. Moralem lib. 9. c. 13. Mariana lib. 4. c. 2. de rebus Hiſpanię,
37 & cum Gregorius ſeptimus magnus, & inclytus Pontifex Romanus agat de officio Romano Hiſpaniæ recitando, extollit ſummis laudibus, quod Hiſpaniam horum martyrum doctrina inſtituerit in fide, cum ab ea ſint miſsi â beato Petro, & vt cognoſcatur, quemadmo-

*Extollit Gregorius. 7. Hiſpanam Eccleſiam.*

madmodum ab ipſa antiqua naſcente Eccleſia Hiſpaniæ in omnibus conſenſerit cum Eccleſia Romana, audiamus ipſum Gregorium ſeptimum lib. 1. regiſtri epiſtolarum epiſtola. 64. 38

*Eccleſia Hiſpana cũ Romana ſemper conſentit.*

*Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Alfonſo, & Sãctio Regibus Hiſpaniæ Abbatibus, & Epiſcopis in ditione ſua conſtitutis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.*

*Cum beatus Apoſtolus Paulus Hiſpaniam ſe adijſſe ſignificet, ac poſtea ſeptem Epiſcopos ab Vrbe Roma ad inſtituendos Hiſpaniæ populos à Petro, & Paulo Apoſtolis directos fuiſſe, qui deſtructa idolatria Chriſtianitatem fundauerunt. religionem plantauerunt, ordinem, & officium in diuinis cultibus agẽdis oſtenderunt, & ſanguine ſuo Eccleſias dedicauere, veſtra diligentia non ignoret, quantam concordiam cum Romana Vrbe Hiſpania in religione, & ordine diuini officij habuiſſet, ſatis patet.* Hucuſque Gregorius ſeptimus, & iterum li. 1. epiſtola ſeptima.

*Gregorius in Romanum Pontificem electus omnibus principibus in terram Hiſpaniæ proficiſci volentibus perpetuam ſalutem in Domino Iheſu Chriſto.*

*Non latere vos credimus, Regnum Hiſpaniæ ab antiquo proprij iuris ſancti Petri fuiſſe, et adhuc licet diu à Paganis ſit occupatũ, lege tamen iuſtitiæ non euacuata nulli mortalium, ſed ſoli Apoſtolicæ ſedi ex æquo iure pertinere, quod enim auctore Deo ſemel in proprietates Eccleſiarum iuſte peruenerit, manente eo ab vſu quidem, ſed ab earum iure occaſione traſeuntis tẽporis ſine legitima conceſsione diuelli non poterit.* Hactenus Gregorius, idemque colligitur ex eiuſdem Pontificis lib. 1. epiſtola ſanctio Regi Aragoniæ miſſa, & li. 9. epiſtola. 2. ad Alfonſum Regem, & notat Bozzius Eugubinus de ſignis fidei lib. 4. ſigno. 6. de fidei propagatione. 39

*Alij ſancti Viri qui in Hiſpania fidẽ auxerũt.*

Quibus teſtimonijs ſatis firmum eſt, in Hiſpania cæpiſſe prædicationem fidei, antequã in cæteris Europæ regionibus, eamque inſtitutionem primam à beato Iacobo factam, prędicationibus Pauli, & Petri auctam fuiſſe, & tandem confirmatã ſeptem martyrum diſcipulorum beati Iacobi doctrina, & propagatione, ordinationeque. Sed cum de hiſce ſeptem, vel nouem diſcipulis conſtet, nõ excluditur, quin alij 40

*S. Petrus Bracharenſis.*

exriterint clariſsimi ſanctitate, & religione, puritate, & exemplo, vita martyrioque, qui Hiſpaniam illuſtrauerint, cum Petrus martyr etiã diſcipulus beati Iacobi Bracharẽſis Epiſcopus vulgo *Braga*, in Luſitania legatur, apud Varoninm die. 26. Aprilis in martyrologio, & alios. Sãctus Epenetus Epiſcop⁹ Siruiẽſis, quẽ Petrus reliquit ibidem. 41

*Sãctus Epenetus.*

42

*Sanctus Ruffus.*

Sanct⁹ Ruffus Epiſcopus Dertoſæ, quem Paulus ſecum adduxit, & poteſt dubitari an ſit ille de quo agit Paulus ad Romanos. c. 16. quem Thebanum Epiſcopum aſſerit Varonius die. 21. Nouẽbris & S. Hiſcius cuius fit mentio in Granatenſi inuentione niſi ſentiamus ſanctũ Hiſciũ fuiſſe eum Hiſcium qui Granatæ paſſus ſit. Itẽ & in Hiſpania conciones fidei hahuit celebres ſanctus Saturninus Epiſcopus primus Toloſanus in Gallia, qui

43

*Sanctus Saturninus.*

vulgo dicitur ſan Cedornin, & apui Gallos Sarcedorni, & apud Italos ſan Geruino, qui Cantaber Hiſpanus erat ex Mariana, & cum à beato Petro miſſus eſſet ad Gallias inſtituendas in fide, ipſe Honeſtum Pampilonenſem miſsit primum Pampilonẽſem Epiſcopum, qui aliquos reduceret ad fidem, à quibus ro-

44

*Sanctus Honeſtus.*

gatus fuit, vt magiſtrum ſibi mitteret, qui ſuaſsione eius Pampilonenſem adiens ciuitatem in ſeptem dierum ſpatio quadraginta millia conuertit, in quorum

45

*Sanctus Firminus.*

numero ſanctus Firminus extitit, qui innumera, & incredebilia paſſus eſt martyriorum genera, vt in martyrologijs Vſuardi, Adonis, Equilini, & Varonij patet, & in hyſtoria Principis Caroli Nauarrenſis, & in Eccleſia Pampilonenſi, & apud Moralem, [t] & Vaſeum aſſerentes ab anno. 55. vſque ad. 60. accidiſſe.

46

*Domitiani perſecutio.*

In ſecundo tempore perſecutionis Eccleſiæ Domitiano Imperante poſt primam Neronis crudelitatem Eugenius Antiſtes Toletanus primus inſignis

47

*Sanctus Eugenius.*

fuit ſecundum quoſdam diſcipulus Dionyſij Areopagitæ ab alijs vero ſocius, cum ambo Paulũ ex Gręcia fuerunt ſecuti, & Petrus Dionyſium in Galliam, Eugenium in Hiſpaniam miſsit, viros doctrina, & ſapientia excellentes. Eugenius autem cum plures ad fidem reduxiſſet, elegit ſedem Toleti in medio Regni, vt ex corde eius ſpiritus Chriſti diffunderetur per vniuerſum corpus Regni, martyrio poſtea clarus extitit, vt referunt Vſuardus, Adonis, Varonius, & omnes [v] ſcriptores in martyrologio die. 9. Nouembris, & noſtri, idque anno. 68. accidiſſe Garſia Loaiſa Toletanus Archiepiſcopus meritiſsimus aſſerit in concilijs Hiſpaniæ chronologia Toletanorum præſulũ, eiuſque diuini Eugenij corpus ê Gallijs in Hiſpaniam ad Toletanam ſedem religioſsiſsimo cultu, & triumpho Auguſtiſsimo delatum eſt anno, 1565. religioſ-

*t Morales lib. 9. c. 14. et. 15. Vaſeus anno. 50. fol. 59. Mariana lib. 4. c. 4. de rebus Hiſpaniæ. Gregorius Turinenſis de gloria martyrum c. 48. li. 3. c. 30. Sidonius Apollinarius lib. 9. epiſt fin. Varoni⁹ in martyrologio die. 29. Nouemb. & 25. Septembris.*

*v Morales. li. 9. c. 26 Ilduinus in hyſtoria Galliæ Mariana lib. 4. cap. 4. de rebus Hiſpaniæ. Marineus Siculus lib. 6. hyſtoriæ Hiſpaniæ Petrus in cathalogo ſanctorũ li. 10. c. 62. Sãct⁹ Illefonſus. ca. 12. & 14 de Viris illuſtribus.*

religioſsiſsimique Regis Philippi ſecundi humeris
ad Eccleſiam ingreſſum fecit. Item Mariana auctorẽ
Michaelem Sincellum citat ad probandũ, quod Cle
mens Papa ſucceſſor Petri miſsit ad Hiſpanos Phi-
lipum, & Marcellum, quorum vnus intelligitur Eu-
genius fuiſſe ſic poſtea dictus ab ingenuitate, & no-
bilitate, cum certum ſit â Pontifice Clemente miſſos
vt legatos, & non ſit compertum, quid geſſerint ; in 47
quo excellentia Hiſpaniæ commendatur. Primo, ꝙ
Clemens ſcripſerit ad Epiſcopos Hiſpaniæ, ſitque
prima epiſtola Pontificis ſcripta ad Hiſpanos, quam
ad Gallos, vt patet ex eius epiſtola relata. 1. tomo
conciliorum, & legitur in Eccleſia Compoſtellana.
Secundo, quod miſſerit prius legatos, quos Nuntios
vocamus ad Hiſpanos Pontifex, vt ad Regnum Ca-
tholicum, vt aduertit Ioannes Scotus in vita Diony 48
ſij Areopagitæ, ex eoque colligitur, quam antiquũ
ſit Nuntiorum in Hiſpania officium, ſed ex illis miſ-
ſis â Clemente nemo videtur Eugenius, cũ ille â bea
to Petro ſit miſſus ex Loaiſa in concilijs Hiſpaniẹ, in
decreto Gundemari.

*47 Prima epiſtola Pontificis quã Clemens miſsit fuit ad Hiſpanos quã ad Gallos.*

*48 Primi in Hiſpania nuntij Apoſtolici, & legati, quam in alia regione.*

Tertia perſecutione Trajani floruit in Hiſpania 49
ſanctꝰ Martiꝰ, cuius corpꝰ in cęnobio eius nomini di-
cato requieſcit, martyr inſignis extitit, & vnus ex. 72
diſcipulis Chriſti, qui ei miniſtrauit in coena ſacra,
& ſtrauit veſtimenta tempore, quo ramis ſuſceptus
eſt in Iheruſalem benedicens Deum anno. 100. Chri 50
ſti videtur paſſus, & antea prædicauit ex Morales, x
& Vaſeo, fit mentio apud Varonium die 15. Maij.

*49 Tertia perſecutio Trajani.*

*50 Sanctus Martius.*

*x Morales lib. 9. c. 30. Vaſeus anno, 100 Mariana lib. 4. c. 5. de rebus Hiſpaniæ.*

Vaſeus anno. 77. retulit epitaphium hoc modo.
*Belila Hiſpana ſerua Iheſu Chriſti requieuit in Domino. Obijt*
*Era.* 115. hoc eſt anno Domini. 77. quod Cantabriç
repertum Venerus ſcribit, & immerito de eo dubitãt
Morales lib. 9. c. 23. Mariana lib. 4. c. 4. cum id credibi
le eſſe poſsit, & conuenire tempori illi, quo Hiſpa-
nia fere integra fidem complexa erat, publiceque in
monumentis Chriſtiani epitaphia inſculpebant, & 51
profitebantur fidem.

*Belila.*

Sanctũ Clementem Papam hiſce temporibus ſcri-
pſiſſe epiſtolam ad Epiſcopos Hiſpaniæ, memoria
conſeruatur, eiuſque epiſtola legitur in Eccleſia Cõ
poſtellana, & alijs.

Hic ſtatus Eccleſiæ Hiſpaniæ per hos centum an-
nos â natiuitate Chriſti, quibus vixit Ioannes Euan-
geliſta, recenſetur, in quibus tredecim ſaltim Epiſco-
patus

*51 De ſtatu Hiſpaniæ breuis epilogus, & ſumma, quo 100. annis primis a natiuitate Chri in fide potitus eſt.*



patus referuntur in Hiſpania, & innumera multido
legitur fidelium, cum in Accitana vrbe tantum om-
nes videantur conuerſi, & in Pampilonenſi ciuitate
ex vna prædicatione quadraginta millia crediderũt,
in Cantabria martyres incolæ eius erant, & in cæ-
teris vrbibus Epiſcopi, & cum eſſent Epiſcopi, ſequi
tur, quod ſubditos fideles habebãt, ita vt omnis Hiſ-
52 pania hoc tempore Catholica in vniuerſum videa-
tur, vt ex Irineo auctore Apoſtolorum tẽporibus fi-
nitimo lib 1. c. 3. contra hæreſes, ex beato Iherony-
mo de viris illuſtribus, notat Varonius y omnes Ibe-
ros ad fidem conuerſos, & in Catholica Eccleſia ma-
nentes firmiter.

*52 Hoc tempore omnes Catholici erant in Hiſpania.*

*y Varonius 1. tom. anno 100. in fol. 9.*

53 Statu Hiſpanorum patefacto, non ita vt decet, ſed
qua diligentia potuimus inueſtigare operæpretium
eſt, vt de ſtatu Galliæ agamus, vtraſque Prouincias
conferendo, vt ex eis colligatur, quę antiquior tam
in priuatis oppidis, quam vniuerſo Regno in fide
Chriſti amplectenda, extiterit, in qua re profiteor, ni
hil quod ad Galliç gloriam attineat, & conſequi po-
tero ſilentio â me prętereundum eſſe, cum hæc con-
tentio veritate niti non inuidia, nec maleuolentia
agitari debeat, maxime inter ſorores Germanas na-
tiones ex fratribus deriuatas, & conſanguinitate â
retro ſæculis ita confirmatas, vt vna regio videatur
vnita.

*53 De ſtatu Galliæ in fide recipienda his centũ annis.*

54 Primo, Gallia exultat in eo, quod Eccleſia Carno-
tenſis, antequam Chriſtus ex Deipara Virgine Ma-
ria naſceretur, conſtructa eſt, vaticinium oſtenden-
do aduentus Domini, & Virginis parituræ, & ſic ti-
tulus eius erat. *Virgini parituræ*, ſicut Athenis templũ
Deo ignoto fundatum refertur, vt obſeruat Caſſa-
neus. z Sed quia hoc magis coniectura nititur, quã
veritate, & non tractatur in hoc certamine de rebus
ante aduentum Chriſti, ſed poſt eius natiuitatem ge-
ſtis, nec antea eſſe poterant fideles ex lege Euange-
lij, hoc ſummo in prętio habendum eſt, ſed non inde
de ântiquitate religionis Euangelicæ, quæ non dum
publicata erat, iudicandum.

*54 Eccleſia Carnotenſis Virgini pariture dicata ante aduentum Chriſti in Gallia.*

*z Caſſaneus. 12. p. conſi. 17.*

55 Secundo, Gregorius Turonenſis in principio de
geſtis Francorum allegatur referens, quod quædam
nobilis fœmina ad Chriſtum viuentem in terris vidẽ
dum ex Gallia profecta fuit, quod non reperi apud
Gregorium, nec auctor pijſsimus alioqui, & ſanctiſ-
ſimus vita, & religione omnino in his recenſendis fi-
dedi-

*55 Quædã mulier ex Gallia ad Chriſtum Profecta dicitur.*

dedignus habetur:cum ſæpe pietate, & deuota affe-ctione ductus magis in enarrandis miraculis, vt audi uerat, quam in inueſtiganda veritate elaborauerit, vt Ilduinus in hyſtoria Ludouici pij iuſſu compilata notat, & Varonius.2.tomo.anno. 109.

56 *Beatꝰ Philippꝰ an in Gallia prædicauerit.*

Tertio, Iſidorus de vita, & obitu ſanctorũ. c.71.retulit, beatũ Philippum Apoſtolum in Gallijs prædicaſſe, & ad id Freculphũ Lexouienſẽ Epiſcopũ chronicorum tomo.2. lib.2.c.4. citat Claudius Spencæus in poſteriori parte ſuper epiſtola ad Timotheum.c.4.nu.25. ſed hic error eſt librarij, & editionis, cum pro Gallatia, vbi Philippus ſedem habuit, legatur Gallia, vt aduertit Varonius.1.tomo anno.44. Quarto aduertendum eſt, quod cum capite.8.actuum Apoſtolorum dicatur, quod lapidibus Stephano occiſſo, facta eſt magna perſecutio in eccleſia, quæ erat Iheroſolymis. *Et omnes diſperſi ſunt per Regiones Iudeæ, & Samariæ, præter Apoſtolos.* Nonque ſolum per regiones Samariæ diſperſi ſunt illi, ſed Paleſtinę fines egreſſi externas quoque regiones peragrarunt ex eodem Luca. c.11. *Illi qui diſperſi ſunt à tribulatione, quæ facta eſt ſub Stephano, perambulauerunt vſq; ad Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam nemini loquentes verbum Dei, niſi ſolis Iudæis.* Quin etiam eorum qui pulſi Iheroſolymis ſunt, ingens numerus migrauit in Aſiam, qui eo nomine à cæteris Iudæis diſtincti ſunt, quod dicerentur Hæbrei aduenæ diſperſionis, ad quos poſtmodum Petrꝰ Apoſtolus ſcribens epiſtolam eiuſmodi titulo prænotauit, vt patet epiſtola.1. Petri. *Petrus Apoſtolus Ieſu Chriſti electis aduenis diſperſionis Ponti Gallatiæ, Cappadociæ, Aſiæ, & Bithiniæ.* Eiſdemque Iacobus Apoſtolus dirigit epiſtolam, quæ eſt prima Iacobi. *Iacobus Dei, et Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruꝰ, duodecim tribubus, quæ ſunt in diſperſione ſalutem.* Ex his igitur qui diſperſi ſunt quindecim mille numero, & amplius ex illis aliqui Europam appulere, & ad Galliam Maſsiliam perueniſſe hoc tempore Lazarum, Mariam Magdalenæ, Martham, & Marcellam pediſſequam vna cum Maximino naui abſq; remigio impoſitos legitur in manuſcripta hyſtoria Anglica, quæ habetur in blibiotheca Vaticana, & actis Magdalenæ refertur à Varonio.1.tomo anno. 35. & comitem eius nauigationis Ioſephum ab Arimathia nobilẽ Decurionem fertur, qui ex Gallia in Britaniam nauigauit, eaq; Marcella illam fuiſſe teſtantur aliqui, de qua fit mentio in

57 *Diſcipuli Chriſti diſperſi.*

58 *Lazarꝰ, Magdalena Martha, Marcella & Maximinus Galliam appulerunt.*



in Euangelio, quod inflammata diuino ſpiritu alta voce exclamauit concionante Chriſto. *Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ ſuggiſti.* Et Maximinum fuiſſe cæcum à natiuitate, cuius oculos Deus aperuit, ſed beati viri iſti quamuis Gallias corporum ſuorum pręſentia, & exemplo virtutis illuſtrauerint, tamen non prædicatione cum.c.11. actuum Apoſtolorum dicatur. *Illi qui diſperſi ſunt à tribulatione, quæ facta eſt ſub Stephano, perambulauerunt vſq; ad Phenicẽ, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbũ Dei, niſi ſolis Iudæis.* Et ita patet, quod in Gallia illi ſolis Iudæis contribulibus Euangelizare verbum Dei poterant, non gentibus. Vnde non ſegitur de eorum prædicatione conuerſio aliqua, & ſententias diuerſas circa ſepulcrum Magdalenæ & Marthæ ſcribit Varonius die 23. & 29. Iulij in martyrologio.

59 *Beatus Paulus per Gallias Hiſpaniam adiens tranſijt.*

Quinto ſanctus Paulus dum in Hiſpaniam venit, per Gallias tranſijt, vbi Paulum Sergium reliquit, vt refert ex Iacobo Fabro ad Romanos. c.15. Claudius Spencæus in poſteriori parte ſuper epiſtola ad Timotheum.c.4.nu.25. & tunc Viennenſem Eccleſiam à Paulo fundatam indicat verſiculus, ibi deſcriptus.

*Paulus præco crucis tibi dat primordia lucis.*

50 *Beatus Petrꝰ prædicauit Galliæ.*

Et beatus Petrus, qui per vniuerſum Occidentem peragrauit, etiam in Gallijs prædicauit teſte Panuino in chronico Eccleſiaſtico.

62 *Beatꝰ Lucas prædicauit.*

Sexto beatum Lucam iuſſu Pauli prędicaſſe in Gallijs auctor eſt Claudius Spencæus in poſteriori parte ſuper epiſtola Pauli ad Timotheum.c.4.nu.25. & Forcatulus de Imperio, & Philoſophia Gallorum, lib.6.fol.364.qui lib.2.fol.97.ait Paulũ ad Gallathas ſcribentem ſcripſiſſe ad Tectoſages, qui Galli erãt, Aſsiamq; tranſierãt, quod nec certo auctore narrãt, nec eo, quod ex Gallia veniſſet, Gallicum Regnum fidem ſuſcepit.

63 *Sanctus Sauinianus.*

64 *Sanctus Potentianus Serotinus.*

Septimo poſtquã Romę colocauit ſedẽ beatus Petrꝰ, miſiſſe Sauinianũ vnũ ex.72. diſcipulis Chriſti auctores recitãt, qui Epiſcopus Senẽſis extitit, & tẽplũ ędificaſſe in honorẽ Petri viuẽtis adhuc fertur, cuiꝰ inuocatio hodie extat, & Potentianũ Comite Serotino ſotiaſſe dictũ Sauinianũ ex Varonio die 13. Decẽbis.

65 *Sanctus Martialis.*

Octauo beatus Martialis ex.72. diſcipulis Domini, quem merito Gallia Apoſtorum ſuum nominat, ille fertur ſecundum quoſdam, qui vendidit panes hordaceos, & duos piſces, quibus Dominus ſaturauit

M tur-

BIBLIO UNIVERS ORAN.

turbam ingentem quinq; mille, & amplius, & ex alijs fuit ille Nathael, de quo Chriſtus protulit. *Hic eſt vere Iſraelita.* Et alij affirmant eſſe eum, in cuius capite Chriſtus manus imponens, eam ſententiam expoſuit. *Niſi efficiamini ſicut paruulus iſte, non intrabitis in Regnum cœlorum.* Quiſquis ex his extiterit ex Oriente Romam cum Petro venit, & ab eodem in Gallias eſt amandatus, qui Lemouicenſes, Toloſanos. Burdegalenſes, Carducenſes, & Aquitanos, populoſque eos, qui â Rhodano in Occeanum vergunt, & Germanos inſtituit in fide, & templum Pictauienſe dicatum beato Petro, & eius ſanguini conſtruxit, & Burdegalenſe ſimiliter beato Andreæ conſecratum, cuꝰ Apoſtoli Galliarum fit mentio apud Innocentium Papam, cap. fin. §. fin. de ſacra vnctione cũ gloſa verbo propter hyſtoriam. Varonius primo tom. anno. 74. fol. 666. & die. 30. Iunij in martyrologio. Item & Iulianus, qui dicitur fuiſſe Simonem Leproſum, Galliæ prædicauit, & Creſcens de quo Paulus ad Timotheum. c. 4. *Creſcens in Galathia Titus, in Dalmatia Lucas eſt mecum.* Nam in Gallia non in Galathia legendum eſſe affirmat Epiphanius relatus â Varonio. 1. to. 561. f. anno. 59. & in martyrologio die 27. Iunij, & 29. Decẽbris, qui cõſtruxit Eccleſiã Viẽnenſem, & Moguntiam. Idem ex Euſebio lib. 3. c. 4. Nicæphoro lib. 3. c. 1. Marianus Scotus libr. 2. anno. 72. Munſterus in coſmographia lib. 3, Claudius Spẽcæus in poſteriori parte ad Timotheum. cap. 4. fol. 172. &. 177. Item & Dyoniſius Areopagita, quẽ beatus Clemens cum Ruſtico, & Eleutherio miſsit ex Varonio, *a* & hoc tempore floruerunt ſanctus Eutropius, Veronica, Amator, Saturninꝰ, & Priſcus per Varoniũ, *b* & alios relatos, & plures refer Claudius Spencęus in poſteriori parte ad Timotheũ. c. 4. f. 172.

*65 Sanctus Iulianus Didymus.*

*66 Sanctus Creſcens.*

*67 Sanctus Dyoniſius, Ruſticus, & Eleutherus.*

*68 Sanctus Eutropius Veronica, Amator, Saturninus, & Priſcus.*

His centum annis Eccleſiæ ſtatus tam Hiſpaniæ, quam Galliæ deſcriptus videtur in vtraque regione fœlix religione, & ſanctitate virorum, ſed in alea diſputationis vtriuſque Prouinciæ ſigillatim collatis rebus antiquior apparebit, & in fide excellentior ſtatus Hiſpaniæ, in ortu enim Chriſti ortus lucis in Hiſpania ea nocte viſus fuit. Item & tres ſoles exorti fuere. qui in vnum coierunt paulatim, quæ ſigna in Gallia non leguntur. Item poſt Chriſtum paſſum ſub Pontio Pilato, beatus Iacobus Apoſtolus in Hiſpania prædicauit, gentes eius conuertit, Ec-

*69 Collatio ſtatus Eccleſiæ, et antiquitatis fidei in regnis Hiſpaniæ & Galliæ.*

*a* *Varonius 1. tom. anno. 98. fol. 703. et die 9. Octob. in martyrologio.*

*b* *Varonius. 1. tom. anno. 59. fol. 700. et et 703. Faciſculus tẽporum in vita Petri, et Pontificalis hyſtoria manuſcripta in vita Petri, & Clemẽtis.*





cleſiam beatæ Mariæ dicatam conſtruxit, & ibidem pijſsima Maria apparuit ab Angelis ducta, & corpus beati Iacobi in Hiſpaniam, Delatum & depoſitum extitit, quæ omnia euenere antequam in Gallia vlla prędicatio extiterit, ita vt primi fideles in Hiſpania, prima Eccleſia, primus Apoſtolus, & prima epiſtola â beato Clemente miſſa extiterit, & primus Nuntius Appoſtolicus. Animo commorandi beatus Paulus Hiſpanias adiuit forſam motus ex eis, quæ â diſcipulis beati Iacobi cognouerat, cum per Galliam ſolum tranſiret, quæ omnia antiquitatem in fide maiorem cum Galliæ ſtatu conferendo habeat, & cum in Gallia floreant ſancti, & martyres, in Hiſpania etiam vigent martyres, ſancti tutores â beato Petro miſsi, & in Hiſpania in vniuerſum prius ſuſcepit fidem Regnum, & vt dilucidius conſtet vſque ad ſtatum manẽtem in fide vtriuſque regionis per ſingula capita membratim rem, prout contingit, & ſtatum Eccleſiæ in vtraque Prouincia diſtinguemus, & aperiemus, cum conſtet etiam ex Irineo finitimo Apoſtolis omnes Iberos conuerſos ad fidem.

(?)

# CAPVT SEPTIMVM

## quo continuatur ſeries, & ordo ſtatus Eccleſiæ Hiſpaniæ, & Gallicanæ, oſtendi-turque Hiſpanos prius in vniuerſo regno fideles ex-titiſſe; quam Gallos prioremque in Hiſpania ſan-ctum fuiſſe cui dicatæ ſint Eccleſiæ tam in vrbe Romana, quam in orbe, & primus ex Hiſpania Imperator ex-titit.

(?)

TRANSACTIS Superius relatis cẽtum annis â natiuitate Chriſti quorum metam attigit beatus Euãgeliſta Ioannes, adeo prædicatiõne ab Apoſtolis facta, & eorum diſcipulis, creuit numerus fidelium, vt oracula Deorum ceſſaſſent, fideſque Catholica vbique gentium extenderetur, maximê edicto quodam Neruæ Imperatoris, quo exilio mulctatos Chriſtianos, & cum eis Ioannem Apoſtolum in Pathmos inſulam relegatum reſtituit, vt ex Tertuliano. c. 5. aduerſus gentes Euſebius *a* recitat, quem ſtatum fœlicem cum communis hoſtis inuidia non pateretur Gentiles ea ardentes Traianum compulerunt,

*a Euſebius libr. 3. cap. 15.*

1 *Tempus Traiani.*

vt Catholicos perſequeretur, cuius acerbitas, & immanitas ea fertur, vt non ſolum viros Chriſtianos, ſed populos integros martyrio afficeret ex Tertuliano ad ſcapulam cap. 5. Euſebio, *b* & alijs. Vnde cum in Oriente, & Occidente plures coronam martyrij ſubijſſe compertum ſit, nomina eorum, quæ in libro vitæ æternæ ſcripta vere ſunt, apud nos non ſatis conſtant, ita fuerunt innumeri martyres, & ea de cauſa aliqui ex commemoratis capite ſuperiori Galliæ martyrium ſunt paſsi, & Hiſpaniç, inter quos extitit beatus Mantius ibidem relatus, & vltra eos in vtraque regione quam plurimi non noti nomine extiterunt, ſed ex Hiſpanis plures fuiſſe hac ratiotinacione, quam ab alijs coniecturatam non vidi, qua vtor duobus conſtitutis hyſtoriæ animaduerſionibus, prima eſt, quod vt ex Cuſpiniano de conſuli-

*b Euſebius lib. 3. c. 27. Nicæphorus li. 3 c. 19. Varonius. 2. tomo anno. 104. fo. 23*



ſulibus Varonius *c* obſeruat Traianus in Orientali expeditione ad expugnandas Babylonem, Seleuciam, & Ctheſiphontem ex quamplurimis nationibus collegit exercitum, & ex Europa, Iberis, qui ſunt Hiſpani, cum & ipſe Hiſpanus foret, in quo exercitu vndecim mille Chriſtiani inuenti ſunt, quos poſt captas Prouincias in exiliũ, eo quod Catholici erãt, Traianus miſsit Armeniam relegatos, & eos fuiſſe decem mille, qui Traiani, ſeu Adriani ſucceſſoris tẽpore crucifixi fuerũt, pro Chriſti nomine in ſyluis montis Ararat Varonius *d* autumat, ſaltim hi omnes ex Metraphraſte die. 5. Septẽbris in martyrologio martyrium ſunt paſsi. Secunda animaduerſio eſt, ꝙ in Hiſpania eo tempore ita florebat Catholica fides, vt fere omnes, & vt auſim dicere vniuerſi fidem catholicam profitebantur, vt ſuperius oſtendimus. Vnde ſequitur argumentũ, quod ſi Iberi Hiſpani fideles in tam ingenti numero erant ea ætate, & ex illis quã plurimi in exercitu Traiani erant patet quod Chriſtiani vndecim mille relegati, & martyrium paſsi ſunt Iberi, qui Chriſtiani erant, & ita multi neceſſario inter hos milites cæleſtes palmam martyrij ſunt conſecuti, non ſolum in Hiſpania pro confeſsione fidei mortem libenter appetentes cum gloria certauerint, ſed nomen Chriſti per exteras nationes, & ab Occidente in Orientem ferentes ibidem cõſtantiam Hiſpanam, & fidelitatem oſtẽderint. Hoc autem vnũ per tranſeneam adnotare libuit, quod primus ex Imperatoribus exteris Hiſpanus fuerit, antequam Gallus, vt de Nerua eligente Traianum, in eo notat Dio dicens. *Neque rurſus eum deterruit, quod Traianus homo Hiſpanus, nec Italus erat, quodque ante eum nemo alterius nationis Imperium Romanum obtinuerat.* Anno. 120. a natiuitate Chriſti Adriano Imperatore regnante, & Euariſto Pontifice vigente catholici martyrijs vexabantur, ſed quo magis deprimebatur onere ærumnarum, & calamitatum altius vt palmæ rectæ fidei erigebantur, & fides extendebatur indies. Et tandem defenſione Ariſtidis Philoſophi Atheniẽſis, & beati Quadrati diſcipuli Apoſtolorum Adrianus imperator cohibuit, edictumque protulit, prohibendo, ne Chriſtianos cruciaret, Sereno Grauiano nobili viro poſtulante teſte *e* Euſebio, immo Lampridius in Alexãdri vita ſcribit, templũ Chriſto, vt vni Deorũ ędificaſſe, prohibitus tamẽ fuit ab illis, qui cõſulebãt cir-

*c Varonius. 2, tom. anno. 108. fol. 25.*

2 *Ratiocinatio ex qua cõſtat plures Chriſtianos, & martyres Hiſpaniæ hoc tẽpore extitiſſe.*

*d Varoni⁹. ibi. et in martyrologio. 22. Iunij die.*

3 *Quod prim⁹ Imperatorũ fuerit Hiſpanus, quã Gallus.*

4 *Tempus Adriani Imperatoris.*

*e Euſebius lib. 4. c. 3 & 9. Nicæphorus lib. 3. c. 27. Varoni⁹ 2. tom. anno 125. & anno. 128.*

circa ſacra aſſerẽtes omnes Chriſtianos futuros, & ſana reliqua deſerẽda fore, vt etiã Varonius *f* recitat, hacque ætate, vt ſtatim Imperio Antonini Pij oſtendemus, omnes Hiſpani fideles erant, & ex Gallis nõ vniuerſi, ſed aliqui, & pauci, quos in fide Sixtus primus Pontifex continere per Peregrinũ curauit Antonini Pij Imperatoris ſæculo, cuius Imperium initium habuit anno. 140. a natiuitate Chriſti, & nono Pontificatus Sixti primi fides catholica publice profitebatur, permitente Imperatore, licet aliquorum calumnia, & maleuolentia aliqui martyriũ patiebãtur, vt Varonius *g* ex auctorib⁹ quibuſdã colligit, ſed ex grauiſsimis eiuſdẽ ſæculi & Iuſtino Philoſoho in dialogo cum Tryphone Irineo lib. 1.c.3. contra hæreſes, coætaneo eius ſæculi cum Tertuliano patet.

*f. Varonius.2.tom. anno.224.*

5 *Tempus Antonini Pij.*

*g. Varonius.2.tom. anno.142. & 154.*

Varonius anno. 140. refert. 2. tomo, longe, lateque in toto orbe terrarum religionem Chriſti propagatam vigere eo ſæculo, quo Hiſpanos fideles catholicos eſſe, & Gallos non omnes, Tertullianus eius ætatis auctor, qui floruit ex beato Iheronymo in eius vita, & Euſebio in chronico ſub Seuero, & Antonino Caracalla Imperatoribus, in apologetico aduerſus Iudæos.c. 7.&.8. argumentum adhibens, ſic ait. *In quem enim alium vniuerſæ gentes crediderunt, niſi in Chriſtum, qui iã venit? Cui enim aliæ gẽtes crediderunt? Parthi, Medi, Elamithæ, & qui habitant Meſopotamiã Phrigiã, Armeniã Cappadociã, & incolentes Pontum, & Aſiam, & Pamphiliam, immorantes Ægiptum, et regionem Africæ, quæ eſt trans Cyrenem, Romani, & incolæ, tunc & in Iheruſalem, Iudæi, & gentes, cœteræ, vt iam Getulorum varietates, & Maurorũ multi fines, Hiſpaniarum omnes termini, & Galliarum diuerſæ nationes, & Britanorũ inacceſſa loca Romanis, Chriſto vero ſubdita, & Sarmatarum, & Dacorum, & Germanorum, & Scytharum, & abditarum multarum gentium, & Prouinciarum, & Inſularum multarum nobis ignotarum, & quæ enumerare minus poſſumus.* Hęc Tertullianus, ex quo illis verbis. *Hiſpaniarum omnes termini,* patet, omnes Hiſpaniarum Prouincias, vniuerſumq; Regnum, (quia qui omne dicit, nihil excludit) Chriſti religioni, & fidei ſubiacere, ê contra autem ibidem. *Galliarum diuerſæ nationes.* conſtat, quod non omnes ex Gallijs nationes, & Prouinciæ, ſed diuerſæ aliquæ fidem amplectebantur, quod confirmat diuus Iheronymus epiſtola ad Ruffinum his verbis. *Hæc in Eccleſijs tuis faciãt, quod Romæ, ſiue quod in Oriente, quod in Italia, quod in Creta, quod in Cypro, quod in Africa,*

6 *Hiſpani omnes Chriſtiani, ex Gallis aliqui.*



*Africa, quod in Illirico, quod in Hiſpania, quod in Britania, quod etiam ex parte per Gallias, quod in omnibus locis vbi humilitas perſeuerat.* Vbi dum in Hiſpania indiffinite, & vniuerſaliter fidem amplecti aſſerit, beatus Iheronymus in Gallijs ex parte tantum, & non in omnibus profiteri fidem ſcribit, & ea cauſa cum Firminus Epiſcopus Pampilonenſis hoc tempore martyrium ſubierit, legitur, quod Tyranus non auſus eſt, vitam ei publice lucente die adimere, ſed occulte, & noctis ſecreto, ne impediretur â chriſtianis, cũ eſſet vniuerſa multitudo populi catholica ex Vaſeo anno. 156. in Gallia autem, eo quod ruinam in fide regnum pateretur, vt lux fidei fere extincta reuiuiſceret â Sixto primo Pontifice poſtulatum fuit, vt Peregrinum prædicatorem, & doctorem fidei ad eos mitteret, vt ex manu ſcripta hyſtoria Pontificali in vita Sixti primi hiſce verbis ſcriptũ extat. *Sæuiẽte perſecutione intantũ, quod Chriſtianitas fere deleta eſſet in Gallia, et pauci ſe dicerẽt Chriſtianos petẽtib⁹ Chriſtianis in Galliã mitti aliquẽ, qui lucernã Chriſtianitatis reaccẽderet, miſit ibi Peregrinũ Epiſcopũ cũ pleriſque alijs genere Romanis, qui multis conuerſis martyrio coronantur,* Ex cuius manuſcriptæ hyſtoriæ verbis interpretãdus eſt locus Platinæ in vita Sixti primi. *Cum vero Sixti temporibus propter frequentes cædes pauci reperirentur, qui nomen Chriſti profiteri auderent, & Galli Chriſtiani præſulem ſibi depoſcerent, eo Peregrinum ciuem Romanum miſit, qui confirmatis in fide Gallis Romam rediens vltimo ſupplicio afficitur in via Appia eo loci, vbi Chriſtus deſcendenti Petro apparuit.* Hactenus Platina, qui dum inquit, quod propter frequentes cædes, pauci reperirentur, qui nomen Chriſti profiteri auderẽt, intelligendus eſt, nõ quod pauci eſſent in orbe vniuerſo, tunc enim fere totus orbis Chriſtum agnoſcebat, colebat, & adorabat, ſed in Gallia pauci erant eo tempore Chriſtiani, & ita de Gallis petentibus Epiſcopũ Peregrinũ, ſolũ fit mẽtio. In Hiſpania enim adeo erat multitudo Catholicorum ingens, quod non auderent Tyranni occidere catholicos. Et cõfirmat beatus Antoninus, *h* & alij Sixtum Papam in fide continuiſſe Gallos, Michael Burchingerus in hyſtoria refert Eccleſiaſtica. Item & Gallus Genebrardus in chronico lib, 3. anno Chriſti. 139. cum niſi contineret omnes deficerent, cum pauci reperirentur ex dictis Chronographis, & ita ſingulares faciunt Gallos, quod eos in fide cõtinuit Sixtus, quia alij non defecerant. Item, & quod Gal-

7 *Mittitur Peregrinus à Sixto primo ad Gallias in fide inſtituẽdas.*

8 *Ex Gallis pauci erant tempore Adriani Imperatoris, & Sixti primi Pontificis fideles.*

9 *Explicatur locus Platinæ.*

*h Beatus Antoninus. 1. p. tit. 9. c. 5. § 1. Monarchia. 2. p. c. 32. §. 5.*

lia in vniuerſum non recipiſſet fidem ijs temporibus, ſed multo etiam poſt Cõſtantinum Imperatorem cõſtat ex Sozomeno lib.2.c.5,hoc pacto. *Cum vero ad hũc modum per vniuerſum Imperium Romanum ſe dilataret Eccleſia Chriſtiana,religio etiam ad ipſos Barbaros peruaſit. Nam gẽtes circa Rhenum accolentes fidei Chriſtianæ ſe dederunt, Celtæ item, & populi Galliæ vltimi, qui proxime ad Occeanum habitant. Gothi etiam, & gentes illis finitimæ, quæ antea ad ripas Iſtri habitauerunt, iam pridem fide in Chriſtum recepta, ſe ad cultum, & humanitatem mitiorem conuerterant.* Hucuſque Sozomenus, ex quo patet, ꝙ cæltæ, qui ſunt Galliæ populi, vbi Narbonenſis, Burgundia Prouinciæ ſunt ex Cæſare in Commentarijs, & populi Galliȩ vltimi, qui proxime ad Occeanum habitant, hi tunc fidem catholicam tempore Conſtantini profeſsi ſunt, & ita non antea receperant. Hincque ſatis liquido ex auctoribus fidedignis, *i* illis ſæculis viuentibus, vel ex finitimis patet, Hiſpanias in vniuerſum fidẽ catholicã ſuſcepiſſe, Gallias non omnes, ſed diuerſas earũ prouincias, & ex illis pauci conſtantes extitere, cum neceſſe fuerit eos continȩre Sixtum in fide.

10 *Galli adhuc tempore Conſtantini Imperatoris nõ recuperãt fidem in vniuerſo regno.*

11 *Qui ſint Celtæ.*

12 *Tempore Cõſtantini Gallia adhuc in fide inſtituebatur.*

*i Bergomenſis li.4. ſupplementi. Caſſaneus.12.p.c.17,*

Ex quo ſtatu Eccleſiarum Hiſpaniæ, & Galliæ notari poſſunt tres errores in hyſtoria, quorum vnus eſt hyſtoriæ Pontificalis, quam Hiſpano ſermone Doctor Illeſcas edidit, qui Hiſpanus aduerſus Hiſpaniam in vita Eleutherij Papæ, qui floruit Imperatore Marco Aurelio, inquit, quod quamuis eo tempore multi fideles in Hiſpania eſſent, publice fidem profiteri non audebãt, arguitur enim, quod publice profitebantur ex Tertulliano, & alijs vetuſtiſsimis auctoribus, cum tunc in Hiſpania, non multi, ſed omnes eſſent Iberi fideles, & quia Adrianus in fine Imperij & Antoninus Pius, & idem Marcus Aurelius vltimo tempore imperij permittebant coli religionem Chriſtianam publice edictis decretis, ad eam rem, & ita Hiſpania vniuerſa publice fidem amplectebatur, nec Gentiles miſsi adgubernationem â Romanis audebant martyria propter multitudinem Chriſtianorũ exercere.

13 *Error doctoris Illeſcas in hyſtoria Põtificali aduerſus Hiſpanos.*

Alius eiuſdem auctoris in vita Sixti primi videtur error aduerſus Gallias, aſſerentis tempore Sixti primi, licet aliqui eſſent in Gallia Chriſtiani, non tamẽ Eccleſias. nec Epiſcopos exiſtere in eo regno, nam ſi ante id tempus non extitiſſe Eccleſias, nec Epiſcopos, ſed tunc primos fuiſſe intelligit, id ex ſupradictis

14 *Alter eiuſdem error aduerſus Gallos.*



ctis ſatis confutatur, cum ibidem tot inſignes Epiſcopi, & Eccleſiæ extiterint, ſi autẽ accipit deletam memoriã eorum, nec audere in Eccleſijs orare, nec Epiſcopos nominari, nec exercere Pontificalia, eo quod pauci Chriſtiani eſſent, & fere omnes Gentiles, quia diminuta erat religio, hoc tolerari poteſt, cum ea de cauſa ad inſtituendos in fide miſſus ſit â Sixto primo Peregrinus.

Tertius auctorum videtur error, qui aſſerunt Angliam, & eius Regem Lucium, qui vel Regulus, vel præſes Prouinciæ extitit, extitiſſe priores in fide ſuſcipienda, cum ex dictis liqueat vniuerſum regnum Hiſpaniæ pene ab initio ſuſcepiſſe fidem Catholicam.

15 *Error eorũ qui aſſerunt Angliã, priuſquã Hiſpaniã, & Galliã fidem ſuſcepiſſe.*

Marci Aurelij Imperio, qui primus ſibi ſocium adiunxit Lucium Ælium Verum, & incæpit anno 163. â natiuitate Chriſti initio eius, & donec Ælius verus animam egit per octo annos, perſecutio fidelium facta eſt, non ex edicto publico, ſed priuata cuiuſque accuſatione aduerſus eos, qui ritus Gentilicos non obſeruabãt, quorum erat religioſsiſsimus Aurelius, ſed vltimo eius ſæculi Imperio, & medio cuiuſdam admirabilis miraculi cauſa in legione militum Chriſtianorum euenientis, vt illico recenſebimus, edictũ, ne Chriſtiani vexarentur, editum eſt â Marco Aurelio ex his, quæ narrat Euſebius, Panuinus, *K* Varonius, & alij.

16 *Tẽpus Marci Aurelij, & Ælij veri.*

*K Euſebius lib.4. c.12. Onufrius Panuinus lib.2. faſto. Varonius.2.tom. anno.164.fol.135. et anno.179.fol.217.*

Hoc tempore Galliæ in Eccleſijs Viennenſi, & Legionenſi Coſtantiſsimi marytres pro Chriſtianæ fidei defenſione mortem obierunt, vt patet ex epiſtola, quã vtriuſq; Eccleſiæ Chriſtiani *l* ad Catholicos Aſiæ miſſerunt, quam referunt Euſebius, & alij, & horum martyrum fit mentio in martyrologijs, & quãuis Sulpitius Seuerus li.2.ſacræ hyſtoriæ, aſſerat hos primos Galliæ extitiſſe martyres his verbis. *Sub Aurelio deinde Antonini filio perſecutio quinta agitata eſt, ac tum primum intra Gallias martyria viſa ſerius trans Alpes Dei religione ſuſcepta.* Et ex illo Genebradus videatur ſequi in chronico lib.3.anno.172. auctores Galli, alijque multi id ſentiant. Tamen nos qui Gallorum ſtatum, non inuidia, ſed laude, & commendatione proſequimur, multo ante hæc tempora in eo regno martyrum coronam floruiſſe ſuperius oſtendimus, ſed iſto ſæculo maior numerus viſſus fuit, in quo Anicetus Pontifex epiſtolam ad Epiſcopos Galliæ ſcribit, quæ primo

17 *Martyres Galliæ.*

18 *Error ſulpitij, & Genebrardi, quod hoc tempore primos martyres in Gallia extitiſſe aſſerant.*

19 *Anicetꝰ ſcribit ad Epiſcopos Galliæ*

*l Euſebius lib.5.c.1. Gregorius Turon de gloria martyrũ.c.49. Adonis martyrologio die.2. Iunij et die.4.et.15 Septẽ Surius.2.to.die.22. & 24. April. Varonius.2.to.anno.120 fol.65.et anno 164 fol.135 & 156. & anno 179.fol.233 Nicephorus lib.4.c.16. & 17.*

mo tomo conciliorum habetur, ex quibus ſtatus Gal- 20
liæ in religione is videtur. Primo, quod dum in Ec-
cleſijs Viennenſi, & Legionenſi ſaltim præcipue vt
Euſebius recitat, fides vigeret, & ibidem martyres
fuerũt, videtur quod in alijs cum martyres non exti-
terint, nec cũ ijs epiſtola non ſcripta ſit, ab alijs Chri
ſtianis Aſiæ, & Phrigiæ commorantibus, quod
in cæteris Prouincijs nõ florebat fides catholica, ſed
Gentilitas vigebat ſaltim publicæ, licet occulte ali-
qui eſſent Catholici. Item *m* & hoc tempore Gal- 21
los in fide retinuit, & inſtituit beatus Irineus Lug-
dunenſis Epiſcopus, diſcipulus Polycarpi diſcipuli
Ioannis Euangeliſtæ, â quo miſſus eſt ex Aſia in Gal
lias, vt beatus Iheronymus, & alij ſcribunt, & Papiã
etiã eiuſdem Ioannis auditorem habuit ex Varonio.
Tertio ex dictis â Suplitio de Seuero auctore Gallo
conſtat, ꝙ ſerius fides incepit trans Alpes in Gallia. 22
Hiſpaniæ autem regnum, cum omnes eſſent catholi-
ci, vt ex ſuperius commemoratis patet, quietum erat
hoc tempore ritus Eccleſiæ, & religionis Chriſtianę
ſeruando, publiceque fidem amplectendo, & ideo
martyria non leguntur indicta. Nam martyres hac
ætate non extiterunt ex edicto generali recitato ab
Imperatoribus, ſed ex priuata Gentilium incolarum
perſecutione, & cum Galliæ plures eſſent Gentiles
ibidem ex accuſatione eorum martyrium Catholici
paſsi ſunt. Hiſpaniæ autem magna acceſsio Chriſtia
næ religionis in ipſa rerum humanarum turbine fa-
cta eſt, & cum omnes profiterentur fidem, cauſa ceſ-
ſabat, & occaſio ferendi tormenta, & cruciatus, vn-
de cum omnia eſſent religione in vniuerſum vigen-
te in Hiſpania intrauquillo ſtatu, non veroſimilis vi
detur quorundam ſententia, quod hoc tempore in ea
martyrij coronam acceperint ſanctus Facundus, &
Primitiuus, vt aduertit Ambroſius Morales *n* hæ- 23
ſitans in tempore martyrij dici, quod videtur tempo
re Diocletiani, ex Vaſeo, & Varonio in martyrolo-
gio die. 27. Nouembris, & ſub Daciano, ex Siculo lib.
5. de rebus Hiſpaniæ, & poteſt, eſſe hoc tempore, eo
quod milites ferocitate Gentilica abſque Imperato- 24
ris iuſſu cruciabant fideles. Euſebius lib. 8. c. 1. Varo-
nius, 2. tomo anno. 302. fol. 68. Sed quia in metela ali-
qua concorta video ex objicientibus, quomodo ſi
Hiſpania in vniuerſum ſuſcepit fidem in ea colum-
nę, & marmoreæ inſcriptiones Gentilium Imperato
rum

*Status Gallicanæ Eccleſiæ hoc tempore.*

*m Beatus Iheronymus epiſtola. 29. Euſebius lib. 5. c. 3. 4. et 8. Nicæphorus li. 4. c. 13. cũ alijs Gregorius Turonenſis. c. 29. Varonius. 2. to. anno. 180.*

*Sanctus Irineus Galliæ prædicat.*

*Status Hiſpanæ Eccleſiæ hac ætate.*

*n Morales lib. 9. c. 40. Mariana. lib. 4. cap. 6.*

*Sanctus Facundus, & Primitiuus.*

*Quare inſcriptiones Imperatorũ Gentiliũ in Hiſpania reccipiebantur.*



rum legantur. Quarum titulos recenſet Morales lib.
9. varijs in locis, facilis tamen nodi, qui non Gordia-
nus eſt, diſſolutio reperietur ex hyſtorijs. Chriſtiani
enim in temporalibus amplectentes Chriſti præcep-
tum, vt quod eſt Cæſaris redderetur Cæſari, quod
Dei Deo, & Petri, & Pauli teſtimonia ſint, *o* qui-
bus obedire principibus iubebant, Gentilibus obe-
dientiam Imperatoribus præſtabant, fidelitatemque
illis iureiurãdo non per Deos falſos, ſed per Chriſtũ
Dominum præſtito promittebant, Deumq; aſsidue
nocturnis, & antelucem diurnis præcibus præcaban
tur pro ſalute Principum, vt ex exemplo legionis ful
minatricis Chriſtianæ dicemus illico militabantque
ſub Principe, vt ex auctore eius ætatis *p* ſcriptum
reliquere, vnde titulis, & memorijs, columniſq; mar-
moreis inſcriptionibus Gentiles colebant memoriã
Imperatorum. Item cum cura hæc incumberet guber
natoribus, & proconſulibus Prouinciæ, illiq; eſſent
Gentiles miſsi ab Imperatoribus hi lapides, & me-
moriæ ab ipſis præſidibus Prouinciæ iuſſu eorum inſ
cribebantur, quod in ſe Catholici ſuſtinere pote-
rant, cum illud non eſſet in dedecus religionis Ca-
tholicæ, & benigne tractarentur â proconſulibus,
& præſidibus Prouinciarum ex humanitate Impera
torum teſte Euſebio, *q* & ex eo Varonius.

Sed Hiſpaniæ triumphus hac ætate reticendus nõ
25 eſt, quem coniectura verum eſſe exiſtimo, quod in le-
gione fulminatrice Hiſpani milites, & plures extite
runt, quorum præcibus Deus optimus maximus mira
culum inſigne operatus eſt animaduerſione hac præ
habita, ꝙ Imperatores Romani conſueuerunt ſem-
per fidelitate Hiſpanorum nota apud omnes exiſten
te in cuſtodiam corporum milites Hiſpanos adhibe-
re iam inde ab Auguſto Cæſare, & â Iulio Cæſare,
vt Dio *r* Suetonius in Auguſto, & alij recenſent,
& ita Sertorius de cognatis non fidens, ex incolis Hiſ
panis cuſtodiam habebat, vt obſeruat Morales lib. 8.
cap. 19. & 20. adeo inſita eſt natura fidelitas Hiſpa-
26 nis, vt cum eis nata videatur. Item & Chriſtiani fa-
muli erant Imperatorum, eoſque vt fideliores ſecu-
rius retinebant domo, & cuſtodia ipſi Imperatores,
vt ex Neronis ſæculo patet ex Paulo. c. 4. ad Philip-
penſes. *Salutant vos omnes ſancti maxime qui de domo Cæ-
ſaris ſunt.* Idque ad notat Tertulianus, Irineuſque
eius ſæculi ſcriptores. Itaq; cum Chriſtiani eſſent fa-
muli

*o Math. c. 17. 1. epiſto. c. 1. Petri, et Pauli. c. 13. ad Romanos.*

*p Tertullianus ad Scapulã, & in apologetico aduerſus gentes. ca. 32. Euſebius lib. 7. c. 1. Varonius 2. tom. anno. 179. fo. 103. & 206. & anno. 274. et anno. 169*

*q Euſebius lib. 8. c. 1. Varonius. 2. tom. anno. 302. fol. 68 1.*

*Fidelitas Hiſpanorum.*

*r Suetonius in Auguſto. c. 49. ex cuſtodia Dio in Seuero Suetonius in Auguſto. c. 49. Liuius decade. 3 Polybius. lib. 3. Morales. lib. 9. c. 41.*

*Imperatoribus famuli aſsidebãt qui Chriſtiani eſſent.*

*ſ Tertullianus. c. 36. & 37 in apologetico aduerſus gẽtes Irineus li. 4. c. 49 cõtra hæreſes Varonius. 2. to. anno. 237. fo. 370*

muli Imperatorum pluresque ex eorum cuſtodia Hiſpani, qui eo tempore Catholici erant inter milites, vbi erat Imperatoris perſona, neceſſum eſt, quod interuenirent milites ex eius corporis cuſtodia, & ſic Hiſpani maximê cũ in Hiſpania eius legionis fulminatricis veſtigia ſint apud Moralem, & Marianam *t* reperta, vt Tarraconenſi vrbe lapis inuentus eſt, ex quo patet militem eiuſdem legionis. 12. fulminatricis fuiſſe Caium Iulium Toſcum Hiſpanum his verbis.

27 *In legione fulminatrici Hiſpani erant milites.*

*t Morales lib. 9. c. 39. Mariana lib. 4. cap. 6.*

D. M.

Iulio ſecundo, Qui vixit anno.

*XXXVIII. m. II. D X C. Iulius Toſcus Leg. 12.*

*Fulminatricis liberto bene merenti fecit.*

ET DVM Morales. D. m. interpretatur Dijs manibus, ego Deo Maximo intelligo ſignificari hiſce duabus litteris. Nam ſi eius Legionis fulminatricis duodecimæ milites erant Chriſtiani, vt Gentiles auctores fatentur, non miles eius legionis Catholicus Dijs manibus offerret libertum, niſi forſam libertus eſſet Gentilis. Hyſtoria autem eius legionis ſic ſe habet ex Æthnicis, & catholicis *u* auctoribus, & patet ex epiſtola Imperatoris eiuſdem rei cauſa miſſa, vt ceſſaret in Chriſtianos perſecutio, quam refert Panuinus lib. 2. Faſtorum, cum exercitus Marci Aurelij contra Germanos, & Sarmatas ingente ſiti opprimeretur, ita vt periret, in vltima deſperatione conſtitutus monitus Marcus Aurelius Chriſtianos omnia quæ poſtularent â Deo impetrare ad eos confugit, rogans, vt preces ad Deum effunderet, qui eorum calamitatem leuaret, tãdem illis in legione, quæ Melitina appellabatur conſtitutis humi flexis genibus Deum precantibus eis opem, & exercitui ferret, audiens eorum orationem, omnipotens Deus fulmen â cœlo emiſit, quod hoſtes partim interemit, partim perterruit, & ſtatim imber ſequitur, cuius aqua refecit, recreauitque ſitim, & ſiccitatem exercitus, & in fugam, necemque aduerſarios conuertit.

*u Dio in Marco Antonino Philoſopho. Iulio Capitolino in Marco Philoſopho, Eutropio li. 8. Paulo Diacono lib. 7. c. 15 Euſebio libr. 5. c. 5. Oroſio libr. 7. c. 15. Nicephoro lib. 4. c. 12. Varonius. 2. to. anno. 176. fol. 192. Tertulianus ad ſcapulam, & in apologetico. cap. 5. aduerſus gentes.*

28 *Miraculum legionis fulminatricis.*

Tempo-



29 *Tempora Cõmodi Ælij pertinacis Didij Iuliani Seueri Antonini Caracallæ Heliogabili Alexandri Mameæ.*

Temporibus Imperatorum Commodi filij Marci Aurelij, qui imperare cœpit anno. 178. & Ælij Pertinacis, Didij Iuliani, Seueri Antonini Caracallæ Heliogabali Alexãdri Mameæ cum aduerſus Catholicos notabilis aliqua perſecutio non ſcribatur, vt ex vetuſtis auctoribus recenſet *x* Varonius in Gallia ſolum circa ſtatum Eccleſiæ inuenitur epiſtola Eleutherij Papæ relata, primo tomo conciliorũ, ex qua colligitur plures populos Galliarum ad fidem conuerti hiſce verbis. *Eleutherius Epiſcopus vniuerſis Eccleſijs per Galliæ Prouincias Domino militantibus in Domino ſalutem magno munere miſericordiæ Dei totius Eccleſiæ Catholicæ multiplicata ſunt gaudia, cum multos populos ad Domini ſeruitium feſtinare cognouimus. Qua de re neceſſarium iudicauimus vos inſtituere, vt eſcas quas vitare vos audiuimus irrationabiliter non reſpuatis.* Vnde patet non omnes Galliæ populos fideles eſſe cum multi tunc conuerterentur, quos inſtituit Pontifex & tempore Seueri anno. 205. Irineus Epiſcopus Lugdunenſis, & Andeolus ſubdiaconus ambo Polycarpi diſcipuli martyrium ſubiere, creſcebatque numerus fidelium in Gallia ex Varonio. Hac ætate, & ſeculo commodi Lucius Rex Anglorum, & Britanorum fertur *y* fidem recipiſſe, qui regulus, ſeu præſes Prouinciæ erat, cum tunc Reges non extitiſſent, & Britania maiori ex parte Romanis ſubdita foret, & legitur, quod ipſe fidem recepit, quia aliquos Senatores Romanos audierat fidem ſuſcepiſſe, & anno. 203. Donatus rex Scotorum cum coniuge, & liberis conuerſus eſt, Hector Boetius libr. 6. Genebrardus lib, 3. anno. 195.

*x Varonius 2. tom. anno. 182. & 201. & 203. & 215. & 225.*

30 *Status Eccleſiæ Gallicanæ tempore Eleutherij Papæ.*

31 *Eleutherius Gallis ſcribit.*

32 *Lucius in Anglia fidẽ recepit.*

33 *Donat⁹ Rex Scotorum fidem recipit.*

*y Platina in vita Damaſi, & ſcriptores Poniſicales Polydorus lib. 2. Regũ Angliæ Varonius. 2 to. anno. 183. et die. 26. Maij in martyrologio Beda lib. 1. c. 5 hyſtoriæ Anglorum*

In Hiſpana Eccleſia horum Imperatorum ſæculo idem ſtatus manſerat, cum omnes Catholici eſſent, & ideo Felix Fortunatus, & Archilocus, qui Valentiæ miſsi ab Irineo, dicuntur martyrium paſsi, *z* veroſimilius eſt Valentiæ Galliarum id accidiſſe, vt etiam vidi poſtea relatum in martyrologio die. 16. Aprilis, vbi Varonius, Adonis & Beda, cum in Hiſpania publice fides vigeret catholica, & ſi forte id contingit, Cornelius Romanus præſes Hiſpaniæ id iuſsit, non quia Hiſpani eſſent chriſtiani, id enim illis nõ prohibebatur, ſed poti⁹ in vniuerſũ permittebatur, ſed quia erãt Romani, & Romanis vetitũ erat, ne Chriſtianã fidẽ amplecterẽtur, vt aduertunt Morales, *a* & alij, & eadẽ cauſa tẽpore

34 *Hiſpaniæ ſtatus in Eccleſia.*

35 *Felix Fortunatus, et Archilocus.*

*a Morales lib. 9. c. 41. Vaſe⁹ anno. 200. Laurentius Padilla, en la. 4. perſecucion de Neron.*



Ale-

Alexādri Imperatoris Tarapha, & Luci⁹ Marineus 36
Sicul⁹ ſcribunt Ciriacum cum matre Iulita coronam
martyrij accepiſſe, ſed ex ſuperi⁹ recitatis, & alijs cō
iecturis patet originem ex Aſia trahere ſanctos illos
martyres, vt Morales *b* notat, & ꝙ vniuerſa Hiſpa- 37
nia Catholicā fidem publice profiteretur, cōſtat ex
epiſtola Antheri Papæ ad Epiſcopos Prouinciarum
Bethicæ, & Toleti miſſa. 1. to. concilorum relata, &
in nouiſsima editione Epiſtolarū Pontificum, & pars
eius â Gratiano *c* ſcribitur in decreto, in qua ne Epiſ
copi mutent ſedes Pontificales pro Chriſti auctorita
te decernitur, & ex illa conſtat ita libere Hiſpaniam
profiteri fidē, vt omnes ciuitates ad ſedē conſtituen-
dam Pontificalem poſſent eligere, quam epiſtolam 38
licet Illeſcas in vita Antheri, & Morales in hyſto-
ria Hiſpana *d* aſſerant, ſcriptam fuiſſe tempore A-
lexandri Imperatoris, verius eſt poſtea miſſam, quia
Alexādri ſæculo Pontianus Papa extitit, & Pontia-
nū, qui ante Antherū tenuit ſedē Appoſtolicā marty
rio coronauit Maximinus Imperator poſt Alexādrū,
vt ex hyſtorijs patet, & ſic ſæculo Maximini anno.
241. epiſtola illa Antheri miſſa fuit ex Varonio, *e* ex 39
qua vt Morales aduertit, videtur colligi concilium
circa eam rem congregatum Hiſpaniæ.

*Ciriacus cū matre Iulita martyres.*

*Antherus Papa ſcribit Hiſpanis.*

*Error Morales, Illeſcas, et Marianæ circa tēpus epiſtolæ Antheri Papæ ad Hiſpanos*

*Tempus Maximini.*

*b Morales lib. 9. c. 42. & lib. 10. c. 29.*

*c Commutationes. 7. q. 1.*

*d lib. 4. c. 42. et. 42. & Mariana libr. 4. cap. 8.*

*e Varonius anno. 237. in 2. to. f. 371.*

Maximini Imperio, qui cum in eo ab Alexandro 40
collocatus eſſet, vt inuidus, ingratuſque, omnia, qui-
bus Alexāder fauebat, ipſe odio proſecutus eſt, & ſic
Chriſtianos quos honore affecit Alexāder ipſe cru-
ciauit, vt ſcribunt Euſebius, *f* & Varonius, & ea fuit 41
ſexta perſecutio Eccleſiæ, qua Pontianus, & Anthe
rus Pontifices, & innumeri martyres paſsi ſunt, quo-
rū partē Hiſpania habuit, cū in ea Maximus cū ſocijs
qui dicitur Magi prope Tarraconā fuit coronatus 42
martyrio, quorū meminere Morales, *g* & Vaſeus, in
Gallia autem quid acciderit, latet.

*Sexta perſecutio Eccleſiæ.*

*Maximus martyr Hiſpaniæ.*

Maximini, Maximi, Papieni Clodij, Balbini, &
Gordianorū patris, & filij Imperio pace fruitur Ec-
cleſia, & ita memoria digna aliqua, nec in Hiſpania,
*h* nec in Gallia celebrantur.

*Tempus Maximini, Maximi, Clodij Balbini Gordiani.*

Philipporū patris, & filij tempore, qui primi ex Im 43
peratoribus Chriſti fidem fuerunt profeſsi, ex Oro-
ſio, *i* & alijs, idē māſit in Hiſpania, & Gallia ſtatus,
quāuis Mariana li. 4 c. 9. dubitet de fide Philipporū.

*Philippi Imperatores primi Chriſtiani.*

Decius â Philippis dux creatus exercitus eos tru- 44
cidauit, & vt principi ingratus, Deo etiā extitit, ca-
tho-

*Tempus Decij Imperatoris.*

*f Oroſius lib. 7. c. 12 Euſebius lib. 6. c. 21 Varonius. 2. to. anno 237. fol. 370. Oroſius lib. 7. c. 19. S. Auguſtinus li. 18. c. 52 de ciuitate Dei. Seuerus Sulpitius li. 2.*

*g Morales li. 9. c 43 Vaſeus anno. 239. Padilla en la 6. perſecucion dela Igleſia, Mariana lib. 4 c. 9.*

*h Varonius. 2. to. anno 242 & 243. Genebrardus lib. 3.*

*i Oroſius li. 7. c. 13. Nicæphorus lib. 5. c. 25 & 36. Sabellicus Æneade. 7. lib. 7. S. Antoninus. 1. p. tit. 7. c. 7. §. 3. Varonius anno 246. in 2. to. Euſebius lib. 6. c. 27, Eutropius lib. 10. in Iulio Philippo, Morales lib. 9. c. 43.*



tholicos vexādo, quos diligebant Philippi, & ſic Fa-
bianus Papa, & innumeri martyrium ſubierunt, ex
45 Varonio. 2. tomo anno. 254. & in Gallia Saturninus
Toloſæ, & in Aquitania Amaranthus paſsi ſunt, &
plures in Hiſpania, & Agatha in Sicilia. Varonius.
2. tom. anno. 254. fol. 436. & in martyrologio die. 29.
Nouembris, & die. 5. Februarij. Euſebius lib. 7. c. 28.
Ooſius lib. 7. c. 14. Nicæphorus lib. 5. c. 27. Eutropius
in Decio S. Auguſtin. 9. lib. 18. c. 52. de ciuitate Dei.

*Sanctus Saturninus, et Amarāthus in Gallia martyres, et alij in Hiſpania.*

r. Cai Vibij Treboniani Gallieni, & filij Voluſiani
46 ſæculo quieuit ſtatus Eccleſiæ initio Imperij ex Eu-
ſebio lib. 7. c. 1. deinde vero iterum vexata eſt Eccle-
ſia, cum Cornelius Pontifex, & alij martyria ſubiere,
teſte Varonio. *K* In hiſce autem regnis Hiſpaniæ,
& Galliæ memorabile nihil aliud recenſetur, prçter
47 quam quod Epiſcopis vtriuſq; Regni, ſcribit Lucius
Papa epiſtolam, quæ habetur primo tomo concilio-
rum, cuiuſq; fit mentio apud Marianam libr. 4. c. 10.
Moralem lib. 9. c. 44. & cum ea ætate Nouatianus He
reſiarcha prodiret, conciliumq; Romæ, Cathagine, &
48 Antiochiæ aduerſus eius hæreſes congregatum eſ-
ſet, Occidentales Epiſcopi omnes conſulti fuere,
*l* ſed præſertim Hiſpanis Epiſcopis beatus Cypria-
nus epiſtola. 68. & libr. 1. epiſtola, 5. ſcribit, & Mo-
rales lib. 9. c. 44. exiſtimat hoc tempore extitiſſe con-
cilium ſecundum in Hiſpania.

*Treboniani, Gallieni, & Voluſiani tēpus.*

*Lucius Papa ſcribit Hiſpanis, et Gallis.*

*Cyprianus ſcribit Hiſpanis.*

*K Varonius anno. 254. & anno 257. Euſebius lib. 7. c. 1. Nicæphorus libr. 5. c. 33.*

*l Varonius. 2. tomo anno. 254 & 255. fol. 47. lib. 5. Antoninus. 1. p. tit. 7. c. 7. §. 10.*

49 De Valeriano Dionyſius eius ætatis auctor accu-
ratiſsimus, quemadmodum ſe habuerit erga Chriſtia
nos, ſcribit apud Euſebium. *m Nam quamdiu manſue-
to animo, & begnino erga ſanctos Dei homines affectus erat,
nemo Imperatorum qui ei anteiuerant, tantam beneuolentiam,
& comitatem aduerſus illos declarauit, immo vero nec illi qui-
dem, qui Chriſtiani erant, eo nomine palā appellati, ita hos ſunt
amplexati, vt ille, qui quidem in initio Imperij ſui, quam fami-
liariſsime, & amiciſsime idq; in oculis omnium eoſdem exce-
pit, & tota domus eius pijs hominibus complebatur, eratq; plane
Dei Eccleſia verū doctor quidā, & Princeps Magorū Ægipti
50 illū tam perdito conſilio deprauauit.* Eoq; tempore, quo Ec
cleſia māſuetudine hac fruitur, conciliū Africanum
celebratum fuit Cypriano *n* auctore, deinde vero
ſuaſione eius Magi Ægiptij ita ſeruire cæpit in Ca-
tholicos quos vnice diligebat, vt bona occiſsi afferret
51 ei, qui interficeret chriſtianū, eaq; crudelitate acerba
vtens Cyprianū, treſq; Pontifices Luciū, Stephanū,
& Sixtū, pluresq; alios martyrij corona inſignitos re
N 2 di-

*Valeriani Imperium.*

*Concilium Africanum.*

*Octaua perſecutio Eccleſiæ.*

*m Euſebius li. 7. c. 9*

*n Varonius. 2. tomo anno 257.*

diddit. *o* Octauaq; perſecutio Eccleſię ea numeratur.

*o Oroſius li.7.c.15 S.Auguſtinus li.18 c.52.de ciuitate Dei S.Iheronym⁹ de ſcript.Eccleſiaſ.Vita Cypriani.Varonius.2.to.anno.259.et martyrologio die.15.Septem.*

52 *Martyres in Gallia tempore Valeriani.*

In Gallia quamplurimi martyres gloriam in certamine conſecuti ſunt, vt Florentius Epiſcopus Viēnenſis, Pontius Caſsius Victorinus, Liminius, Anatolianuſque ex Gregorio *p* Turonenſi. Quo tempore Nouatiana hæreſis diu, multumq́ue Gallias vexauit, cum valde creſceret eo in regno, ac perſeuraret, eamq́ue ex Epiſcopis ſecuti ſunt quidam, vt Martianus Epiſcop⁹ Arelatenſis, de quo conquæſtus eſt Fauſtinus Epiſcopus Lugdunenſis, & circa eā rē Cyprian⁹ ad Stephanum Papam ſcribit epiſtolam, quę in volumine epiſtolarum Cypriani eſt.67.1.tomo cōciliorum, & apud *q* Varonium.

*p Gregorius Turonēſis li.1.hyſtoriæ Frācorum.c.22.& 23. Varonius.2.to.anno 262.fol.557.*

53 *Nouatiana hæreſis in Gallia.*

54 *Martyres Hiſpaniæ hoc tempore*

In Hiſpania vero Conſtantiſsimi martyres extitere, ex quorum numero recenſetur Fructuoſus præſul Tarraconenſis, Augurius, Eulogius eiuſdem Eccleſiæ Diaconi, quos miris laudibus extollit beatus Auguſtinus, *r* & recenſent eorū martyria Varoni⁹, & Surius. Item & Cordubæ Parmenius præsbyter cum alijs ex Hermano contracto, quem Vaſeus anno 256.hyſtorię retulit, licet Varonius in Perſide dicat, paſſos die.22.Aprilis, cuius ciuitatis null⁹ auctor meminit in Perſia, & Vaſe⁹ ex aliquorū ſentētia recitat extitiſſe Carthaginæ trecentos martyres dictos Candida maſſa, ex eo quod cum vrerentur corpora eorū ſpirante cœleſti vento cineres in candidam maſſam reuertūtur, vel quod in fornace calcaria martyrium cōſumarūt, ſed eos Prudēti⁹ in hymno.13.de paſsione diuini Cypriani, nō in Hiſpania, ſed in Africa, Carthaginæ paſſos teſtatur, quod & Varonius *ſ* recenſet.

*q Varonius.2.tomo anno.258.fol.495. r Beatus Auguſtin⁹ ſermone 101.c.2.Surius.1.tom.die 21. Ianuarij, & Varonius die et 29.et 2.to.anno.262.f.557 Prudenti⁹ hymno 6 Mariana lib.4.c.10 Morales lib.9.c 47. Vaſeus anno 256.*

55 *Trecenti martyres candidæ maſſæ an Hiſpaniæ, vel Africæ paſsi ſint.*

*ſ Varonius 2.tomo. anno.261.fol.543. & in martyrologio die 24 Auguſti.*

Poſtulat huius ſæculi occaſio, vt grata fideliſsimaq; Hiſpania memor oſtendatur clariſsimi Laurentij martyris ex illa oriundi parentibus ſanctiſsimis Orentio, & Patientia Oſcenſibus, vbi domus eius hodie templum ei dicatū extat, & habuit in Gallia Epiſcopū Auxenſem fratrem beatum Orentiū, & diuum Vincentium martyrē cognatū, patrię autem Hiſpanię decus, & ornamentum extitit pluribus in rebus.

56 *In quibus excellat Laurētius Hiſpan⁹ cæteris Europæ in Romana ciuitate, & excellentia eius martyrij.*

Primo, quod ex alijs nationibus Europę nemo ſanctorum veneratur ab Eccleſia vigilia, octaua, & ſolemnitate, & commemoratione in canone miſſæ, vt Hiſpanus Laurentius. Secundo, quod exceptis templis beatorum Petri, & Pauli, & beatę Agnetis prima baſilica dicata alicui ex ſanctis tum in orbe, tum in vrbe Romana ædificata eſt in honorem



rem beati Laurentij, cuius ædes ſacræ â Conſtantino magno Imperatore ornamentis ditiſsimis, & opere miro, marmoreiſque ſublimibus columnis conſtructæ ſunt. Tertio, quod in vrbe Romana non ſolum vnam Eccleſiam Conſtantinus in via Tiburtina in agro Veriano ædificauerit, ſed & aliam in Lucinis, & hodie Romæ ædes ſacræ beati Laurentij venerantur hæ duæ, & aliæ â ſancto Damaſo Papa, conſtructæ quę nomen retinent, ſanctus Laurentius in Damaſo, aliæ ſunt etiam in loco vbi aſſatus extitit, quæ dicitur ſanctus Laurentius in Paniſperna, aliæ dicuntur ſanctus Laurentius in Fontana, itaq́ue Hiſpania triumphat tali milite cæleſti Eccleſiæ Romanæ taliq́ue Archidiacono Diaconorum primario, & cancellario, cuſtodeq́ue fideli theſauri Eccleſiaſtici. Excellitq́ue in eo, quod inter quinq́ue vrbis Romæ præcipuas, & Patriarchales baſilicas, vna eſt ſancti Laurentij extra vrbis muros in via Tiburtina, ex Prouinciali Romano, & Ioanne monacho cap. fundamenta de electione lib.6. hoc verſu

*Paulus, Virgo, Petrus, Laurentius, atque Ioannes.*

Onufrio Panuino de ſeptem Eccleſijs vrbis Romæ, cap.1.& inter Eccleſias, quæ habēt titulum Cardinalis presbyteri, eſt baſilica ſancti Laurentij in Damaſo, ex eodem auctore cap.2. & Prouinciali Romano, & de miro opere oratorij ſancti Laurentij, & ſtationibus in eius Eccleſijs, & ditiſsimis rebus, & reliquijs, & quod in altari maiori iuxta quod eſt corpus beati Laurentij, ſolus Papa, vel Cardinalis cū eius licentia celebrant, agit idem auctor cap.5. in oratorio ſancti Laurentij, & cap.6.libro de ſtationibus vrbis Romæ.

57 *Ædes ſacræ diui Laurentij Romæ.*

Item â cōditoribus commendatur, quod â ſanctis, â ſummis Pontificibus, & ab Imperatoribus, & Regibus templa ſint condita, â ſanctis vt â beato Syluestro Papa, cuius hortatu Conſtantinus ædificauit ea, & beato Damaſo Papa, â Pontificibus, vt ab illis, & â Sixto. III. & alijs, cum etiam ibidem ſint ſepulti Pontifices, vt Damaſus ſecundus, & alij. Ab Imperatoribus, vt â Conſtantino magno, & non ſolum Romæ, ſed & Conſtantinopolis Pulcheria Auguſta erexit magnificas ædes in honorem beati Laurentij ex Marcellino in chronico, & Nicæphoro libr.14. cap.10. Beda de ſexta ętate in Theodoſio Iuniore,

& ampliauit Iuſtinianus ex Procopio de ædificijs
Iuſtiniani, & Varonio in martyrologio die.10. Au-
guſti, ſed omni orbe Chriſtiano, vt hodie à ter maxi-
mo Philippo ſecundo inſtituta baſilica vnum ex mi-
raculis orbis conſpici poteſt cœnobium ordinis bea-
ti Iheronymi diuuo Laurẽtio dicatum, adeo magni-
ficum, vt auctori reſpondeat opus. Item, & Romæ,
reliquiarum qualitate, & quantitate templum illud
omnib⁹ alijs excellit, vt plura de hac re referunt Onu
frius Panuinus, *t* & Morales. Quarto ab oratori-
bus laus eius commendatur, cum nullus alius Euro-
pæ ſit ſanctus, qui tot mirificos concionatores, ora-
toreſq; habeat, vt Auguſtinum, Iheronymum, Am-
broſium, Gregorium, Iſidorum, Bernardum, Leonẽ 58
Papã, & ſimiles ſexcentos alios Eccleſiæ doctores.
Quinto, quod Nummi Romani, & Bononienſes olim
figura ſancti Laurentij ornabantur, idq; Deſiderius
Rex Italiæ ſeruauit ex Aldo Manutio in ortogra-
phia. *v* Sexto, quod conſtantia Hiſpanorum in mar
tyrio conſpicua fuit, vt natiua Hiſpanorum virtus,
triumphauit enim Laurentius, Lauream ex tyran-
no portans, cum dixit, aſſatus ſum, ita & inſita vir
tus fidelitatis rationem fidelẽ theſauri reddens Chri
ſto, & Eccleſiæ, & fidelem ſocietatem, obedientiãq; 59
magiſtro Sixto ſecundo ſeruauit, cui inſeparabiliter
adhæſit vſq; ad extrema eius vitę ſupplicia, illa plena
mœrore verba proferens. Quo progederis ſine filio
pater. Diciturq; à Sixto veniente ex Roma ad Hiſpa
niam, à Cæſarauguſta Romam delatus, cum in Con- 60
cilium Toletanum veniſſet Sixtus, vt ex Vicentio
fertur in ſermone de ſancto Laurentio, quod Vaſeus
anno.259. affirmat, & Mariana lib. 4.c.10. & ita pro
Hiſpania orat in cauſa talis ſanctus.

Ex dictis patet hoc æuo Hiſpaniam omnem catho
licam extitiſſe, cum Cyprianus à Fœlice Epiſcopo 61
Cæſarauguſtano cõſulatur in rebus mutationis Epiſ-
coporum, qui deſciuerunt à vera fide, & eis reſpon-
det Cyprianus, ſcribitq; ad Epiſcopos Hiſpaniæ cir.
ca res concilij Carthaginenſis, vt epiſtola. 68. patet,
eos vt Catholicos, & regnum laudibus in cœlum eſſe 62
rendo, Sixtuſq; Papa mittit epiſtolam Hiſpanis gra-
tias de ſtatu Eccleſiæ agens, & quodammodo incre-
pans, quod ſedem Appoſtolicam non conſulerunt in
mutatione Epiſcoporum, antequam Cyprianum con
ſulerent, cuius verba habentur. 1. tomo conciliorum,
&

*t Panuinus de ſeptẽ Eccleſijs vrbis Romæ.c.de 6. Baſilica. S. Laurẽtij extramuros.c.6.& antea. c. de Oratorio ſ. Laurẽtij, quod nunc dicitur ſancta ſanctorũ Morales lib.9.c.46*

*v Sanctus Auguſtin⁹ tract.27.in Ioãnem Ambroſius de officijs li 1.c.41. & lib.2.c.28. & ſer. 1 & 71. & libr.2. epiſtolarum epiſtola 1. Bernard ſer.40.in Cant. & in ſermone beati Andreæ. Leo Papa in ſermonibus, & homilijs. S. Iſidorus in miſſali, & breuiario. Varonius in martyrologio die.10 Auguſti. & in.2.tomo anno. 261. fol. 532. Gregorius in regiſtro epiſt.33 li. 2. & lib.3.epiſt.30. Gregorius Turonenſis.cap 42. de gloria martyrum.*

58 *Sancti Laurentij Scolarienſe cœnobiũ à Philippo ſecũdo Catholico conditum.*

59 *Fidelitas, & conſtãtia Hiſpana in diuuo Laurẽtio.*

60 *Sixtus ſecundus ad Hiſpaniã venit.*

61 *Hiſpania vniuerſa catholica hoc ſæculo.*

62 *Sixtus ſecundus, & ſanctus Cyprianus ſcribunt Hiſpanis.*



& eius ſitmentio apud Vaſeum, Varonium, *x* & Mo-
ralem.
63 Imperatorum Gallieni, Claudij, Aureliani, Taci-
ti, Floriani, Cari, Carini, Numeriani ſæculo vſque
ad Diocletiani, & Maximiani Imperium Eccleſia par
tim tranquillitatem, partim calamitatem paſſa eſt,
cum & nona perſecutio Aureliani numeratur, & ab
alijs ſilentio omittitur, eoq; magis oſtenſa, quam exe
cuta videtur, vt Varonius, *y* Genebrard⁹, & ſcripto-
res Cæſarum oſtendunt.
64 Hoc tempore Dyoniſius Papa ad Seuerum Epiſco
pum Cordubenſem circa formã diuidendi parrochias
epiſtolam miſsit, cuius pars refertur in decreto Gra-
tiani, *z* & extat 1. tomo conciliorum, & apud Va-
65 ronium, *a* Vaſeum, Moralem, Genebrardum, eoq;
ſæculo Galieni ſocordia, & negligentia Germani
vlteriores per Gallias tranſeuntes abraſa potiuntur
Hiſpania, ac Tarraconenſem deuaſtant per duode-
cim fere annos, omnia incendio, ferro, & rapinis miſ
centes, vt ait Paulus Oroſius, *b* Genebrardus, Va-
66 ſeus, Morales, & alij Chronicarũ auctores, quos Sue-
uos eſſe Galletiam occupantes perperam ſenſit bea-
tus Rhenanus lib. 1. hyſtoriæ Germanorum, cum id
multo poſt acciderit. Item & Tetricus Tyrannus
Hiſpanias, & Gallias, vires, & neruos Imperij occu-
67 pauit teſte Trebellio *c* Pollione ex eiſdẽ Imperan-
te Claudio vſque ad Aurelianum, qui eas recupera-
uit, quare autem id acciderit, & Deus circa Catholi-
68 cos hanc permiſſerit irruptionem, & ruinam ex pro-
uidentia ſua, vt alij conuerterentur Barbari ad fidẽ,
notant Nicæphorus, *d* & Sozomenus, cuius egre-
gij ſcriptoris verba referre libet, quæ dignitate, &
fide grauiora ſunt. *Cauſa autẽ cur omnes fere Barbari, Chri*
*ſtianã religionem amplecti cæperint fuere bella varijs tempori-*
*bus, vt pote regnãte Gallieno, & Imperatoribus, a quibus ei ſuc*
69 *ceſſum eſt, a Romanis, & exteris hominibus adminiſtrata. Nã*
*cum infinita fere, & promiſcua multido gentium ex Thracia in*
*Aſiam traieciſſet, eamq; incurſionibus factis occupaſſet, alijq;*
*Barbari in alijs locis Romanis ſibi finitimis idem præſtitiſſent,*
*multi ſacerdotes pariter captiui à Barbaris ſubducebantur, qui*
*quidẽ cũ homines in illis locis morbis afflictatos ſanarẽt, & Dæ*
*monibus occupatos ſolo nomine Chriſti filij Dei inuocato libe-*
*rarent, & ſincerum præterea, ac piũ vitæ genus colere, & vir-*
*tutum præſtantia, obtrectatorum ora penitus obturare viderẽ-*
*tur, Barbari eos, tum vitæ, tum factorum, admirabilium cauſa*

63 *Tempus Galieni, Claudij, Aureliani, Taciti, Floriani, Cari Carini, Numeriani.*

64 *Nona perſecutio Eccleſiæ.*

65 *Dionyſi⁹ Papa ſcribit Seuero Epiſcopo Cordubenſi.*

66 *Germani vlteriores abraſa potiuntur Hiſpania.*

67 *Error beati Rhenani.*

68 *Tetricus Hiſpanias, & Gallias occupauit, donec Aurelianus recuperauit.*

69 *Cauſa occupationis Hiſpaniarũ fuit vt alij cõuerterentur ad fidem.*

*x Vaſeus anno. 256 & Varonius, 2. to. anno.258. Morales li.9.c.45. Mariana lib.4.c.10.*

*y Varonius.2. tom. anno. 263. & 270. vſq; ad annum.282 Genebrardus lib.3. chronicæ his annis Morales lib.9.c.50. Mariana lib.4.c.10 & 11.*

*z c. ſingulas. 13. q.1. et.c. nemini. 15 quæſt.3.*

*a Varonius.2.tom. ãno.270. Genebrardus lib.3. Chronicæ. Vaſeus anno. 270. Morales lib.9.c.50 Mariana lib.4.c.10*

*b Oroſius lib.7.cap. 15. & Vaſeus anno 265. Genebrardus lib.3. eo anno Morales lib.9.c.48.*

*c Morales lib. 9. c. 48. & 49. Varonius 2.tom.anno.263. folio.568.*

*d Nicæphorus lib.8. c.33. Sozomenus li. 2.c.5.*

*magnopere admirati, & eos valde prudentes eſſe, & ſi ſi tam*
*præſtabiles hominum mores imitarentur, numemque diuinum*
*ad eornm exemplum colerent Deum ſibi propitium habituros,*
*itaque ab illis quid ſibi agendum ſit, doceri conſtituerunt, diſ-*
*cunt fidei noſtræ præcepta, baptiſmum recipiunt, & conuentus*
*more Chriſtianorum celebrant*, quod deinde proſequitur 70
vt Iberæ captiuę mulieris gratia Armeniam interio
rem colentes, religionem Chriſtianam fuerunt am-
plexi, & Armeni, & Perſæ, itaq; cum Barbari Hiſ-
panias tenuerint, quas nationes finitimas Romanis
Sozomenus dicit, cum eas Barbaros occupaſſe dixi-
mus, ex Hiſpanis captiuis multi fuerunt Catholici a-
lias nationes conuertentes, & nomen Chriſti ad re- 71
motiſsimas regiones, vt hodie faciunt, ferentes, ea re
diſtantes, quod hoc ſæculo vt domini faciunt, illo,
vt ſerui. Aureliani autem nona perſecutione marty
res in Gallia extitere, vt Patroclus, de quo Grego-
rius Turonenſis. c. 64. de gloria martyrum, & Clau- 72
dius Iuſtus Iucundinus, & quinque ſocij, quorum
meminit Varonius. *e* In Hiſpania ex eodem Varo-
nio. 2. tomo anno dicto. 275. plures fuere martyres, 73
quorum memoria interijt, & manet adhuc ſancti Nar
ciſi, & ſancti Fœlicis ex Morale, *f* & Prudentio
hymno. 4. ſancto Eulogio in memoria ſanctorũ Gre- 74
gorio Turonenſi. c. 92. de gloria martyrum.

*Iberæ captiuæ gratia Armeni cõuerſi ad fidẽ ſunt, & Perſæ.*

*Hiſpani are tro ſæculis conuertunt Barbaros.*

*Nona perſecutio.*

*Martyres Galliæ.*

*Martyres Hiſpaniæ.*

Probi Imperio in Gallia bella regnum Croco oc-
cupãte extiterunt, donec ipſe expulſus eſt; qui Chri 75
ſtianos cruciabat, ex Gregorio Turonenſi, *g* & de-
inde temporibus Cari Carini, & Numeriani Euthi-
cianus Papa Hiſpanis Bethicę Prouincię ſcribit Epiſ
copis, vt habetur. 1. tomo conciliorum, & Vaſeus, *h*
& alij recitant. 76

*Crocus Gallos vexat Probi imperio.*

*Euthicianus Papa ſcribit Hiſpanis.*

Decima, & ingentior perſecutio Eccleſiæ ſub
Diocletiano, & Maximiano numeratur, pares imma
nitate, & feritate morum ſitim inextinguibilem ad
ſanguinem Chriſtianorum explere non valentes, 77
architecti tormentorum, quæ nunquam antea exco-
gitata *i* fuerunt, quorum ſæculo certamen quoddã,
& cõtentio nata eſt inter tyranos, & Criſtianos circa
rẽ adeo diuerſam Chriſtiani in ferẽdis ſupplicijs, illi 78
in inferẽdis Tyranni Eccleſiæ conburebant diuinoſ-
que libros iuſtos catholicos afflictos reddebãt, adeo
quod nocte natalitij Chriſti viginta millia martyrũ
viſa ſint in vno templo ex Nicæphoro lib. 7. c. 6. & in
tegra vrbs in Phrigia, ex eodem. c. 20. & Varonio in
mar-

*Diocletiani, et Maximiani ſæculum.*

*Decima perſecutio.*

*e Varonio. 2. to. anno 275. f. l. 602. & in martyrologio die 2. Ianuarij, & 21. Iulij.*

*f Morales libr. 9. c. 49. Mariana lib. 4. c. 10. Varoni⁹ in martyrologio die. 18. Martij et die. 1. Auguſti Vicẽtius in hyſtoriali libr. 13. ca. 153. & 134.*

*g Greg. Turon. lib. 1. c. 32. Varonius. 2 to. anno 280. et alij.*

*h Vaſeus anno 284 Morales lib. 9. c. 50. Genebrardus lib. 3. Mariana lib. 4 c. 10*

*i Nicæphorus lib. 7 c. 2. cũ alijs. Oroſius lib. 7. c. 13. Euſebius lib. 8. per totum. Sigonius de imperio Occidentali libr. 1. anno. 284 & 303. 2. Varonius. tomo. anno 285. & ſequentibus Panuinus de Romanis principibus.*



martyrologio die 7. Februarij. Catholici vero tũc
vt vites ex vinea Chriſti fuerũt, qui vt radicitus am-
putantur, fœcundiore germine propagantes, vbe-
riorem fructum ferunt, adeo triumpharunt, vt Zona
ras tomo. 2. in Diocletiano affirmet, quod Imperium
reliquerit, ſe eo frui nolle inquiens, cum Chriſtanos
extinguere non poſſet, qui ita ſunt amplificati, vt ſta
tim Conſtantini ætate omnis orbis Chriſtum profite
retur palam, & publice. In Prouincijs autem, de qui-
79 bus agimus in Gallia Rictionario præfecto ingens
multitudo fuit martyrum, quorum aliquos recenſent
Surius, *k* & Varonius. In Hiſpania vero cum om-
nes eſſent catholici mare quoddam effunditur fluen-
tibus vndique Chriſtiano ſanguine riuis, quorum
80 copia martyrum adeo creuit, vt ne loca cadauerum
multitudinẽ corrumperentur, peſtiſq; generaretur,
& ne ſepelirentur cum honore corpora Cæſaraugu-
ſtæ, vbi innumera erant corpora occiſſa pluſquam
decem ſeptem millia, iuſſum eſt, vt corpora vreren-
tur ſanctorum immixtis delinquentibus Gentilibus
ne diſcerni poſſent ex corporum commixtione; &
cõfuſione; ſed aer cœlitus demiſſus cineres martyrũ
in maſſam candidam, & niueam, corpora Gentilium
in carbones atros cõuertit; vt hodie in cœnobio ſan-
ctæ Engratiæ conſpicitur, in eaq; illuſtri vrbe porta
cinerum, quæ Ceneja dicitur, adhuc retinet nomen
ab his ſacris cineribus, vt cecinit Prudentius hymno
4. Petrus in cathalogo lib 10. c. 17. Varonius in mar-
tyrologio die. 3. Nouembris, ſanctus Iſidorus lib. 15.
originum, Zurita in annalibus Aragonię lib. 1. c. 18.
in. 1. parte, & ex innumeris martyribus inſignes ſunt
ſancta Engratia, duæ Eulaliæ, alia Emeritenſis, alia
Barchinonenſis, ſanctus Vicentius inſignis martyr,
Valerius, Iuſtus, & Paſtor, Leocadia, Fœlix, Cucufa
tes, Iulia, & huius generis mille alij, quorum aliquos
recenſent Morales, *l* Vaſeus, Beuter, Mariana, Lau
rentius Padilla, Varonius, & alij. Et quod in Hiſpa-
nia plures numero, quam alia in regione extiterint
martyres, patet, cum in triumphi modum deleuiſſe
nomen Chriſti in columnis marmoreis iuberent
Imperatores, & Dacianus, vt recitat ex Aldo
Varonius anno. 304. in. 2. tomo, ſed ſpes eum fe-
fellit, vt anno. 303. eleganter expreſsit Varonius,
cuius verba appoſui. *Hiſpaniarum quoque Eccleſiæ eadem*
*in eas perſecutione vigẽte, vi vehementiſſime exagitatæ ſunt,*
&

*Martyres Galliæ in decima perſecutione.*

*Martyres Hiſpaniæ, et Cæſarauguſtæ maſſæ candidæ.*

*k Surius tom. 5. die 25. Octob. Varon. in martyrolo. Romano die, 12. Decemb. & 6. & 25. Octob. & 2. tomo anno. 303 fol. 730.*

*l Morales li. 10. per totum. Vaſeus anno 306. Mariana lib. 4 c. 12. 13. & 14. Lorenço de Padilla in ea decima perſecutione. Varonius. 2. tom. anno. 303. fol. 732. & martyrologiũ die 16. Aprilis, et alibi.*

*& concuſſæ, licet non diſiectæ, & ſi afflictatæ, non tamen proſtratæ ſunt, quia potius eo motu, atque concuſſione magis magiſque firmatæ ſolidius ſtabilitæ, & quod Chriſti virtus eſt, latius propagatæ.* Eaque perſecutione Oſius vinculis coniectus fuit, ſed vt alter Petrus liberatus ad Eccleſiam augendam, vt ex Athanaſio refert Varonius 2. tomo anno. 303. fol. 734.

81 *Oſius hac perſecutione in vinculis coniectus.*

Durauit perſecutio hæc Conſtantij, & Galeriani temporibus, maxime Galeriano acerbius agente, & Seueri, Maximini, Magentij, Licinij ſæculo, cumq; ſuperati ſint â Conſtantino, dei Illis non agemus, cum in eodem ſtatu Gallia, & Hiſpania fuerint in ea perſecutione, Euſebius *m* Papa Epiſcopis Franciæ, & Melchiades Papa Epiſcopis Hiſpaniæ ſcribunt, vt habetur primo tomo conciliorum.

82 *Tempora Cõſtantij, Galeriani, Maximiani, Seueri, Maximini Magentij Licinij.*

83 *Euſebius Gallis, Melchiades Hiſpanis ſcribunt.*

*m Varonius. 2. tom. anno. 304 & 305. cum alijs: Morales lib. 10. c. 30. Mariana lib. 4. c. 15.*

(?)

# CAPVT OCTAVVM,

## Quo continuatio Imperatorum fit Conſtantini, & aliorum, oſtenditurque primum concilium Prouinciale in Hiſpania notum extitiſſe, primumque ex ea Pontificem, primumque Chriſtianum Imperatorem, quam ex Gallia, ac Cõſtantinum opera Hiſpani Oſij ad fidem veniſſe.

(?)

1 *Tempus Conſtantini.*

AVREVM Eccleſiæ, & quartum ſæculum Conſtantino magno Imperante proſequimur, quo ipſe Imperator doctrina Catholicæ fidei inſtructus, ad eamque miraculoſe conuerſus ex victoria, quam vexillo crucis in cœlis apparente reportauit. Congregauit primum vniuerſale ex omni orbe concilium Nicenum edicta, leges que ingratiã Eccleſiæ, & fidei Catholicæ promulgauit. Vnde licet Philippi primi Imperatores Chriſtiani extiterint aliqui, vt Sozomenus *a* primum Conſtantinum Chriſtianum Imperatorem appellãt ſumpto argumento ab eo, quod eius ſæculo auctoritas Eccleſiæ, & libertas conceſſa eſt. Sed quia noſtri inſti-

*a Sozomenus lib. 1. cap. 5.*



inſtituti eſt ſolum ſtatum Eccleſiæ Hiſpaniæ, & Gallicanæ oſtendere, magnitudinem Imperij Conſtantini, eiuſque geſta ſcriptoribus annalium, vt ipſi narrent, reliquimus. Hoc vnum tamen â præſcripto noſtræ diſputationis non erit alienum, ſed ad rem maxime ſpectans, ad gloriam, & dignitatem Hiſpaniæ, vt oſtendamus palmam hanc ſibi ſumere poſſe, quod ex regione Oſius Hiſpanus Cordubenſis Epiſcopus Conſtantinum ad fidem Catholicam reduxit, ad id ſeruatus ex perſecutione Daciani præfecti Diocletiani, & ſtygmate inſignitus ex Nicæphoro lib. 8. c. 14. & Theatro vitę humanæ lib. 3. ex qua conuerſione tot, tantęque in Eccleſiam Catholicam euenerint fœlicitates, & incrementa. Sed vt rem, prout eſt, aperiamus, duo præloquia ad lumen hyſtoriæ ſunt animaduertenda, primum quod anno 318. cum Eccleſiæ Orientales diſsiderent inter ſe ea occaſione, quod Arrius inuidens, eo quod Alexandrinæ Eccleſiæ Epiſcopatus Alexandro conceſſus fuiſſet, Hereſiarcha extitit ſectæ, quæ negabat Chriſtum filium Dei viui non eſſe patri coæqualem, & conſubſtantialem, ſed ſolum ſimilem dicebat, quam plures ſectati ſunt, & laborauit Eccleſia diu in illa extirpanda Arriana hæreſi, & ita cum diſsideret inter ſe Arrius eam nouuam ſeminans doctrinam execrandam, Alexander autem eam damnans, omneſque ingenij vires & neruos indefendenda vera ſide adhibens, & vtrinque cum eſſent præſulum variæ ſententiæ, tandem ex coniectura ſumma cum deliberatione, & iudicio facta â Varonio *b* miſſus eſt legatus â Syluestro Pontifice Oſius Hiſpanus Epiſcopus Cordubenſis vir valde in confeſsione fidei catholicę probatus, cum Diocletiani, & Maximiani imperio, carcere incluſus fuiſſet â Daciano præfecto Hiſpaniarum, vt ipſe componeret rem, & ſententias concilio adueritatem indagandam, & confirmandam congregato, auxiliumque peteret â Conſtantino Imperatore, cui commendatus â Papa mittebatur, Imperator autem Cõſtantinus cum benigne excepiſſet Oſium, ſibique Deo inſpirante conſuetudo hominis grata, ei accepta valde extitiſſet, iuditiumque probaſſet, & litteras dedit, vt controuerſia per eum cõponeretur, quarũ litterarũ mentio fit apud Euſebiũ, *c* Sozomenum, Socratem, Nicæphorum, & alios, & Alexandriæ concilium celebratum eſt eodem Oſio vtc

2 *Conſtantinus ad fidem opera Hiſpani Oſij venit.*

*b Varonius. 3 to. annalium anno. 318. fo. 85. & anno 319 fol. 196.*

3 *Oſius miſſus à Papa Syluestro, vt tolleret hæreſim Arrij.*

*c Euſebius lib 2. de vita Cõſtantini. c. 62*

vt legato ſedis Appoſtolicæ præſide, cuius meminit Athanaſius apologia 2. hiſce verbis. *Idemq; cum talē ſibi titulum vendicaſſet in Alexandrina Synodo in præſentia patris noſtri Oſij depoſitus eſt, & cum laicis in ordinem redactus.* Secundum præloquium erit, quod familiaris modus loquendi apud quoſdam auctores fuit Magicos Ægiptios *d* appellari, cū frequēs magica ars ibidem exerceretur, Zoroaſte inuentore in Perſia. Ægiptij, & Gentiles, qui arte magica exiſtimabant operari Chriſtianos miracula, vt eos magos vocarent, Ægiptios nominabant, vt videre licet actuum Apoſtolorum cap. 21. vbi beatus Paulus ea ratione Ægiptius, ideſt magus eſt nominatus hiſce verbis. *Nonne tu es Ægiptius, qui ante hos dies tumultum concitaſti.* Quibus ſic præfatis cū Conſtantinus ante quam principis Chriſtiani indueret perſonam, Commodum vt Eutropius vocat, ſeu Licinium Iuniorem, vt alij, ſororis Conſtantiæ filium, & Criſpum eiusdem Conſtantini filiū frigore veneni, & Fauſtam coniugem in calore balnei, aliosq; neceſsitudine, & amicitia coniunctos, & ſubditos necare iuſſerit, vt frequentiori ſententia *e* hyſtoriæ apparet, cum ab Helena matre ſuccenſa iuſta de cauſa reprænderetur pœnitentia ductus vt alter Dauid de nece iniuſta hiſce viris illata conſuluit & Epiſcopos, & Oſium, legatum Sylueſtri, qui ex Ægipto Romam, ad reddendam rationem legationis proficiſcebatur cum parentem animæ, & conciliorum faciens, & aſsiduo, & vbique vocabat, qui eum in doctrina Euangelica inſtituit, docuitque lauacro baptiſmi omnes animæ & peccatorum maculas mundari, & abſtergi, notaſq; culparum omnino abradi, & ſublatis conſultationibus Gentilium, cum quibus antea Conſtantinus ageret, Oſio credidit, cuius ſuaſione, & ordine baptizatus fuit, quod ita accidiſſe teſtis eſt auctor Gentilis ſatis infeſtus, & Oſio. & Cōſtantino Zoſimus ſcilicet hyſtoricus, qui lib 2. hyſtoriæ ſic inquit. *Horum ipſe ſibi conſcius, & propterea contemptæ ſacramentorum religionis ad Flamines accedens admiſſorum luſtrationes poſcebat illis reſpondentibus, nō eſſe traditum luſtrationis modum, qui tam fœda piacula poſſet eluere quidam Hiſpanus genere, cui nomen eſſet Ægiptius Romam delatus, Palatiniſq; mulierculis familiaris factus, & ad Conſtantini colloquium admiſſus ſententiam doctrinæ Chriſtianorum habere vim abolendi quodcumq; peccatum confirmauit, & idipſum adeo polliceri, nimirum acceptantes eam homi-*

*d Ioſephus lib. 20. c. 6. antiquitatum et c. 12. de bello Iudaico. Porfirius in vita Plotini: Polydorus Virgilius de inuentoribus rerum libr. 1. c. 22.*

4 *Ægiptij Magi. dicebantur Chriſtiani.*

*e Eutropius li. 10. in Conſtantino. Victor in Conſtantino. Oroſius lib. 7. c. 18. Sydonius Appollinarius li. 5. epiſt. 8. Zonaras. 3. tom. in Cōſtantino.*



*nes impios, mox omni delicto liberari eam orationem, eum nō grauatè Conſtantinus accepiſſet, ac patrita miſſa faceret perceptis his, quæ hic Ægiptius offerebat, principium impietatis hoc dedit, vt diuinationem ſuſpectā haberet.* Quod et Zoſimo relato Euagrius *f* confirmat hiſce verbis. *Et cum de tā nefādis cædibus a ſuis ſacerdotibus expiari laboraret, minimeque quod volebat conſequeretur, illos plane reſpondiſſe eas non poſſe expiari, forte in Ægiptiū, qui ex Iberia venerat, incidiſſe & perſuaſū ab eo fidem Chriſtiani hominis vim habere peccati cuiusq; tollendi, ea ex animo amplexatum, quæ Ægiptius ipſi tradiderat.* Et quāuis Sozomenus, et Nicæphorus *g* id confutent Soſipatrum Gentilem, quem Conſtātinus prius conſuluerat nominantes, qui expiationē denegauit, & poſtea cum Epiſcopis conſilium cœpiſſe, tamen eos Varonius *h* recte confutat, & Oſius Epiſcopus Hiſpanus vocatur, ſiue quia Magus â Gētilibus, vt Criſtiani nominabantur, vocaretur, vel quia ex Ægipto cum legatione Romam ad Papam pergebat, ipſe eſt Oſius Hiſpanus, qui initium dedit conuerſioni Conſtantini, â quo, vt â fonte Eccleſia hauſit omnia beneficia, quę erga eā contulit Conſtātinus, hoc vnū Hiſpaniæ, vt fœcundæ genitrici ſanctorum hominum debens, cū ea fuerit origo, ex qua tot immenſæ largitiones Eccleſiæ Romanæ; tot regna, et prouinciæ cōceſſæ ſint â Conſtantino auxilio, & conſilio Oſij, qui ad baptiſma eum induxit, vt auctor eſt Varonius, *i* & patet quod eius gratia Conſtantinus præuilegia Eccleſijs tribuerit, ex lege Cōſtātini Oſio Epiſcopo directa, quę habetur in l. 2. C. de his qui in Eccleſijs manumittūtur lib. 1 tit. 13. l. 2. codicis Iuſtinianei, & in codice Theodoſiano li. 4. tit 7 l 1 C de manumiſsionibus in Eccleſia.

*f Euagrius lib. 3. c. 40. & 41.*

*g Sozomenus lib. 1. c. 5 Nicæph. lib. 7. c. 35.*

*h Varonius 3. tomo anno 324. fol. 214.*

*i Varonius 3. tomo anno 324. & 218.*

Non ſolum aureo ſæculo Conſtantini gloriam ſingularē Hiſpania ſibi reportauit, quod ex ea fons doctrinæ ope, & diligentia Oſij deriuata ſit, vt Conſtātinus fidem acciperet catholicam, ex quo manauit per totum orbem incrementum fidei. Sed hanc palmam Hiſpaniæ regio conſecuta eſt, quod in ea priuſquam in Gallia primum concilium coactum inueniatūr, conditis in eo canonibus, & ſolemnitate ſynodi ſeruata, vt eſt Illiberitanum, non Illiberi prope Toloſam, vt quidam perperam ſenſerunt, nec Illiberi, quæ eſt ad radicem montis Pyrinei, vt Vaſeus anno 338. exiſtimauit, ſed Illiberi iuxta Granatam inſigni atque præclara olim vrbe

5 *Quod primū conciliū pro[uin]ciale cano[ni]bus condi[tum] in Hiſpa[nia] celebra[tum] ... quam in G[allia].*

6 *Error Vaſci*

maximê quod in ea ſancti floruerunt diſcipuli bea-
ti Petri, & Iacobi, cum hodie veſtigia certiſsima
comperiantur, quæ hiſce temporibus teſtimonium
præbent, & in hac re conſentiunt fere omnes in-
ferius recitandi, vt notat Mariana libr. 4. cap. 16.
De anno vero, quo congregatum extitit, diſsident
valde inter ſe Chronographi, nam quidam exiſtimāt
poſt concilium Nicænum conueniſſe Epiſcopos in
hoc concilio, vt ex primi tomi conciliorum editio-
ne videtur colligi, vbi æra Cæſaris. 362. ſcribitur
indictum concilium, a qua. 38. annis demptis vide-
tur anno natiuitatis Domini. 324. celebratum, cum

*K Varonius. 3. tomo anno 325. fol. 258.*

7 *Quare in Nicæno cõcilio computatio fit æra Cæſaris.*

tunc æra Cæſaris in Hiſpania *K* numerus anno-
rum fieret, & ea ratione in Nicæno concilio, quia
Oſius Hiſpanus illud ordinauit, ſub æra facta eſt
computatio, hancque annorum ſeriem videtur ſe-
qui eruditiſsimus Garſia Loayſa Toletanus præ-
ſul in editione conciliorum Hiſpaniæ circa anno-
tationes huius concilij Illiberitani ſentiens poſt Ni
cænum congregatum, Ambroſiuſque *l* Morales id
profitetur, & inde ſuaſsi ſunt Ioannes Gerunden-
ſis cap. 5. hyſtoriæ, Vaſeus anno. 338. Garibai. *m*
& alij, quod anno. 338. indictum fuerit, in eoque
interfuiſſe Helenam matrem Conſtantini, cum Con-
ſtante nepote, cui in partitione Imperij Gallias, &
Hiſpanias Conſtantinus pater dederat, itaque ex
his auctoribus quidam anno. 324. alij. 338. congre-
gatū fuiſſe concilium aſſerunt, alter vero auctor vt
Petrus Beuter *n* affirmat Conſcium anteceſſorem
Oſij in Epiſcopatu Cordubenſi interfuiſſe eo conci
lio, quod repugnat verbis concilij, & Varonius *o*
id refutat, cum inter concilia, quibus præfuit Oſius,
hoc vnum numerat, alia vero fuit ſententia Onufrij
Panuini in chronico anno. 313. quo videtur hoc con
cilium includere, vera tamē meo iudicio videtur o-
pinio Varonij *p* ex Innocentio primo anno. 305.
coactam fuiſſe hanc ſynodum ante Nicænam ex mul
tis certiſsimis teſtimonijs, & apertiſsimis coniectu-
ris, quod integro volumine edito de confirman-
do concilio Illiberetano ad Clementem Octauum
diligentiſsimê, & omni eruditone oſtendit ſuauiſ-
ſimi ingenij vir Ferdinandus Mendoza, & id pa-
tet primo quia in concilijs poſt Nicænum habitis
vſitatiſsimus mos fuit in Eccleſia ſymbolum edi-
tum in Nicæna ſynodo profiteri, & ſcribere vt in cō
cilio

*l Morales libr. 10. c. 32.*

*m Garibai lib. 7. c. 48. Illeſcas in vita Sylueſtri Monarchia Pinedæ lib. 12. c. 14. §. 4. Genebrardus lib. 3. anno. 320*

*n Beuter. 1. p. c. 25. hyſtoriæ.*

*o Varonius. 2. tomo anno. 305. fol. 762. & 3. to. ann. 357 fol. 664.*

*p Varonius. 2. tomo anno. 305. fol. 762. & 1. to. anno. 57. f. 463. ex Innocentio primo lib. 3. c. 2.*

8 *Error Ioānis Gerundēſis, Garibai, & aliorum.*

9 *Error Petri Beuter.*



cilio Toletano primo, & alijs, ꝙ fieret in hoc illiberi
tano, ſi poſt Nicænum cogeretur, & quia ante illud
extitit, non inſeritur ibidem. Secundo quia ex ordi-
ne, & ſerie concilij Illiberitani, maximê canone. 33,
& alijs colligitur, quod Eccleſia non quietem, & li-
bertatē plenam conſecuta erat, ſed potius perſecu-
tionem patiebatur, quam Conſtantini tempore poſt
Nicænum paſſa non fuit, immo ſummam habuit liber
tatem, ex quo videtur, ꝙ anno. 305. celebratum eſſet
concilium imperante Conſtantio patre Conſtanti-
ni, quo imperio plena non fruebatur ſecuritate Ec-
cleſia, nec mouent rationes â commemoratis ſcripto-
ribus relatæ. Primo dum grauiſsimus preſul Toleta-
nus Garſia Loayſa ex auctoritate Iſidori *q* â Gra-
tiano in decreto citati inquit. *Canones conciliarū à tem-
poribus Conſtantini cœperunt in præcedentibus nāq; annis per
ſecutione feruente docendarum plebium nemini dabatur fa-
cultas*, & ita non potuit ante Cōſtantinū ſynodū con
gregari, ſed is facillimê diſſoluitur nodus, ꝙ ante Cō
ſtātinū vniuerſalia ex toto orbe terrarū concilia nō
conueniri potuerunt ob perſecutionē, de quibus Iſi-
dorus loquitur eo capite, ſed prouincialia, vt fuit Il-
liberitanum, plurima Carthaginēſia, & Ancyranum,
& Neocæſarienſe, & Arelatenſe celebrata ſunt, quę
habentur. 1. tom. cōciliorum, & Varonius *r* ex diuuo
Auguſtino notat.

*q Iſidorus lib. 6. ca. 18. Æthimol. c. canones diſt in. 15.*

*r Varonius. 2. tomo anno. 303. fol. 111.*

10 *Quod primū conciliū Illiberitanū Hiſpaniæ, quā Arelatenſe Galliæ fuerit.*

Sed cū his, & alijs teſtimonijs per Ferdinādū Mē-
doza elegantiſsimê adductis conſtet, tēpore, quo cō-
cilium celebratum extitit, adhuc ſcrupulus manet, ꝙ
prius celebratum extitit Illiberitanū Hiſpaniæ con
cilium, quā Arelatenſe Gallicum, quod anno 313. vel
314. congregatum Sigonius, *ſ* & Varonius affir-
mātcū Panuino, & Genebrardꝰ li. 3. anno. 320. poſt Il
liberitanū numerat, tamen ante Arelatenſe Euſebiꝰ
videtur ſignificare, ꝙ circa celebrationem paſchatis
Romę ſynodi coactę ſunt, & alijs diuerſis regionibus
in quarū numero collocat Galliā Irineo in ea exiſtē
te anno 198. ſed eo tēpore non ſolū Gallię, ſed indi-
uerſis alijs regionibꝰ Euſebius *t* cōmemorat congre
gatas ſynodos, & ita in Hiſpania ſimiliter congre-
gata fuit ſynodus, cum catholici exiſterent in Hiſ-
pania plures, illa tamen concilia non ſolemnitatem
conciliorū, nec formam obtinuerūt, nec canones cō
diti ſunt in illis, ſed conſultationes quędam fue-
re ſeparatim cuique Epiſcopo factæ vt ſententiam
ſuam

11 *Reſpondetur obiectionibus, quod alia dentur cōcilia ante Illiberitanū Galliæ celebrata.*

*ſ Sigonius lib. 3. de imperio Occidentali anno 313. Varonius in 3. to. anno. 314. fol. 111. Onufrius Panuinus anno 313 in chronico.*

*t Euſebius lib. 5. ca. 11. & Varonius. 2. to. anno. 198. f. 256*

ſuam exponeret, cum Papa omnes nationes circa eã rẽ conſuleret, & ea de cauſa nullus ex Chronographis hoc concilium commemorat, nec nomen habet, nec locum, quo celebratum fuerit, & huiuſmodi concilia plura in Hiſpania habita fuiſſe prioribus annis refert Morales, *v* quorum ſuperius mentionem fecimus.

*v Morales lib. 9. c. 42. & 44. & 45.*

Ex Illiberitana autem ſynodo canone. 13. & 15. ſatis demonſtratur in Hiſpania adeo fidem catholicã vigere eo ſæculo, quod moniales religionem ſeruantes, in cœnobijs Deo ſeruirent, idq; inſtitutum antiquiſſimum in Hiſpaniarum regnis primum ſeruatum fuiſſe.

12 *Moniales primo in Hiſpania inſtitutæ, quam in alijs regnis.*

Non erit reticenda hoc loco eximia Hiſpaniæ, & miris laudibus extollẽda gloria, quod ſymbolũ fidei catholicæ, ꝙ ſolemnibus feſtis ab vniuerſali Eccleſia recitatur inter miſſarũ ſolẽnia ab Hiſpania proceſſerit, duplici tẽpore, primo in Niceno cõcilio, quo ſymbolum illud editum fuit, quãuis enim profeſsio fidei, & illa catholica ſententia, ꝙ pater, & filius coæquales conſubſtantialeſq; omnino ſint in diuinitate, omnium præſulum catholicorũ fuerit formula catholicę fidei eo in ſymbolo concepta, & cõprehenſa, qua omnia Arrianæ hæreſis capita truncaretur ab Oſio Hiſpano ſapientiſsimo Architecto fuit ordinata, cõſentientibns omnibus Epiſcopis, vt teſtatur oculatiſsimꝰ teſtis in eodem concilio præſens Athanaſius de Oſio loquens in epiſtola ad ſolitariã *x* vitam agentes hiſce verbis. *Hic Princeps eſt Synodorũ, & ſi quid ſcribit, vbiq; auditur, hic formulã fidei in Nicæna ſynodo cõcipit, & Arrianos vbique pro hæreticis traduxit.* Cuius ſymboli verba licet nonnulla addita, & detracta ſint in Cõſtantinopolitano. 2. contra Eunomium Photinum, & Macedoniũ collecto, prout hodie canitur in eccleſia, tamen præcipua forma Oſij fuit. Secundo cum Macedonius ſpiritum ſanctum eſſe Deum negaret, ſynodo Conſtantinopolitano cautum eſt, conſubſtantialem Patri, & Filio Spiritum Sanctum eſſe, vt ex Iſidoro Gratianus in decreto cap. canones diſtin. 15. retulit, & ea ratione cum perſonam Filij in Nicæno concilio eſſe conſubſtantialem Patri, & coæqualem decerneretur Arriana ſecta damnata, poſtea perſonam tertiam Spiritus Sancti conſubſtantialem, & coæqualem cum Patre, & Filio eſſe decreuit ſancta Synodus Conſtantinopolitana contra Macedo-

13 *Symbolũ fidei, quod canitur in ſolemnitatibꝰ miſſarum ab Hiſpano auctore Oſio proceſſit, & additum poſtea in cõcilio Hiſpano fuit receptum in vniuerſa Eccleſia catholica.*

*x Varonius. 3. tom. anno 325. fol. 277.*

nium



nium, ſed cum in ſymbolo non exprimeretur in Hiſpania, primo conſtitutum fuit, vt illud caneretur in ſymbolo in Eccleſia, vt & Toletano concilio. 3. cap. 3. patet, & poſtea id in Gallos quoque & Germanos peruenit, vt Strabo de rebus Eccleſiaſticis cap. 12. & ex eo *y* Durantus de ritibus Eccleſiaſticis auctor Gallicus recitãt, & Varonius *z* fideliſsimus auctor notat illa verba, quæ recitantur in ſynodo inter miſſarum ſolemnia, *Ex Patre Filioquè procedit,* in Hiſpaniæ concilijs addita fuiſſe, & ex illis ad omnes Eccleſias perducta, ita vt hodie in vniuerſa Eccleſia canantur, quod ſic commemorat hoc ordine, quod cum Leo tertius Pontifex præciperet celebrari concilium Hiſpanię anno. 447. quo Priſciliani hęreſes ad radicem vſquê præſcinderentur, Bracharenſe primum congregatum fuit, vbi Epiſcopi Carthaginenſes Luſitaniæ, & Bethicæ, non Galleci interfuerunt, quia Galleci per ſe congregati ſunt ad eandem cauſam, cum tunc degerent ſub Rechiario catholico Sueuorum Rege, reliquæ partes Hiſpaniæ ſub Theodorico, & eius filio Turiſmundo Gothis, & ideo ex diſcriminatione ditionis diuerſorum principum diuerſis in locis ſeorſum abinuicem Catholici Epiſcopi Hiſpaniarum conuenerunt, duoquè eodem tempore celebrata concilia, in vnum poſtea conflata ſunt, quod vna extiterit cauſa conueniendi, & eadem concilia vna conuocauerit auctoritas, quæ in vnam, eandemquê conuenerint ſentẽtiam, & non duo tantum, ſed tria ſimul reperiuntur coniuncta, nempe hæc duo Bracharenſe, & Galleciæ, quod Lucenſe dicitur, quę ſunt ſub Toletano primo, in hiſce concilijs dicitur, quod ſuperadditũ eſt in ſymbolo. *Ex patre Filioquè procedit,* quod tota Eccleſia accepit, & lege Viſigothorum lib. 12. c. 14. cautum extat. deinde Galli Arelatenſi concilio ſub Carolo Magno acceperunt.

*y Durantus lib. 2. c. 24. nu. 54. de ritibus Eccleſiæ catholicæ.*

*z Varonius 6. tom. anno. 447.*

In vſu vero canendi Eccleſia Romana etiam Leonis tempore non recepit, licet id inſtanter petierit Carolus Magnus, immo vt aduertit Magiſter in. 4. ſententiarũ lib. 1. diſt. 2. quamuis argẽtea tabula, exaratũ ſymbolum habuerit iuxta corpus beati Pauli nõ fuerunt ita ex tẽpore addita verba, donec maturior deliberatio habita fuerit, licet Catholica ſemper habuerit Eccleſia, Itemq; ex eo, ꝙ Romana Eccleſia licet in Hiſpania, & Gallia, & Occidẽtalibus, & Borealibus exceptis Orientalibus Eccleſijs caneretur ſym-

 bolum

bolum,tamen quia id inſtitutum eſt ad hæreſes confutandas,& Romana Eccleſia nunquam hęreſis nota fuit maculata, noluit recipere in vulgus, donec Papę Benedicto Henricus Imperator perſuaſit, vt caneretur, vt Berno de quibuſdā rebus ad miſſam ſpectantibus.c.2.notat ex Duranto, *a* & ita Hiſpania prima in profeſsione fidei, & ſymbolo eius tres habuit excellentias, prima, quod ſymbolum Nicænum ab Oſio ſit editum. Secūda,quod in concilijs eius ſint addita verba in eo,ex Patre, Filioque procedit. Tertia,quod in Eccleſia Hiſpanię primo recitatum fuit, & ex ea in alias omnes deriuatur. Liberorum Conſtantini magni imperio Conſtantij, Conſtantis, & Conſtantini,cum inter eos diuiſum eſſet anno. 337. ex Zoſimo, *b* Zonara,Eutropio,& alijs,Conſtantinus Catholicus deceſit anno 340. â militibus Conſtātij interfectus apud Aquileiam ad Alſam fluuium, eo quod contenderet partem ſibi aſsignatam imperij dilatare,vt Rufinus, *c* & alij memoriæ mandarunt, & ita Conſtās Occidentale imperium ſolus obtinuit, & Conſtantius Oriētale,vterque Imperator Catholicus extitit,vt patet ex l.1.C.de hæreticis horum imperatorum, ſed poſtea Conſtantinus Arrianus declaratur,& Conſtans adeo deprauatis moribus vixit,vt ea occaſione Gallia,& Hiſpania â Magnecio,& Decentio occupatę ſint,iſque interfectus eſt anno.350. vnde in tam vaſta confuſione concilia diuerſa ſunt celebrata hiſce temporibus partim Arriana, vt Ariminenſe,Seleucenſe,& partim catholica, vt Sardicēſe *d* magnū,quorum peculiarem mentionem non facimus, cum noſtri inſtituti non ſit hyſtoriam Imperatorum ſerie, & ordine temporum contexere, ſed ſolum de ſtatu Eccleſiarum in regnis Hiſpaniarum, & Galliarum agere, in quibus doctrina Catholica hiſce temporibus Conſtāte Imperatore Catholico Occidentem gubernante florebat, eaque occaſione in vtroque regno inſignes viri eruditione, & ſanctitate vitæ, religioneque conſpicui fuerunt, in Gallia enim ſpecimen maximum;& ſplendorem vitæ,morū; & litterarū præbuerunt Maximinus Epiſcopus Treuerenſis,Hilarius Epiſcopus Pictauienſis, Paulinus Marinus Arelatenſis, Euortius Aurelianenſis, Rhetitius Auguſtudunenſis, & alij clari viri, de quibus ſanctus Iheronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, & ſanctus Antoninus, *e* agunt, ſed vna cū hac fœli-

cita-

*a Durantus ſupra. num. 55.*

*b Zoſimus li.2.Zonaras tom.3. Eutropius lib.11.ſigonius lib.5.de Imperio Occidentāli anno.339 Varonius.3.tom. anno.337.fo.448.*

*c Rufinus lib.*10.*c.*16. *in additione ad Euſebium Varonius* 3.*tom.anno.* 340.*f.*480.*Eutropius libr.*11.*Morales lib.* 10 *c.*34.*S, Antoninus.*2.*p.tit.*9.*c* 4.*Nicæphorus lib.*9.*c.*28.

*d Sigonius li.*15.*et* 16.*de imperio Occidentali, et Varonius* 3.*tom.anno.* 350.*folio.*565.

*e S. Anton.*2.*p.tit* 10.*c.*3.*Varonius.*3 *tom.anno.*337.*fol.*445. *Genebrardus. lib.*3.*anno.*341.

14 *Tempora Cōſtantij,Conſtantis,et Cōſtantini.*

15 *Status Eccleſiarum Hiſpaniæ,et Galliæ.*

16. *Inſignes viri Galliarū hoc imperio.*



citate catholica immixtio quædam infœlicis ſortis obtigit,cum fœce hæreſis Arrianæ laborauerit Saturninus Epiſcopus Arelatenſis hac peſte infectus, vt ſulpitius ſeuerus lib. 2. ſacræ hyſtoriæ eius ætatis auctor aſſerit,cuius verba ſunt. *Illiricum,atque Orientem Valens, & Vrſacius, cæterique, quorum nomina didicimus, infecerunt Gallias, Saturninus Arelatenſium Epiſcopus homo impotens, & factioſus premebat.* Adeo quod niſi Hilarius diligenter occurriſſet, Gallia nimis in periculo eſſet ex eodem ſulpitio nu.66. *Reſiſtebat ſanis ſaturninus Arelatenſium Epiſcopus vir ſane peſsimus, & ingenio malo,prauoque, verum etiam præter hæreſis infamiam multis; atque infandis criminibus conuictus Eccleſia eiectus eſt, ita partium vires amiſſo duce infractæ, Paternus etiam à Petrocoris æque vecors, nec detrectans perfidiam profiteri ſacerdotio pulſus cæteris venia data illud apud omnes conſtitit, vnius Hilarij beneficio Gallias noſtras piaculo hæreſis liberatas.* De qua re etiā egerunt ex Sozomeno,& alijs Varonius, *f* Sigonius,& Genebrardus. In Hiſpania vero plures ſplendiſsimi viri floruerunt, in quorum numero Gregorius Epiſcopus Elliberitanus, ſeu Illiberitanus recenſetur,& Iuuencus, quem nobiliſsimum genere,& litteris appellat Diuus Iheronymus vtriuſq; mentionem faciens ipſe,& Honorius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, *g* Morales, Vaſeus, & alij, Pacianus Barchinonenſis Epiſcopus ex Vaſeo,& Prudentius,& Dexter ex Mariana libr.4.c.17. ſed ex omnibus Oſius ille,qui vnus pro multis ſuffectus clariſimū fuit ſydus Eccleſiæ illo ſæculo,& miraculum, gloriaque eius ætatis,cuius laudes ſanctus Athanaſius,alijque ſcriptores eius temporis ita extollunt,vt inuenire modum dicendi,vt par eſt,fateantur non poſſe, cū ipe ſit,quem Sylueſter Papa,(vt diximus) ad Conſtātinum miſsit,cuiuſque diligentia ipſe Conſtantinus ad fidem conuerſus extitit, quemque parentem animæ ſelegit,& ad cōponendas diſcordias inter *h* Arrium,& Alexandrum miſsit,quique ab Eccleſia Princeps iudicatus fuit,vt Arrianam hæreſim damnaret, & Nicænum ordinaret concilium, ſymbolumque fidei, vt dictum eſt, qui Cæcilianum Epiſcopum Carthaginenſem defendit, â crimine ei illato, Donatum ſciſmaticum, eiuſque errores confutauit, *i* quique primus Euſtachij Monachi Sebaſtienſis Epiſcopi errores detexit, & impugnauit concilio Cangrenſi in in Paphlagonia celebrato, vt ex eius actis & epiſto-

C 4 la

17 *Gallia laborat hæreſi Arriana.*

18 *Iuuēcus Gregorius Illiberitanus Pacianus Barchinonenſis Hiſpani.*

19 *Laudes Oſij & dotes animi, & mentis.*

*f Varonius.*3.*tom. anno.*353.*fol.*593. *& anno.* 356. *fol.*655.*Sigonius lib.*6 *de imperio Occidentali anno.* 358. *&* 362.

*g Morales li.*10. *c.*36. *&* 37. *Vaſeus anno.*342 *&.*350. *Varonius.*3.*tom. anno.*337.*fol.*445.

*h Euſebius lib.*22. *de vita Conſtantini & Socrates lib.*1.*hiſtoriæ.c.*4. *Sozomenus lib.*1.*c.*15.

*i S. Auguſtin. lib.*1 *contra epiſtolā Parmeniani.c.*4.

la ad Epiſcopos Armeniæ patet, qui Sardicenſes canones ordinauit, rogauitque ſingulorum ſententias ex actis eiuſdem, qui Nouatianos hæreticos proſtrauit, & denique qui ſolus tot, tamque diuerſas hęreſes expugnare, & ê medio Eccleſiæ tollere potuit, ita vt â cœlo miſſus eo turbulentiſſimo tempore hæreſum videretur doctor veritatis, & lumen fidei, pater conciliorum, parẽs Imperatorum, in quo totus orbis videtur fundamentum conſtituiſſe doctrinæ, & veritatis, Cõſtantiuſq; Imperator quamuis potentia, & faſtigio imperij, ingentem numerum fautorum haberet ex præſulibus Eccleſiæ pro ſecta Arrij tuenda, omnes pro nihilo ducebat, Oſiumq; ſolum magis ſuę opinionis velle aſſerebat, quam omnes alios ex orbe terrarum, idq; adeo acriter, & inſtanter curauit, vt Oſium decrepitum ſenem, quem ſtigmata cadentis ferri pro Chriſti fide impreſſa â Daciano habere Nicęphorus *K* recitat, quemq; exulatum pro defenſione doctrinæ catholicæ ſępe viderunt patres antiqui, & exemplum quoddam patientiæ omnibus propoſitum, & diuerſa martyria ſuſtinentem, tãdem eum cõpulerit vi oppreſum ſenio cõfectum ſubſcribere Arrianæ hæreſi in conciliabulo Syimienſi, vnde Iſidorus de viris illuſtribus refert exitum infœliciſſimũ habuiſſe, cum enim eſſet reductus poſt hanc cõfeſſionem in Hiſpaniam, nec vellet ei communicare ſanctus Gregorius Illiberitanus Epiſcopus ex ea re cõmotus Oſius curauit, vt Clementius Conſtantius pręfecti Vicarius in exilium mitteret, & cum non auderet Clementius Epiſcopum iudicare Oſio tribunali ſedente vt iudicaret, cum ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter, & ceruicem, ac de ſurſum interram eliditur, atq; illico expirauit. Iſidorum ſecuti ſunt Hiſpani auctor Vaſeus, Morales, *l* Loayſa primo, qui poſtea aliud ſenſiſſe videtur, ita vt multo ante tempore beatus Auguſtinus conqueratur, quod Hiſpanum notent, quem aliæ defendunt nationes, zelum tamen laudans, eo quod lapſum repræhendat conſtantia fidei Hiſpana.

*K Nicæphorus lib. 8.c.14 Theatrum vitæ humanæ lib. 3.*

20 *Oſij exitus hyſtoria.*

*l Morales lib. 10. c. 36. Vaſeus anno. 374. Loayſa in annotationibus ad Illiberitanum concilium. Mariana lib. 4. c. 17 de rebus Hiſpaniæ.*

Sed tamen quia ex Oſio, quem Oſium, quia Oſius Gręce ſanctus, Latine dicitur appellarunt, cum eſſet ſanctitate pollens eximia, vt notat Theodorus Balſamo in principio concilij Sardicẽſis, & ſanctus Athanaſius in apologia de fuga, tot fructus percepit Eccleſia Catholica, & tam ingentem gloriam Hiſpania

geni-



genitrix eius dicutienda ſunt hæc duo, primo ſi lapſus ſit ore tantum, non corde, vt fuit negatio Petri, ſecundo an poſtea pœnitentiam egerit; vt alter Petrus flens peccatum negationis. In prima parte Sulpitius Seuerus adeo in Oſio fiduciam habuit auctor pius, & ætati illi proximus, vt dubitet, an conſenſerit Oſius lib. 2. ſacræ hyſtoriæ hæc proferens: *Oſium quoque ab Hiſpania in eandem perfidiam conſenſiſſe opinio fecit, quod eo mirum, atq; incredibile videtur, quia omni fere ætatis ſuæ tempore conſtantiſſimus noſtrarum partium, & Nicæna ſynodus illo auctore confecta habebatur, niſi fatiſcente æuo, (etenim maior centenio fuit vt ſanctus Hilarius in epiſtolis refert) delirauerit.* Idemq; Epiphanius hæreſi 73. dicẽs, id Oſio impoſuiſſe ex quadam epiſtola furata, hæc dicens: *Alterum vero eſt, quod cum antea ſcripſerint diſſimilem ſecundum eſſentiam Filium Patri, vt putarent ſe condemnare Eccleſiam per litteras, quas a venerando Epiſcopo Oſio venati eſſent, in quibus diſſimilis ſecundum eſſentiam habetur,* Sed lapſum fuiſſe Oſium, ſubſcripſiſſeq; formulis tribus in Syrmieſi conciliabulo editis, non dubitatur apud auctores hyſtoriæ, id tamen poſt multa tormenta illata, & vi, metuquê coactus fecit, vt ex his verbis *m* Nicæphori patet, *Oſius Cordubæ Hiſpaniæ vrbis Epiſcopus confeſſor, & Nicænæ ſynodi particeps, qui quidem perinuitus Syrmiæ adfuit, Arrianorũ enim dolo non dudum antea in exilium pulſus annitentibus eis, qui Syrmium conuenerant Imperiali edicto reductus fuerat, ſperauerant enim illi, ſi is ſuffragator eorum, ſiue perſuaſione, ſeu vi fieret multum eum ad cõſtituendum, ſtabiliendumquè dogma eorum momenti allaturum eſſe, vt qui ſpectata fide teſtis; & veluti quoddã miraculum eius ætatis hominibus haberetur, verum vbi aſſentiri eis renuerit varios rurſum cõtracto iam; extenuatoquè grauiore ætate corpore ſuſtinuit cruciatus adeo vt ad fidiculas, & verbera peruenerint, quibus ille coactus tribus erorum formulis aſſenſit, et ſubſcripſit.* Et eadem fere verba tranſcribit Caſsiodorus in tripartita li. 5. c. 9. & ſanctus Athanaſius, *n* qui ſpectator, & actor fuit in hac re, diligenterquê omnia notauit, lapſumquê hunc luget Vigilius contra Euthichem lib. 5. eleganter inquiens. *Immenſo ſane luctu & implacabilibus lamentis proſecuti ſunt ſancti patres funus præclariſſimi viri, qui cum nauem, qua tot, tantaquè Maria nauigarat: inter Syrtes ſcopulos atquè pyratas validis vndiquè aduerſarijs vrgentibus, ventis iam ad portum ſalutis magna gloria perduxiſſet incolumem ibi inſperato naufragium fecit, vniuerſa Eccleſia catholica expaueſcente eiuſmodi Oſij plane mi-*

*m Nicæphorus lib. 9. c. 31.*

*n S. Athanaſius apologetico. 2.*

ſeriã

*ſerabili caſu catholicus orbis contremuit, concuſſaq; ſunt ſoli-diſſimæ petræ.* Idemque ex Soebadio beatus Iheronymus de ſcriptoribus Eccleſiaſticis teſtatur, itaque in tribus his, de quibus diſputatio habetur, primum credimus lapſum fuiſſe Oſium, vnde exiſtimo non corde interiori, & mente lapſum, ſed ore ſolum, & exterioribus verbis, & non omnino, in qua re nullum teſtem locupletiorem meæ opinioni adferre potero quam occulatiſsimum eius ſæculi Athanaſium inſignem, & exemplum ſummum patientiæ, & conſtãtiæ, is enim duobus locis id affirmat. 1. ad ſolitarios ſcribens in epiſtola ad eos inquit. *Tantam vim intulit ſeni, quem Syrmij pro exilio detinebat, & ita eum arcte tenuit, vt afflictus, atque tristiſque malis tandem ægroque cum Vrſacio, & Valente communicaret, ſed tamen vt contra Athanaſium non ſubſcriberet, &c.* Poſtea in apologia. 2. ad finem. *Et ſi Oſius minis Cõſtantij perterritus non videbatur Euſebianis contradicere, vis tamen illa, & Conſtantij tyranni poteſtas, multæque contumeliæ, & interminationes ſatis oſtendunt, minime eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe, ſed ſenij imbecillitate impar verberibus ad tempus cæſiſſe.* Idem Socrates lib. 2. cap. 26. de Oſio loquens. *Hac de cauſa motus vt dixi, acceſit ad concilium, ſimul atquè ſenex, ille eorum fidei aſſentire abnuebat, plagæ illi erant inflictæ, membraquè machinis diſtorta, quapropter fidei formulis eo tempore æditis vi, & neceſſitate compulſus conſenſit, ſubſcripſitquè.* Idem Sozomenus, o Nicæphorus, & Tripartita teſtantur, itaque ex grauiſſimis auctoribus patet. 1. vi, & cruciatibus in ſenio infectis ſubſcripſiſſe, in quo omnes conueniunt, Secundo ex Athanaſio, non eum cõſenſiſſe, ſed ægre ſimulque ad tempus ceſiſſe. Tertia autem pars huius hyſtoriæ an Oſius pœnitentiam egerit, licet habeamus teſtimonium Iſidori Hiſpani aduerſus Oſium, tamen vt Garſia Loayſa eruditiſsimus in margine eius libri adnotauit, ſanctiſsimus ille vir, qui pluſquam poſt ducentos annos ab Oſij temporibus vixit ex Marcellino apoſtata ſciſmathico ſectæ luciferianę aſumpſit, vbi eadem verba protulit, quæ beatus Iſidorus in cõmentarijs de Syrmienſi concilio ad Theodoſium, vt Varonius p aduertit, ex incerto auctore, qui duodecim vitas collegit, in fine videtur quem manuſcriptum in lucem eduxit Garſia Loayſa, & pro eo impio auctore Marcellino, qui occaſionẽ Iſidoro præbuit, eius verba genuina, & impia tranſcribendi alium auctorem Oſio contemporaneum teſtem fidedignum occu-

o *Sozomenus lib. 4 c. 5. Nicæphorus, & Tripartita loco ſupracitato.*

p *Varonius. 3, tomo anno 357. fol. 667.*



occulatiſsimum adducamus, de cuius cauſa agebatur in eo concilio, & qui tractabat accurate, & luculenter res Eccleſię ſanctum Athanaſium videlicet, cuius teſtimonio libenter vtimur in re tam graui, is enim locis etiam citatis. 1. in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes in verbis ſuperius relatis inquit. *Ægræquê cũ Vrſacio, & Valente communicauit, ſed tamen vt contra Athanaſium non ſubſcriberet verũ ne ita quidem illam rem pro leui habuit, moriturus enim quaſi in teſtamento ſuo eorum vim proteſtatus eſt, & Arrianam hæreſim condemnauit, vetuitquè eã eam à quocumq; probari, & recipi.* Non enim apertius potuit id Athanaſiꝰ ſcribere, neq; vllũ aliud fidedigniꝰ teſtimoniũ quam Athanaſij adduci, & ne is videatur ſemel id protuliſſe, vt geminata verba arguãt q enixam voluntatem. Idem in apologia. 2. in fine. *Vis tamen illa, & tyranica Conſtantij poteſtas, multæquè cõtumeliæ, & interminationes ſatis oſtendunt, minime eum in noſtri condemnationem conſenſiſſe, ſed ſenij imbecillitate impar verberibus ad tempus ceſiſſe.* Hactenus Athanaſius, ex quibus verbis *Ad tempus ceſiſſe*, certum eſt, quod qui ad tẽpus cedit, poſt tempus in priſtinum ſtatum reuocatur, & reſtituitur, vt aperte ex alio loco primo cum hoc coniuncto oſtẽditur. Idemque videtur Hilarius de ſynodo ſenſiſſe illis verbis. *Sed de eo (nempe Oſio) nihil queror, qui idcirco eſt reſeruatus, ne iudicio humano ignoraretur, qualis antea vixiſſet.* Scilicet, quod eum Deus reſeruauit viuum, dicit Hilarius, vt poſtea pœnitentia acta, non humanum iudicium ignoraret aliũ exitũ, & quẽ ſecũdũ vitã habuiſſet, ita vt cũ in eo ſancta, & integra fuerit, ſic fuit exitꝰ errore ſublato, & abducto, has ſententias videtur conciliare ſanctus Auguſtinus cõtra epiſtolã Parmeniani. c. 4. dũ Hiſpanos eum cõdẽnaſſe zelo fidei narrat, ſed Gallos abſoluiſſe, cum enim Donatiſtæ odio eum proſequerentur, vt pote qui Cæciliano contra eos fauit tempore Conſtantini, in eos inuehitur ſanctus Auguſtinus inquiens. *Quod enim de Oſio dicunt Cordubenſi quondam catholico Epiſcopo, flagitandum eſt, vt probent, non ſolum talem illum fuiſſe, qualem dicunt, ſed quod talis fuerit, manifeſtum illis fuiſſe, quibus eum communicaſſe aſſerunt, hoc enim niſi probauerint, fruſtra dicunt ſe ſciſſe qualis fuerit, qui à neſcentibus obeſſe nõ potuit, à quibus ſe iſti innocentibus ſeparando propter ipſam ſeparationis ſacrilegam iniquitatem innocentes eſſe non poſſunt, hoc enim magis credibile eſt, ſi tamen Oſius ab Hiſpanis damnatus, â Gallis eſt abſolutus, ſic fieri potuiſſe, in falſis criminationi-*

q *l. Balliſta vbi gl. & doctores. ff. ad Trebellianum.*

*Digna legi virtus vltro ſe purpura ſupplex*
*Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.*

CVius virtutes ſi recenſendæ forent pro dignitate, volumina ingentia exigerentur, ſed breui ſumma colligam, quæ officia in Eccleſiam Hiſpanus Theodoſius contulerit, expendendo ex illis aliqua. Primum cum Conſtantinus ſolum libere ritus, & ceremonias exerceri, in Eccleſia edictis præceperit, non tomen fana Idolorum dirueret, Theodoſius delubra illorum radicitus euellit, prohibuitquê, ne illis ſacrificia fierent, vt habetur. l. 1. &. 2. C. de ſumma Trinitate in codice Iuſtiniani, & in codice Theodoſiano, & cum â Iuliano Apoſtata, & Valente pecunia fiſci miniſtraretur ad ritus Gentilicos ille abſtulit ex Zoſimo libr. 4. denique ſtatuit, vt ſola fides catholica, quam Damaſus Papa profitebatur, x ſeruaretur, & vt Nicæno concilio ordinata fuit. Secundo opem ſummam concilijs congregandis tulit, vt cerni poteſt in duobus Conſtantinopolitanis aduerſus Macedonianum eius auxilio congregatis. y Tertio obedientiam eam Eccleſiæ cenſuris præſtitit, vt exemplum ſit omnibus ſingulare, & immortale ex illa notiſsima hyſtoria, cum enim Buthericus in Theſalonica præfectus â populari ſeditione interfectus fuiſſet, eo quod ad Ludos Circenſes exercendos non eduxiſſet è carcere quendam aurigam exercitatiſsimum, cognita vero â Theodoſio nece præfecti, & aliorum, qui cum eo interfecti ſunt, plures ex ciuitate Theſalonicenſi occidi iuſſit, tam ex nocentibus, quam ex innocentibus, quo præcepto executioni mandato, milites ſeptem millia ciuium trucidarunt, quorum plurimi culpa vacabant, cuius plagæ cum certior factus eſſet beatus Ambroſius ex eo irritatus Mediolani Theodoſium in Eccleſiam introeuntem detinuit, â ſacriſque abſtinere iuſsit, & ingreſſum Eccleſiæ prohibuit, donec pœnitentiam ageret, cuius mandato humilis Theodoſius reuerenter obediens, diu ſe ſeparatum â diuinis agnouit, & moerore cum pœnitentia declarato, publicequê veniam petens admiſſus eſt ad ſacrificia, & officia Eccleſiæ, abſolutuſquê â cenſuris, ideoquê legem condidit, quæ habetur in codice Iuſtiniani. l. vindicari. C. de pœnis, &. l. 3. codice Theodoſiano eodem titulo, & apud Gratia-

25 *Officia Theodoſij in Eccleſiam.*

26 *Fana Idolorum deſtruxit Theodoſius.*

27 *Concilia congregauit.*

28 *Hyſtoria Theſalonica*

*x Theodoritus lib. 5. c. 20. Nicæphorus lib. 12. c. 25. & 27 Socrates lib. 5. c. 16 & 17. Sozomenus lib. 5. c. 7. Ruffinus lib 2. c 23. Tripartitr lib. 9. c. 7 & 10. & 33 & 34.*

*y Tripartita lib. 9. c. 12. Socrates lib. 5 c 8. Sozomenus lib. 7. c. 7.*



tianum cap. cum apud Theſalonicam. 11. quæſt. 3. qua cauetur, ne aliquis vitam adimat, donec per 30. dies cauſa audiatur, vt iracundiæ locus detur, quod auguſtum, & memorabile factum dignum tali Imperatore omnibus ſæculis alta mente retentum conſeruari debeat, cũ non ſummi Pontificis, ſed vni9 priuati Pontificis Mediolanenſis Ambroſij precepto ita ceruicem ſubmiſerit, vt quod ægre quilibet pretor priuatus recuſaret, ipſe ſummus Imperator adimpleuerit, qui licet declarauerit ſe confici moerore, omniquê ſolatio carere, donec ingredi Eccleſiam poſſet, nunquam ad eam profectus eſt, donec licentiam, & veniam â beato Ambroſio obtinuit. Quarto cum conſules, & ſenatores plures eſſent Æthnici Gentiles, exemploquê ſuo alios traherent ad paganiſmum, Thedoſius hoc prohibuit, & ita catholici effecti ſunt, & cum eis alij executores eorum, vt Prudentius cecinit, & ex eo aduertit Morales libr. 10. cap. vltimo. Quinto omnem peccandi occaſionem abſtulit, cum enim praua Romæ conſuetudo vigeret, qua adulteræ probato adulterio proſtituebantur; vt eſſent meretrices omnibus communes, hoc ſubſtulit, & pœnam ordinariam legis Iuliæ de adulterijs exequi iuſsit, ex Tripartita lib. 9. cap. 24. Socrate lib. 5. cap. 18. Item ex eis Piſtrina, in quibus fraude homines inmolam ſubterraneis includebant, funditus euellit, vtilia conſtituendo, praua auferendo, tyranos ſuperauit, Eccleſiam auxit, ita vt eius protectione ſecura reddita ſit, & amplificata, fortitudine defenſa, muneribus ditiſsima, ab opreſione hæreſum liberata, â Gentilibus Idolatris crepta, â fidelibus venerata, & vltima hora, vt diuus Ambroſius in oratione in obitu Theodoſij ait, Eccleſiæ fidem, & obſeruantiam commendauit dicens. *Dilexi virum, qui cum iam corpore ſolueretur magis de ſtatu Eccleſiarum, quam de ſuis periculis angebatur, nam præcipue commendauit fidem ſeruari catholicam, Gentilium ritus extirpari.* Nicæphorus lib. 3. cap. 1. idem ait. *Moriens vero nihil aliud eis mandauit, quam vt veram pietatem, integram ſeruarent.* Quod & Zoſimus Gentilis libr. 4. fatetur, notat Varonius quinto tomo anno. 395. & vita dignus fuit, vt eo ſæculo florerent in Oriente magnus Athanaſius, Baſilius, item magnus Gregorius Nazianzenus Theologus ſummus, & Ioãnes eloquentia magnus cognomento Chriſoſtomus,

29 *C. cum apud Theſalonicã 11. q. 3. l. vindicari. C. de pœnis.*

30 *Iuſsit vt omnes gubernatores eſſent Catholici.*

31 *Occaſiones peccatorũ abſtulit, vt eſt hyſtoria in pœnis adulterij.*

32 *Eccleſiã auxit.*

33 *Vltimo vitæ ſpiritu commẽdauit Eccleſiæ protectionem.*

34 *Eo ſæculo doctores Eccleſiæ floruerũt in Oriente, & Occidente.*

 &in

& Occidente quatuor culmina, columnæque Eccleſiæ luminaria eiuſdem, Hilarius, Iheronymus, Ambroſius, & Auguſtinus, & laudes Theodoſij cum non poſsint recenſeri, conſulendi ſunt auctores, de eius rebus geſtis z agentes. Neque ſilentio præteriri debet Placilla Augusta vxor Theodoſij Hiſpana ex Claudiano, quæ ex Tripartita lib. 9. cap. 11. & 31. & Nicæphoro libr. 12. cap. 8. & 42. cum diuinis litteris erudita eſſet, cauſa fuit, vt Theodoſius non deciperetur ab Eunomio hæretico, quem Aulicorum præcibus ad colloquium admiſsit, & illa Nicænæ ſynodi fidem profitens cum amantiſsimo coniuge egit, vt cum illo prorſus non colloqueretur ne dolis, & illecebris Imperatorem in ſententiam adduceret, quod & facilius conſequi potuit, cum Deum ſibi propitium haberet, cuius pauperibus in xenodochijs ſeruiebat, vt ancilla alligando iuſcula delibando, patellas amouendo, panem apponendo, ciborum fruſtra afferendo, pocula eluendo, cochlearia offerendo, & cum â quibuſdam notaretur, dicere ſolita erat, aurum diſtribuere opus imperij eſt, ego autem pro ipſo imperio hoc opus offero bona mihi omnia conferenti, maritum hortabatur, quotidie memoria repetens oportere ſemper, vt cogitet, quid pridem fuerit, quid modo eſſet, vt ingratus benefactori non eſſet. Nec aureo hoc ſæculo fœlicitas Hiſpaniæ minor extitit in eo, quod Pontificem ſummum Damaſum Hiſpanum Eccleſiæ Catholicæ obtulerit, qui ex eius regione miſſus eſt, ſiue Luſitanus ex oppido, quod dicitur Guimaraens, ſiue Carpetanus ex Madrito inſigni Regum ſede oriundus, vt Platina, & omnes Pontificales eius vita referunt, & noſtri hyſtorici a qui Pontifex vt primus Hiſpanus, quam alius ex Gallijs, primam ſedem petit ab Eccleſia, cuius primam ſedem tenuit, ſicut enim frater maior regnum Hiſpanum fundatione, Eccleſiarum erectione, inſtitutione diuina legis Euangelicæ, ita Imperatorum catholicorum miſsione extitit, & fratris primogeniti beneficio in temporalibus, & ſpiritualibus adeo afficiendus erat, vt primum Pontificem in Eccleſia obtineret, in quo laudanda Hiſpania, primo, quod fuerit Damaſus Hiſpanus adeo inſignis religione, & morum vitæ exẽplo, & eruditione, vt ſextum concilium Cõſtantinopolitanum fide diamantinum lapidem congre-

*z Vltra dictos vidẽ di ſunt S. Antonin⁹ 2. p. tit. 9. ca. 6. § 3. Euagrius lib. 1. hyſtoriæ Eccleſiaſticæ Zonaras. 3. 10. Ruffinus li. 11. c. 18. Morales li. 10. c. 45. Sigonius lib 9. de imperio occidentali Varonius 4. tomo ab anno 379. Mariana li. 4. cap. 20.*

35 *De Placilla vxore Theodoſij Hiſpana.*

*Quod prim⁹ Pontifex in Eccleſia fuerit Hiſpanus quam Gall⁹, & is Pontifex Sanctus, & mirabilis Damaſus.*

*a Morales lib 10. c. 40. Vaſe⁹ anno 387 Monarch lib 14. ca 2 § 1. Mariana lib. 4. cap. 19. & 20.*



gregauerit, de quo beatus Iheronymus in epiſtola ad Pacacium Virginẽ, aſſentit Virginitatis palmã conſecutum, & ſanctus Ambroſius b laudat, Theodoritus c mirabilẽ vocat, Symachus Gentilis in epiſtola ad Theodoſium Epiſcopum, & inſignẽ antiſtitem legis catholicæ appellat, & ſanctum Platina eius vita, & Varonius d aſſerens plura miracula eius gratia, & oratione viſſa fuiſſe, & eum in Occidente multa veritatis luce corruſcaſſe Nicephorus e teſtatur omni genere laudis florentiſsimũ, & inſignẽ Theodoritus f vocat. Secundo in eo, quod â Damaſo Hiſpano Eccleſia plures ſacros ritus, canendi Pſalmos, & Alleluya, & alia habet quę Varonius, recenſent Platina, & alij. Tertio ꝙ primus extitit ex Hiſpania Pontifex, quam ex Gallia, cum Damaſus fuerit trigeſsimus nonus Põtifex â beato Petro, & anno 370. creatur ex Platina, Palmerio, Michaele Burchingero, & Papyrio Mauſonio, Illeſcas in eius vita, at primus ex Gallis ex Platina in Martino. II. & alijs quibuſdam auctoribus extitit Martinus ſecundus fiorens anno. 883. & centeſsimus vndecimus Pontifex â beato Petro, & adhuc iſte non Martinus, ſed Marinus dictus ex Onufrio Panuino in additione ad Platinam, qui non Gallus fuit, ſed ex Galleſio oppido in Hetruria, vt Papirius Mauſonius recitat eius vita, & ita primus ex Gallis Syluester ſecundus extitit anno. 997. & 147. Pontifex â beato Petro ex dictis auctoribus in eius vita.

*b Sanctus Ambroſius lib. 5. epiſt. 40.*
*c Theodoritus lib. 5 c. 3. & 10.*
*d Varonius. 4. tomo anno. 367. fol. 200. & anno. 384. f 498*
*e Nicæphorus li. 11. c. 44.*
*f Theodoritus li. 5. c. 2. & c. 10. Socrates lib. 4 c. 24. Sozomenus lib. 6. c. 23.*

Cum Hiſpania horum ætate tot ex ſe, vt ex equo Troiano emiſſerit alijs nationibus preclaros Imperatores, & Pontifices, in eius Prouincia floruere clariſsimi viri â ſancto Iheronymo de ſcriptoribus Eccleſiaſticis celebrati, Platina g in vita Syricij, & â noſtris, vt fuerũt Aurelius, Prudentius inſignis hymnorum vates, ſanctus Pacianus Epiſcopus Barchinonenſis, Dexter, Gregorius Epiſcopus Illiberitanus, Abundantius, Audientius, & Olimpus, Paulinus, & Theodoſius pater Imperatoris â Valente martyrio coronatus, eo quod cum accepiſſet in Imperio ſucceſſurum, qui T H E atque D in nomine haberet omnes Theodoſios, Theodoros, h & Theodotos, quos inuenire potuit, vt alios ab Herode Innocentes interfectos occidit, & Syricius Papa ſcripſit Hincmaro Epiſcopo Tarraconenſi, vt habetur. 1. tomo conciliorum, Mariana lib. 4. cap. 20. & 21. Gallia

37 *Hiſpaniæ, et Gallia ſtatus.*

38 *Aurelius, Prudentius, Pacianus, Dexter, Gregorius Illiberitanus, et alij Floruere in Hiſpania.*

*g Morales libr. 10 c. 42. Varonius anno 344. Pãuin⁹ in chronico ab anno. 370. & Genebrardus li. 3. Mariana lib. 4. c. 20. & 21.*

*h Zonaras. 3. tomo Tripartita lib. 7. ca. 35. Socrates libr. 4. c. 15.*

 item

item excellentes obtinuit viros, Hilarium inſignem, & Exuperium Toloſanum, beatum Martinum Turonenſem, & alios, quos Genebrardus recitat, ſed in hac fœlicitate cum in vita humana nihil perfectum ſit, & conſumatum infœlix Hiſpania fuit naſcente in ea Priſciliano hæretico, qui ex Gnoſticis, & alijs conatus eſt ſeminare hæreſim, aduerſus quam cócilium Cæſarauguſtanum congregatum eſt, vt ex eo patet, & primo tomo conciliorũ & apud Garſiã Loayſam, & Gallia eodem morbo Priſciliani laborauit, cum eum reciperet, ex Sulpitio *i* Seuero in fine hyſtoriæ, Morale, & Sigonio, is tamen non hæreſiarcha fuit, ſed ex alijs accepit, ita quod ex Hiſpania nulla hæreſis orta eſt vnquam, ſed ad eam ex alijs regionibus allata extitit, neque hæreticos patitur cum ſtatim Priſcilianum abiecerit vt partum abortiuum, ſed Gallia laborauit, tum Priſciliano, & focijs, qui multam Galliæ fœcem doctrinæ ſeminarunt, tum Vigilantio hæreſiarcha, qui inuentor fuit hæreſis ſummæ, quam ad Hiſpaniam adferre tentauit, vt Morales, & Vaſeꝰ narrant, Panuinus, & alij. Item, & laborauit Arriana hæreſi, vt epiſtola ſua declarat Damaſus Papa, curans vt reducantur Galli Epiſcopi, nec decipiantur, quam recitat Sozomenus lib. 6. c. 23. & legitur in concilio Romano Damaſi Papæ.

39 *Syricius Papa ſcribit Hincmaro Epiſcopo Taraconenſi.*

40 *Galliæ viget Hilarius, Exuperius, beatus Martinus.*

*i Morales lib. 10. c. 44. Vaſcꝰ anno 343 Sigonius li. 9. de Imperio Occidẽtali Mariana libr. 4. c. 20. & 21.*

41 *Priſcilianus hæreticꝰ, qui Galliam, & Hiſpaniam, corrupit.*

42 *Gallia hæreſibus laborauit diuerſis.*

Ex his patet ad epilogum rem reducendo, quod filius primogenitus Hiſpanum regnum eſt Eccleſiæ, cum ſit primum regnum catholicum, primum Pontificem in Eccleſia, primam Eccleſiam in regno, primum in ea concilium habuerit, & in Romana vrbe primum ſanctum, & Eccleſiam ei dicatam, in multiſquẽ alijs rebus primum ſit, & ita primam benedictionem, & ſedem poſtulat, & quia tempore Arcadij, & Honorij diuerſum ſtatum habuerunt, alio capite de his agendum erit.

43 *Epilogus, ꝙ filius primogenitus ſit Hiſpania.*

(?)

CAPVT



# CAPVT NONVM,

## Quo ſtatus Eccleſiæ in Hiſpania, & Gallia deſcribitur ab Imperio Arcadij, & Honorij, vſque ad Recharedum Regem Gothorum.

(?)

HOC Aureo ſeculo, quo ſummi Dei beneficio, & Catholici Theodoſij Hiſpani opera, & auxilio totius orbis vna vox Chriſtus erat, cum vbiq; terrarum catholica fides vigeret ex beato Iheronymo, *a* & Paulino eius ætatis certiſsimis teſtibus, cupiditas omnium flagitiorum radix, ſimul cum innata mortalium animis inuidia, ita omnia perturbauit, vt non ſolum regnorum, ſed omnium rerum humanarũ tam religione, quam litteris, & gubernatione mutationem pareret, varioſque mores variæ nationes ex paterno ſitu trãſmigrantes in alijs imprimerent. Magno enim Theodoſio Hiſpano, in Orientali imperio Arcadius vigeſſimum attingens annum, & Occidentali agens decimum Honorius, eius liberi ſucceſſores extitere vterque catholicus, & ambo leges *b* aduerſus infideles, tam Paganos, quam Iudæos ferentes, ſed eo infœlices, quod hi, qui â Theodoſio in faſtigiũ ſummum elati fuere, immemores beneficiorũ in filios conſpirãtes gẽtes Barbaras, & nationes in imperiũ immiſerũt. Gildo enim cui Africa credita fuit, eam ſibi ſumere conatus, â fratre Maceszile victus, per mare profugus ſtrangulatus fuit ex Oroſio lib. 7. c. 25. quam ſtrangulationem Zoſimus lib. 5 deſperationem quandam declarat fuiſſe, ex quá nê in hoſtes incideret laqueo ſe ſuſpendit. Ruffinus vero Aquitanus Gallus, vt Imperij culmen adipiſceretur, in diuerſas Prouincias Imperij Orientalis. Gothos, Hunnos, & alios immiſſit, qui vt hoſtes ingreſsi vt indigenæ ſedes fixerunt, & quamuis ipſe Ruffinus ab exercitu traditus capite truncatus deficeret, tamen ab eo immiſſæ nationes Barbaræ non ſolum Romanas vires contemnere, ſed inſolentius exprobare cœperunt, vt lacrymis Iheremiæ deplorant beeati Iheronymus, *c* & Chriſoſtomus, quod anno. 395. accidiſſe Varonius in annalibus

1 *Arcadij, et Honorij Imperium.*

*a S. Iheronymus epiſto. 3. & 7. Paulinus epiſ. 26. Sozomenus lib. 8. cap. 1.*

2 *Mutationes ex Barbaris nationibus ingredientibus Imperiũ*

*b l. 3. & 4. C. de hæreticis. l. 3. & 4 C. de Pagianis. l. 7. C. de Iudæis & in Codice Theodoſiano. l. 26. et 27. cũ alijs. C. de hæreticis. l. 13. C. de Paganis. S. Auguſtin. ad Vicentium epiſtola. 48.*

*c Iheronymus epiſt. 3. Chriſoſtomus ad viduã Iuniorẽ Varonius. 5. tomo anno 95. fol. 13.*

3

Eccleſiaſticis commemorat. Sed cum ſibi anguſtum ſitum Imperium Orientale huiuſmodi nationes haberent, ad expugnandas eius Prouincias in Occidentale tráſgredi decreuerunt, quod primo apparatus bellicos parando annno. 400. Alaricus Rex Gothorum conatus eſt, & de inde profectus ab anno 400. vt Sigonius lib. 10. de imperio Occidentali anno. 306. & .401. auctor eſt, & cum eſſent duo Reges Gothorum, alter Alaricus Chriſtianus, ſed hæreticus Arrianus, alter Rhadagaiſus Paganus ferox, & immanis, vterque Romanum Imperium diuerſo tempore vexauit, Rhadagaiſus ab anno. 406. qui cum innumera multitudine cœleſti numine iuuante omnino vaſtatus eſt, alter vero Alaricus viciſsitudines habens, & quandoque victor, aliquando à Stelicone victus, tandem eiuſdem hoſtis Steliconis induſtria, qui Eucherio filio Imperium affectans, omnes ei barbaras nationes effudit, Alaricus obſidens Romanam vrbem primo auro redemit, deinde vaſtauit eam occupans, & Italia miſere à Gothis vexata, dum in ea hæc aguntur tragediȩ, Galliam aggredi Vuandali, Alani cum alijs coniũcti barbaris cœperunt pridie Kalendas Ianuarij anno. 407 tranſito Rheno flumine, cuius regni infœlicem cladem ſanctiſsimus ille Eccleſiæ doctor Iheronymus hiſce verbis deſcribit epiſtola. 11. *Innumerabiles, & ferociſsimæ nationes vniuerſas Gallias occuparunt, quicquid inter Alpes, & Pyrineum eſt, quod Occeano, & Rheno includitur Quadus Vuandalus Sarmata, Alani, Gipedes, Heruli, Saxones, Burgundiones, Alemani, & (o lugenda Reſpublica) hoſtes Pannonij vaſtarunt. Etenim Aſſur venit cum illis Magũtia, cum nobilis quædam ciuitas capta, atquè ſubuerſa eſt, & in Eccleſia multa hominum millia trucidata, Vangiones longa obſidione deleti Rhemorum vrbs præpotens Ambiani Attrebatæ extremumquè hominum Morini Tornacus Nemete Argentoratus translati in Germaniam Aquitaniæ nouemquè populorum, Lugdunenſis, & Narbonenſis Prouinciæ præter paucas vrbes populata ſunt cuncta, quas & ipſas foris, & intus vaſtat fames. Non poſſum abſquè lacrymis Toloſæ facere mentionem, quæ vt hucuſquè non ruerit, ſancti Epiſcopi Exuperij merita præſtiterunt. Ipſæ Hiſpaniæ iam iamquè perituræ quotidie contremiſcunt, recordantes irruptionis Cymbricæ, & quicquid alij ſemel paſsi ſunt, illæ ſemper timore patiuntur, cætera taceo, ne videar de Dei deſperare clementia.* Quod & Gallus Saluianus Maſsilienſis de vero Dei iudicio lib. 6. deplorat hac eiulatione. *Excogitata eſt in per*

*niciem*

3 *Italiæ vexatio à Gothis*

4 *Galliarũ occupatio à barbaris.*



*niciem noſtri, ac dedecus gens ignauiſsima, quæ de loco in locum pergens, de orbe in orbem tranſiens vniuerſa vaſtarent, ac primo de ſolo patrio effuſa in Germaniam primam nomine barbaram, natione Romanam, poſt cuius exitium primum arſit regio Belgarum, deinde opes Aquitanorum,* & poſtea. *Nõ enim hoc agitur iam in Maguntiacenſium ciuitate, quæ iam exciſa, & deleta eſt, non enim Aggrippinæ, ſed quia hoſtibus plena non agitur Treuirorum vrbe excellentiſsima, ſed quia quadruplici euerſione eſt poſtrata.* Idquè Ruttilius in itinerario, & Zoſimus lib. 6. confirmant, & Proſper Aquitanus cecinit in prologo libri de prouidentia Dei.

*Heu cæde decenni.*
*Vuandalicis gladijs ſternitur, & Gethicis*
*Non Caſtella petris, non oppida montibus altis*
*Impoſita, aut vrbes amnibus æquoreis*
*Barbarici ſuperare dolos, atquè arma furoris*
*Eualuere omnes vltima pertulimus.*

EX qua gentium immanium irruptione feroci & vaſta, Gallia plena viſa eſt exteris nationibus barbaris Gothis, Vuandalis, Alanis, Sueuis, Silingis, Frãcis, Burgundionibus, & alijs, ita vt hi omnes cum Romanis, & incolis Gallis regnum colerent hac diuiſſione adhibita, quam elegantius alijs Sigonius libr. 11. de imperio Occidentali anno 419 & 423. deſcribit, Romani enim partem Galliæ à Rheno vſquè ad fluuium Ligerim poſsidebãt exceptis ciuitatibus Armonicenſibus, quæ libertatem contendebant. Burgũdiones vltra Rhodanum fluuium propter quaſdam ciuitates Romanis ſubditas. Gothi à fluuio Ligeri, & deinceps & à Toloſa vſquê ad Occeanum, & alij immixti cum omnibus his gentibus, & Vuandali partem maximam occupantes.

5 *Diuiſio Galliarum in occupatione hoſtium.*

6 Dum hæc Galliæ miſera obueniunt, Hiſpania, vt diuus Iheronymus vaticinatur perhorreſcit, ad eam enim dum Conſtantinus tyrrannus vellet Gallias, & Hiſpanias ſibi vſurpare, Conſtantemquè filium Cæſarem ex monacho conſtituere intenderet, aduerſus eũ Didymus, & Verianus Hiſpani ſe obijcientes, in Pyrineis montibus iamdiu ingreſſum impedierunt tyranni autem in auxilium copias Vuandalorum, Alanorum, Sueuorum, & Silingorum induxerunt, vt ex beato Iſidoro de Gothis, & Oroſio d Ambroſius Morales computatione annorum facta narrat. Gothi autem iam inde ab ipſa fundatione Prouinciarum, & genere, & conditoribus fratres Germani cum Hiſpanis,

*Hiſpaniarũ occupatio, & origo Gothorum in eis.*

7 *Origo Gothorum.*

d *Oroſius li. 7 c. pẽ. & vlt. Moral. li. 11 c. 9. 10. & 11. Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 5 c. 1. Ioãnes Magnus lib. 15 hyſtoriæ Gothorum a. c. 5. cum alijs,*

nis, Magog enim frater Tubalis Hiſpaniarum aucto ris Scythiam, & Gothiam condidit ex Veroſo, & Ioſepho lib. 1. c. 6. antiquitatum, curſu tamen temporis in Hiſpanias ab Honorio conceſſas, vt opportuniu demonſtrabimus, deſcenderunt, ita paulatim incolæ facti, vt alias nationes deleuerint, ſoliſque Hiſpanis regnarent nexu, & vnionis cum eis vinculo quodam, ita contracto, vt vna gens facta vnum nomen Hiſpaniarum ſint ſortiti. Huius autem in Occidente mutationis (cum volucris fortunæ rota aduerſa ſecundis ſemper alternet,) plures cauſas, & coniecturas iudicium humanum excogitauit, ſed qui Dei optimi maximi iudicium exquirere oratione, & mœrore curarunt duas potiſsimum reddunt, altera ex vitijs totius Occidentis proficiſcens, hæreſibusquê in quibuſdam Prouincijs vigentibus, vt ſanctus Iheronymus epiſt. 3. luget his verbis. *Noſtris peccatis barbari fortes ſunt, noſtris vitijs Romanus ſuperatur exercitus, & quaſi non hæc ſufficerent plus pene bella ciuilia, quam hoſtis mucro, conſumpſit. Miſeri Iſraelitæ, ad quorum comparationem Nabuchodonoſor ſeruus Dei dicitur.* Alia cauſa ex prouidentia ipſius Dei orta eſt, vt nationes barbaræ Gentiles, & hæreticæ ad fidem incolarum reduceretur, religionẽ catholicam profitentes, vtramq; rationem nouus ille ſuę ætatis Iheremias Saluianus Maſsilienſis Aquitanus Gallus in libris ad eam rem demonſtrandam editis de recto iudicio, & prouidentia Dei ſatis exprimit, & â prima exordiens lib. 3. totius vniuerſi flagitia exprimit hac oratione lugubri. *Ipſa Dei Eccleſia, quæ in omnibus debet eſſe placatrix Dei, quid eſt aliud quam exacerbatrix Dei? Aut præter paucißimos quoſdam, qui mala fugiunt, quid eſt alius omnis cœtus Chriſtianorum, quam ſentina vitiorum? Quotum enim quemquè inuenies in Eccleſia, aut non ebrioſum, aut non helluonem, aut adulterum, aut fornicatorem, aut raptorem, aut ganeonem, aut latronem, aut homicidã, & quod his omnibus peius eſt, præter hæc cuncta ſine fine. Interrogo enim Chriſtianorum omnium conſcientiam, ex his, vel flagitijs, vel ſceleribus, quæ nunc diximus. quotus quiſquè hominum non aliquid eſt eorum? Aut quotus quiſquè non totum? Facilius enim inuenies, qui totum ſit, quam qui nihil.* Et cum longo ſermone de vniuerſo orbe loquatur, de Romanis li. 5. agens eos ita oppreſores pauperum depingit, vt optabiles viduis, & egenis barbari viderẽtur, vt piẽtiores, quam ipſi Romani, ita proferens. *Interea vaſtantur pauperes, viduæ gemunt, orphani proculcantur in tantum,*

8 *Cauſæ quare Gothi, & alij vaſtarunt Imperiũ Occidentale.*

9 *Cauſſa vaſtationis vniuerſi orbis.*

10 *Cauſſa irruptionis in Romanos.*



*tum, vt multi eorum, & non obſcuris natalibus orti, & liberaliter inſtituti ad hoſtes fugiant, ne perſecutione moriantur, quærentes ſcilicet apud barbaros Romanam humanitatem, qui apud Romanos barbaram immanitatem ferre non poſſunt.* De Gallia autem ipſe Gallus eodem lib. 5. *In omnibus quippe Gallijs, ſicut diuitijs primi fuere, ſic & vitijs nuſquam improbior vita, nuſquam corruptior diſciplina, hanc pro muneribus ſacris dederunt Domino retributionem, vt in quantum beneficijs ſuis ille ad ſe illexerat ad propitiandum, in tantum illi flagitijs ſuis laborauerint ad exacerbandum.* Hocquè miſerrimo tempore Vigilantij, & Priſciliani hæreſes ita frequenter apud Gallos vigebãt, vt iram Dei excitarent digni depredandam barbaris clade illa eximia tradi Galliam ex Seuero, & alijs, quos Varonius. 5. tomo anno. 412. fol. 345. recitat. Circa Hiſpanias autẽ ipſe Saluianus Gallus cum Galliarum ſcelera narraſet, de Hiſpanis lib. 7. ſic ait. *Quid Hiſpanias? nonne vel eadem, vel maiora forſitan vitia perdiderunt? quas quidem cœleſtis ira etiam ſi alijs quibuslibet barbaris tradidißet, digna tamen flagitiorum tormenta tolerarunt puritatis inimici, ſed acceßit hoc ad manifeſtandum illis impudentiæ damnationem, in Vuandalis potißimum, id eſt pudicis barbaris traderentur, dupliciter in illa Hiſpanorum captiuitate Deus oſtendere voluit, quantum & odiſſet carnis libidinem, & diligeret caſtitatem, cum & Vuandalos ob ſolam maximè pudicitiam illis ſuperponeret, et Hiſpanos ob ſolam vel maximè impudicitiam ſubiugaret. Quid enim? Nunquid non erant in orbe terrarum barbari fortiores, quibus Hiſpaniæ traderẽtur? Multi abſquè dubio immo ni fallor omnes, ſed ideo infirmißimis hoſtibus cuncta tradidit, vt oſtenderet ſcilicet non vires valere, ſed cauſam, nec nos tunc ignauißimorum quorundam hoſtium fortitudine obrui, ſed ſola vitiorum noſtrorum impuritate ſuperari, vt vere in nos venerit dictum illud, quo ait, ſecundum immunditias ſuas, & ſecundum iniquitates ſuas feci illis, & auerti faciem meam ab eis,* Et mox ſubdit. *Quid prodeſſe nobis prærrogatiua illa religioßi nominis poteſt, quod nos catholicos eſſe dicimus, quod fideles eſſe iactamus, quod Gothos, ac Vuandalos hæretici nominis comprobatione deſpicimus, cum ipſi hæretica prauitate viuamus, itaque rectißimè nobis dicitur illud, quod Iudæis in lege fidentibus dixit ſermo diuinus. c. 78. Iheremiæ. Quomodo dicitis, ſapientes ſumus. & lex Domini nobiſcum eſt, nolite, inquit confidere in verbis mendatij dicentes, templum Domini, templũ Domini, templum Domini, quia ſi benefeceritis vias veſtras, & ſtudia veſtra, & aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, neque ſanguinem innocentem effuderitis, in loco hoc habi-*

11 *Cauſa irruptionis in Gallias.*

12 *Hereſes in Gallia hoc tempore vigebant.*

13 *Cauſa irruptionis in Hiſpanias.*

*habitabo vobiſcum, in loco iſto à ſæculo vſq; in ſæculum, quo*
*vtiq; oſtenditur, quod ſi iſta non facimus, ſuperflua nobis catho* 14

*Hæreſes à Gallia in Hiſpaniam allatæ, & non vigebant, vt in Gallia.*

*lici nominis præſumptione plaudamus,* Et quanquam aliquę
hæreſes in Hiſpania allatæ eſſent à duobus Auitis
Gallis de erroribus Origenis, & Victorini, aliquaq;
veſtigia Priſcilliani manerent, vt epiſtola Oroſij relata
ante librum beati Auguſtini aduerſus Priſcillianiſtas
declarat, & concilium ad id extirpandum To-
letanum congregatum eſt, vt mox dicemus, tamē non 15

*Catholicorū nomen ſemper Hiſpanis naturale, & genuinū fuit.*

ita hæ vigebant hæreſes ſicut in Gallia illis plena,
cum Saluianus ſolum ex peccato libidinis Vuādalos
caſtos barbaros in Hiſpanias irruiſſe teſtetur, aſſerēs
ſemper catholicorum nomine gloriari Hiſpanos, quod
deinde inditum illis, vt naturale, & genuinum fuit, in
Gallia autem feruebant hæreſes, tum Priſcilliani, tū 16

*Hæreſes hoc tempore plus in Gallia, quā in Hiſpania vigebāt.*

Vigilantij, qui Gallus à Gennandio de ſcriptoribus
Eccleſiaſticis dicitur, & quāuis Calagurritanus à beato
Iheronymo nuntietur, in principio aduerſus Vigilantium,
& à Varonio. 5. tomo anno. 406. & Pampilonenſem
dicat Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 4.
c. 20. tamen non Hiſpanum appellant, ſed potius vi- 17

*Vigilantius dum in Hiſpania fuit, non hæreticus extitit; ſed in Gallia, etā n fuerit Hiſpan⁹.*

dentur Gallum nuntiare, cum tunc monſtra Galliæ
naſci hæreticorū dixerint, & potuit eſſe Calagurritanum
aliud oppidum Galliæ, vel ibi præsbyterum
fuiſſe, vt Barchinone, non tamen natum, ſed licet Hiſpanus
eſſet, dum Hiſpaniæ egit, nihil obſcœnum, vel
hæreticum geſsit, immo à Paulino epiſtola. 1. commēdatur,
& à Iheronymo epiſtola. 13. id oſtenditur, ſed
poſt egreſſum ab Hiſpania illam fœcem, & ſentinam
hæreſum euomuit, & imbibit, non eam Hiſpaniæ gu- 18

*Cauſa ex prouidentia Dei deuaſtationis regnorum.*

ſtans, Galliam autem totam fere occupans. Cum igitur
prima cauſa dirruptionis, & cladis huius à Saluiano
tot lacrymis, atq; ſuſpirijs deſcripta ſit.

Secunda cauſa de prouidentia Dei exquirēda eſt,
quæ gloriam maximam Hiſpaniæ parit, cum enim in 19

*Fides in Hiſpanis probata, & pura.*

ea certauerint Vuandali, Alani, Sueui, Selingi, Gothi
hæretici omnes, & hoſtes ferociſsimi, dum viderentur
victores, victi à fide Hiſpanorum extitere, nā
ea, vt aurum in fornace probatum hæreſum ſpurci- 20

*Gothi vicerūt armis, ſed fide Hiſpanorum ſuperati religionē eorū ſuſceperūt.*

tias à ſe abiecit, & ſplendidiorē ſuam religionem, puram,
& integram abſq; macula, & næuo oſtendit, &
ita à Septentrione Deus Gothos ad Hiſpaniam Occidentalem
tranſtulit, vt fidem ſuſciperent, quam Hiſpani
veram profitentur, & eam forſan in ſua regione
manentes non colerent, quod ex duobus auctoribus
eius



eius ætatis coniunctis ſatis oſtenditur ex Saluiano
Maſilienſi, Gallo, & Paulo Oroſio Hiſpano, quorum
alter ærumnas deplorat, alter iuſſu beati Auguſtini
hyſtoriam deſcripſit eodem ſpiritu tradens, quo
21 diuus Auguſtinus ſcripſit libros de ciuitate Dei, tūc

*Oroſij finis in deſcribenda hyſtoria, & Auguſtini in libris de ciuitate Dei.*

enim Pagani, vt ex Zoſimi Gentilis hyſtoria patet,
eam infœlicem cladē tribuebant iudicio Deorum, quod
Gentilium delubra, & Idola ſubuerterentur à Catholicis
Imperatoribus Theodoſio, & filijs Arcadio, &
Honorio, ſed quod ea cauſa non extiterit, cum peccata
publica, & hæreſes eo excidio dignæ eſſent, & prouidentia
Dei occulta id poſtularet, vt poſtea Idolatræ,
& hæretici ad religionem Eccleſiæ Romanæ redirent,
Oroſius hyſtoriam, Auguſtinus de ciuitate
Dei volumen ediderunt, quibus narratur fœlicitas
temporis, quo Chriſtiana religio, & virtus floruit,
& hortantur, vt intelligant ex ærumnis, & infœlici
illo euentu fauſtum aliquid, & fortunatum ſperandum
eſſe, quod idem Tertullianus in apologetico
aduerſus gentes. cap. 39. diſſerit, & idem argumentum
aduerſus Machiauelum hodie proſequitur Eugubinus
catholicus auctor in libro imperia pēdere à
virtutibus, & de Italiæ ſtatu, ſed vt ad rem redeamus
Saluianus lib. 7. inquit de Vuandalis agens. *Quid
enim nunquid abductæ à ſolo patrio degere intra Gallias non potuerant?
Aut ne degerent, cum illeſſæ à nobis vſquè ad tempus
illud cuncta vaſtauerint. Sed eſt intra Gallias formidabāt, quid
in Hiſpania? Vbi exercitus noſtros etiam bellando contriuerant,
nunquid conſiſtere, aut permanere metuebant iam victores,
iam triumphantes, quibus vſquè ad hoc fortitudinis factū
contigeret aſcendere, & poſt experimenta belli diu parati intelligerent
ſibi Romanæ Reipublicæ vires, etiam cum barbarorum
auxilijs pares eſſe non poſſe, poterant ergo illic ſedere, nec timere,
ſed ea vtrquè cœleſtis manus, quæ eos ad punienda Hiſpanorum
flagitia illuc traxerat, etiam ad vaſtandam Africam
tranſire cogebat.* Et hoc veluti proſequens, hancquè
reddens rationem Oroſius libr. ſeptimo cap. vltim.
aliam etiam ſubiungit huiuſmodi. *Quamquam ſi ob hoc
ſolum Barbari Romanis finibus immiſsi forent, quod vulgo
per Orientem, & Occidentem Eccleſiæ Chriſti Hunis, Sueuis,
Vuandalis, & Burgundionibus, diuerſiſquè, & innumeris
credentium populis replentur laudanda, & attolenda
miſericordia Dei videretur, quandoquidem, & ſi cum labefactione
noſtri tantæ gentes agnitionem veritatis accipe-*

Q *rent,*

*vent, quam inuenire vtiquè niſi hac occaſione non poſſent.* Quod & recens auctor Genebrardus lib. 3. in chronico anno. 406. & 421. excogitauit inquiens. *Quod hæc Imperij dilaceratio, per difuſſas nationes Septentrionales vtilis bono publico, & Eccleſiæ fuit. Primo enim bellis ciuilibus finem impoſuit. Deinde penitus Idolatriam ſuſtulit, quam ne Chriſtiani quidem Imperatores radicitus extirpare potuerant. Inde multa Imperia, & regna Chriſtiana exorta ſunt, quorum quodq; religionem propagauit. Et ſi imperaturus erat Paganus, vel hæreticus negotium toti pene Eccleſiæ fiebat, vt ſub Conſtantio, & Iuliano viſum fuit; & hodie ſi in vno loco, vel regno nō liceat pie, & catholice viuere, in alio conſidere poteſt.* Itaq; eodem tempore ob peccata puniuntur Chriſtiani, ſed extollitur miſericordia Dei, vt eſſent inſtrumēta, quibus infideles, & heretici veritatem reciperent; & agnoſcerent. Quod eſt maxime attendendum, & memoria retinendum circa Hiſpaniarum excellentiam, in qua longe Gallos ſuperant. 22 Primo quod Gothi, & Sueui ab Hiſpanis ſunt ad fidem redacti, vt ſuo loco demonſtrabimus oſtendentes non ex fumo eorum fulgorem Hiſpaniam accepiſſe, ſed fumo dediſſe lucem veritatis; tamen Franci non à Gallis, ſed Burgundionis Regis filia vxore Clodouei edocti ſunt. Secundo vſquè diſcreta, & diuiſſa fuit religio, Gothi nomen retinuerunt Gothorum, in Hiſpania, & Hiſpani incolæ Hiſpanorum nomen habuerunt, vt religione diſpares, ita gente, & nomine, ſed vbi vna fuit religio, vna gens, vnumquè nomen, ſolum ſonat Hiſpanorum, non Gothos, nec Hiſpanos ſecernens, & vt Hiſpani Gothos ſuperarunt religione, omnes Hiſpani dicti ſunt, ſed in Gallia Gallorum nomen amiſerunt. 23 Franci, à Francis gentilibus eos occupantibus omnes dicuntur, & Galliæ pars, quę Sequanorum nomen habebat, à Burgundionibus hodie Burgundia nuncupatur, vt notat Morales lib. 11. c. 6. & à Gothis antea Gallia Gothica, nunc Vaſconia à Viſigothis appellatur ex Blondo de declinatione Imperij lib. 1. ita vt nomen Galliæ vulgari ſermone omnino amiſerit, & fere etiam Latino.

*22 Quibus in rebus potior ſit Hiſpania in ſide Gothis, et exterisinſtruendis, quā Gallia, primo ab Hiſpanis edocti Gothi, Frāci nō à Gallis ſed à Burgundionibus.*

*23 Gothi, & Hiſpani vnū nomen habent, vbi fuit vna ſides Hiſpani vocati, Galli nomen amiſerunt Frāci appellati, Burgundiones, & Gothi.*

Hac autem perturbatione varie Hiſpaniam diuiſam eſſe conſtat ex Sigonio libr. 11. de Imperio Occidentali fol. 268. & Varonio quinto tomo anno. 409 fol. 287. e & alijs, ſed ex beato Iſidoro narrantibus Hiſpanis auctoribus maior fides habēda videtur Am-

broſio



broſio Morales, Vaſeo, & alijs, cū diligētiꝰ res Hiſpanas inueſtigauerint, qui ſcribunt ꝙ Gallecia, quæ tūc maxima Hiſpaniarum pars erat, cum totam Caſtellā veterem comprehenderet, Sueui, & cum eis quidam ex Vuandalis occupabant, Luſitaniam, & Carthaginenſem Prouincias Alani demptis Carpetanis, & Celtiberis in fide Romanorum perſiſtentibus cū Aſturibus, & Cantabris Bœthicam Vuandali, & Silingi.

Hoc igitur ſtatu regnis Hiſpaniarum, & Galliarū hiſce ſæculis manentibus in ditione regia, circa Pontificiam iuriſdictionem ſpiritualem variæ erant profeſſiones religionis in vtroq; regno, in Gallia enim ex Francis, & alijs barbaris quidam Pagani. alij Ariani extiterunt. Burgundiones vero qui anno. 413. partem Galliæ Rheno proximam obtinuerunt, ex Caſſiodoro in chronico in Honorio, & Theodoſio, Chriſtianos ſub Honorio effectos *f* Oroſius tradit auctor eius ætatis; & ita fidedignior quam Socrates, qui ad tempora Valentiniani ſequentis Imperatoris protrahit; vt Varonius recenſet. Ex incolis quidam hæretici; vt ſuperius obſeruauimus, Vigilantij, & Priſciliani erroribus inquinati, & pauciores catholici manebant, cum Oroſius lib. 7. cap. 19. de Burgundionibus catholicis hæc ſcribat. *Eorumquè eſſe præualidam, & pernicioſam manum Galliæ, hodiequè teſtes ſunt, in quibus præſumpta poſſeſſione conſiſtunt, quamuis prouidentia Dei omnes Chriſtiani modo facti catholica fide, noſtriſquè clericis, quibus obedirent, receptis blande, manſuete, innocenterquè viuant, non quaſi cū ſubiectis Gallis ſed cum fratribus Chriſtianis*, Et Saluianus lib. 7. de Prouidentia Dei Gallos flagitioſe viuere aſſerens inquit. *Exceptis tamen perpaucis ferme ſanctis, atquè inſignibus viris, qui vt quidam, de ipſorum numero ait.*

*Sparſis redemerunt crimina nummis.*

*25 Status Eccleſiæ Galliarū.*

*f Oroſius li. 7. c. 19. Socrates lib. 7. c. 30. hyſtoriæ Eccleſiaſticæ. Varonius. 5. to. anno. 415. fo. 538.*

QVOS Sanctos viros Varonius. 5. tomo anno. 412. fol. 343. intelligit Eucherium Lugdunenſem, Saluianum Vienenſem, Hilarium Arelatenſem, & eius prædeceſſorem Honoratum Proſperum Regienſem Aquitanum, & alios alumnos monaſterij Lerinēſis. Vnde Innocentius primus, vt habetur primo tomo epiſtolarum Romanorum Pontificum, & primo tomo conciliorum epiſtola. 2. & 3. ad extirpādas has hæreſes conſultus à ſancto Victricio Rothomagēſi, & ſancto Exuperio Toloſano ſcribit Epiſtolas, Vigilātij hęreſes cōfutādo, Burdegalēſe tamē cōgregatū conci-

*26 Burdugalēſe, & Taurinenſe concilia ſub Innocentio. 1. in Gallia, et epiſtola Innocētij.*

concilíũ in Gallia ſub Innocẽtio primo legitur, apud Platinã in Innocentio primo aduerſus Priſcillianiſtas, & Taurinenſe celebratũ ait Genebrardus anno. 404. lib. 3. nec apud alios inueni. In Hiſpania autẽ catholici cõſtantes in fide, & religione manſerunt, quã plurimi enim martyrij coronã adepti ſunt, ꝗ de Gallis eo ſæculo non legitur, idq; ſanctus Auguſtinus epiſtola. 180. memorat inquiens. *Non enim quiſquam eſt, opportere, qui dicat miniſtros manere vbi iam non fuerint, quibus neceſſe ſit miniſtrare, ita quidam ſancti Epiſcopi de Hiſpania profugerunt, prius plebibus partim fuga lapſis, partim peremptis, partim obſidione conſumptis, partim captiuitate diſperſis, ſed multo plures illic manentibus, propter quos manerent. ſub eorundem periculorum denſitate manſerunt, & ſi aliqui deſeruerũt plebes ſuas, hoc eſt, quod dicimus fieri non debere, neq; enim tales docti auctoritate diuina, ſed humano vel errore decepti, vel timore ſunt victi.* Hæc diuus Auguſtinus, ad quẽ viuentem confugiebant, omnes, & vt oraculum diuinum conſulebant, ex quo patet peremptos quoſdam, vt martyres, alios captiuos, alios profugos, alios conſtantes manentes in fide, & ita ex incolis catholici erant omnes ſimul cum Romanis, ex Vuandalis Arriani, ex alijs nationibus Gẽtiles, ex Gothis Ataulphus ab omnibus Arrianus habetur, ſed cum Placidia coniux ad modum catholica eſſet, eiuſq; maritus adquieſceret conſilijs, & hortationibus; cum ex eis Romam occupare deſijſſet, veroſimile videtur Chriſtianum fuiſſe catholicum, & Honorij catholici Imperatoris fautorem. Ex alijs vero Gothis non omnes, vt paſſim ſcribunt omnes hiſtorici, Arriani erant, ſed partim catholici, vt ex Ioanne Chriſoſtomo epiſtola. 14 patet. *Narrauerunt mihi Marſi, et Gothi monachi, apud quos Serapion Epiſcopus perpetuo delitiſcebat, Moduarium diaconum veniſſe illud afferentem, eximium illum virum Vuilam, quem non ita pridem Epiſcopum creaui, atquè in Gothiam miſi multis, ac magnis rebus geſtis; diem ſuum extremum clauſiſſe, ac Regis Gothorum litteras attuliſſe, quibus, vt ad eos Epiſcopum mittatur, petit.* Et idem confirmat beatus Iheronymus epiſtola. 3. narrans, tempore Theodoſij vbiquè Chriſti fidem profiteri dicens. *Indus, Perſa, Gothus, Ægiptius philoſophantur*, Et epiſtola. 7. *Gothorum rutilus, & flauus exercitus Eccleſiarum circumfert tentoria, ac contra nos æque pugnant, quia pari religione confidunt.* Vnde conſtat non omnem Gothorum multitudinem fuiſſe fœdatam, cum illi Catholici eſſent, qui

â bea-

27 *Status Hiſpanæ Eccleſiæ, & martyres in ea florẽtes quos hoc tempore nõ fuiſſe in Gallia conſtat.*

28 *Catholici eo tempore erãt omnes in Hiſpania.*

29 *Coniectura quod Ataulphus Rex Gothorũ fuerit catholicus.*

30 *Gothi nõ omnes Arriani ſed partim catholici erãt.*



â beato Chriſoſtomo catholicum Epiſcopum peterent, & qui â diuuo Iheronymo Chriſtiani vocantur, vt aduertit Varonius quinto tomo anno 405. fol. 226. & anno. 396. Gothi enim Conſtantini imperio catholici erant, & ita concilio Nicæno Theophilus Gothorum Epiſcopus ſubſcribit, & Valentis ſæculo ab Athanarico eorum Rege plurimi martyrio ſunt affecti, in quorum numero Nicetas inſignis extitit, id teſtantibus Oroſio, g Epiphanio, ſacro Auguſtino, & alijs â Varonio recenſitis, & licet Valente Imperatore decepti forent, tradita illis pro vera fide, & religione ſecta Arriana, tamen multi in catholica profeſsione perſtitere ex Chriſoſtomo, & Iheronymo poſt Valentis ſæculum loquentibus. Itaquè hæc confuſio hoc tempore, & multis deinde ſæculis manebat, cum in vnaqua què domo ſimul Arriani, & catholici degerent ex Zurita libr. 11. cap. 1. annalium Aragoniæ, ita quod Hiſpani eſſent catholici, & omnes in colæ Hiſpaniarum manſerunt conſtantes, paulatim Gothos ad religionem impellentes, vt obſeruat Garibay libr. 11. cap. 5 hyſtoriæ, & patet ex initio concilij Toletani, quo reddit Recharedus cauſam conuerſionis, cuius mẽtio in principio ſequentis capitis fit, & ita conſtat, quod cum Hiſpanias occupaſſent Gothi, Amalarici tempore Regis Gothorũ, & Cæſarauguſtam obſiderent Childibertus, & Clotarius Reges Francorum in ea vrbe obſeſſi catholici, cilicijs induti, cum tunica, & reliquijs beati Vincentij ſuplicationes peragebant, vt vere catholici, ex Zurita lib. 1. c. 41. annalium Aragoniæ, & Reginone in chronico, & ita cõſtat vigere fidẽ catholicam in incolis Hiſpanis. Nec eſt, quod Hiſpanis incolis catholicis imputetur, quod cum Arrianis Gothis habitaſſent, id enim cogẽte calamitate temporum fiebat, & ſicut in progreſſu naſcentis Eccleſiæ ſuadente neceſsitate, diuerſi religione catholici cum gentilibus cõmercia, & contractus gerebant, vt deſcribens eorum vitæ modum Tertullianus auctor eſt. c. 39. apologetico aduerſus gentes, quod ex alijs etiam retulit Sigonius lib. 1. de imperio Occidentali anno. 284. & ea viciſsitudo agẽdi ſimul vitã, ita in vſu erat, vt Reges Arriani catholicas fœminas Regũ catholicorũ filias in matrimoniũ accipe rẽt, & viciſsim catholici Arrianas, vt Clodoueꝰ Crotildã Amalarico dedit, & Chilpericꝰ rex Frãcorũ

Q 3 reli-

31 *Gothi primo vſquè ad Valẽtem catholici extiterant.*

*g Oroſius li. 7 c 19. Auguſtinus de ciuitate Dei li. 18. c. 52 Epiphanius hæreſi. 70. Varonius. 4 to. anno. 370 fo. 3. Ioãnes Magnus lib. 16 c. 39.*

32 *Quare Hiſpani catholici degerent cũ Arrianis.*

33 *Nuptiæ Catholicorũ cũ Arrianis, et Arrianorum cũ catholicis.*

religione inſignis nupſit Galliſondæ filiæ Leouuigildi ex Morale li.11.c.46.& 64.& Iugũda filia Sigiberti Hermenegildo, & eximia ſanctitate Placidia Ataulpho, Vnde cum libertas viuendi in religione catholica pateret Chriſtianis, aſsiduo celebrabantur ſacra concilia, Pontifexq; ſummus cõſulebatur, vt concilium Toletanum primum editum hac ætate teſtatur, cuius fit mentio in primo tomo conciliorum, & apud alios *h* auctores, ſed ornati⁹, & copioſius in editione conciliorum Hiſpaniæ Garſiæ Loayſæ, cui ſynodo Innocẽtius Pontifex ſcribit, vt habetur primo tomo conciliorum epiſt.24. Vnde cum ipſum conciliũ Stilichone cõſule ſub Arcadio, & Honorio cõgregatũ dicatur era. 438. & anno.400.natiuitatis Chriſti, quo anno nondum Innocentius primus erat Pontifex, ſed Anaſtaſius primus, cuius erat annus tertius pontificatus, cum per quinque annos ſedem obtinuerit, & anno.402 obijt, Innocentiuſq; primus ei ſucceſſit, ex Platina, Mauſonio, & alijs in vtriuſq; vita, & Varonio 5.tomo anno.402.fol.161.Hinc videtur coacta duo concilia Toletana, aliud primum, quod hic recitatur, ſub Anaſtaſio Pontifice, aliud ſecundum, cui ſcribit Innocentius, vt Vaſeus aduertit, & ex eo Varonius in.6.tomo annalium in appendice, & prætermiſsis, & Genebrardus ſcribit primum anno.404. congregatum, aliud anno.413. Floruerunt autem in Hiſpania Olympius, quem *i* ſanctus Auguſtinus prę ponit ſanctis Hilario, & Ambroſio, eum in cœlum vſque extollens, Deſiderius, & Riparius, qui aduerſus Vigilantium ſcripſere ex beato Iheronymo. Itẽ Paulus Oroſius inſignis, beati Auguſtini miniſter; Iſidorus ſenior Epiſcopus Cordubenſis, Idacius, & alij.

34 *Conciliũ Toletanum primum; & an fuerint eo tẽpore duo concilia Toletana.*

*h Morales li.11.c.4 et.5.Vaſe⁹ ãno.402 Varonius.5.tom. anno.405. fol.235. Genebrardus anno. 404.& .413.lib.3. Mariana lib.5.c.1. & .2.*

35 *Sancti qui in Hiſpania floruerunt hoc tempore.*

*i Auguſtinus contra Iulianum lib.1. c.3.& .7.Genadius de viris illuſtribus c.24.*

Imperio filiorum Arcadij Valentiniani Occidentalis Imperatoris, & Theodoſij Orientalis, qui adiũgendo ſibi ſociam Imperij Pulcheriam Auguſtam fœliciter imperauit, diuerſus ſtatus fuit tam in Hiſpania, quam Gallia, Nam Galliæ Ataulphus, Sigericus, Vualia, Theodoredus, & Thuriſmundus. Reges Gothorum poſsidebant Narbonenſem Prouinciam, vbi Toloſa, & Aquitanicam cum Duccatu Guiainæ, quę dicitur Vaſconia â Vuiſigothis, & Gallia Gothica, & alias partes Regni. Burgundiones vero occupabãt Lugdunẽſem Prouinciam, ſub Gundarico rege, qui obijt anno. 451. in pugna Attilæ, & Chilpericus, & Gundericus eius extitere ſucceſſores. Alani,

36 *Tempus Imperij Valentiniani, et Theodoſij, & ſtatus Eccleſiæ in Hiſpania, & Gallia.*

37 *Diuiſio Galliæ.*

Saxo-



Saxones, & Sueſiones tenebant aliam partem Arelatenſem, quorum Rex erat Aegidius; & ei ſucceſsit Singrius. Hunni, & Romani alias regiones adminiſtrabant, & eo tempore Franci â Rege Martomiro, & Pharamundo ducti, tranſgredi Rhenum, & Galliam occupare cœperunt, vt huius diuiſionis auctores ſunt *k* Sigonius, Paulus Æmilius, & alij; in hoc vero ſtatu humano ſpiritualis Eccleſiæ ſtatus erat huiuſmodi, ex Burgundionibus partim Chriſtiani, partim Arriani extiterunt, ex Gallis quidam hæretici, quidam catholici, cum tunc vigerent hæreſes dictę ſuperius, & ita aduerſus beatũ Auguſtinum quidam ſcripſerunt, quos confutat Proſper Aquitanus ex Varonio. *l* Alij autem omnes, & Pagani, & Arriani erãt, hocque tempore diminutam fuiſſe religionem catholicam patet, quia Leo Papa epiſtola. 89. ad Epiſcopos Narbonenſes, & Viẽnenſes, conqueritur ſine aſſenſu Pontificis ordinare Epiſcopos, & Sidonius epiſtola.90.ad Theodoſium, & Valentinianum operam eorum implorat, aduerſus Epiſcopos ordinatos in cõſulto Pontifice, aduerſus quos edita eſt conſtitutio in nouellis Codicis Theodoſiani tit.24. de Epiſcoporum ordinatione, ex Varonio.6.tomo anno.445. Floruere tamẽ ea ętate in Gallijs ſanct⁹ Lupus Trecenſis, Saluianus Maſilienſis, & ſanctus Seruatus ex Varonio.6. tomo anno.451.& coacta ſunt concilia Rhegienſe ſub Sixto.III.Papa, & Valentiniano Imperatore, & Agathenſe ſub Celeſtino Pontifice, quę habentur.1.tom.conciliorũ, & Vaſenſe ex Varonio ſupra relato. In Hiſpania Tarraconenſem Prouinciam Cantabriam, & Aſtures Imperator Occidentalis poſsidebat Valentiam, & Nauarram, & Regnum Catalanum Galliæ coniunctum, & per Pyrineos diuiſſum Ataulphus regebat, qui Barchinone occiſſus fuit, idemque tenuerũt Sigericus, Vualia, Theodoredus, & Thuriſmundus Vuiſigotorum reges Bęticam Vuandali occupabant, a quibus Vandaloſia, & corrupte Andaluzia dicitur, quorum reges Gundericus, & Genſericus erant, & cum Vuandalis Silingi manebãt. Galleciam, quæ erat omniũ maxima pars, in qua Luſitania, Barduli, Caſtellani, & Numantia erãt, Sueui regebãt cũ quibuſdam Silingis, vt Morales li.11.c.14.& .27.cum alijs memorat ex diuuo Iſidoro de Vuãdalis, Carpetaniam, in qua eſt Toletanum regnũ Alani cum Rege Attace moderabantur, quorum gentes,

38 *Hoc tempore Franci Gallias occupare cœperunt.*

*k Sigonius lir.13. de Imperio Occidẽtali anno.451.& lib. 15.anno.481.Carolus Guaguinus, Paulus Æmilius, Mauſion⁹ in Clodione 1. in hyſtoria Gallorũ Zurita lib.1.c.1. annalium Aragoniæ. Varonius.6.tom.anno.440.*

39 *Diminuta erat religio catholica hoc tempore in Gallia.*

*l Varonius 5.tom. anno.430.fol.555. & anno.431.fol. 603.& 6.tomo anno.442.*

40 *Leo Papa ſcribit Epiſcopis Narbonẽſis, & Viennenſis Prouinciæ*

41 *Ad Nouellã 24. Codicis Theodoſiani de Epiſcoporum ordinatione.*

42 *Sancti, qui in Gallia floruerũt, & cõcilia Rhegiẽſe, Agathenſe, Vaſenſe.*

43 *Diuiſio Hiſpaniæ.*

44 *Andaluzia vnde dicta.*

 vel

vel Sueui Superarũt regnãte Rechila, & ſociati ſunt
45 cum Gothis, vel in Africam cum Vuandalis tranſie-
runt, in qua re diuerſæ ſunt ſentẽtiæ *m* Sigonij, Blõ
di cum alijs & Silingi etiam in Bethica deleti per Re
chiarium Sueuorum Regem ex Vaſeo, & Morale.
Quo ſæculo fœlicior ſtatus Eccleſiæ in Hiſpania
erat licet enim Gothi Arriani eſſent, & cum eis ali-
qui catholici ex coniectura tradita, tamen perpauci
huc habitabant Galliæ ſedem habentes, Romani ve-
ro, & Hiſpani omnes erant catholici. Ex Vuandalis,
cum Genſericus primus Arrianus eſſet, ſexdecimq; an
nis regnaret infeſtans Hiſpalenſes Eccleſias, obitum
46 calamitate plenum Dei iudicio habuit, â dæmoneq;
correptus diem extremum clauſit. Sed Genſericus fi-
lius primo fuit catholic⁹, & cum eo aliquos ex ſubdi-
tis (vt naturale eſt caput mẽbra ſequi) catholicos fuiſ-
ſe veroſimile eſt, idque notant beatus Iſidorus hyſ-
toria de Vuandalis, & ex eo *n* Varonius. Sueui au-
tem, qui plures erãt, quam omnes alij exteri, licet ini-
tio religionem catholicam non profiterentur, tamen
cum Rechila eorum Rex Andegabotum eorum ducẽ
expugnantem Bæticam viciſſet, illamq; occupaſſet,
& Carthaginenſem Prouinciam, quam ex Sigonio
*o* â Gothis cœpit, vel â Romanis ex Morale anno.
447. deceſsit Emeritæ, cuius gnatus Rechiarius Cæ-
47 ſarauguſta capta cum Romanis bellum geſsit, vniuer
ſamq; fere Hiſpaniam ſub dominio habuit ex Iornan
de de Gothis his verbis deſcribente Rechiarij Reg-
num. *Quibus antea Gallecia, & Luſitania ſedes fuere, quæ in
dextro latere Hiſpaniæ per ripam Occeani porriguntur, haben-
tes ab Oriente Auſtrogoniam, ab Occidente in promontorio ſa-
crũ Scipionis Romani ducis monumentũ, â Septẽtrione Occeanũ,
â Meridie Luſitaniam, & fluuium Tagum, qui arenis ſuis per-
miſcens auri metalla trahit.* Is autem Rechiarius cũ Sue-
uis catholicus extitit ab anno. 448. vt auctores ſunt
omnes hyſtorici de eo tempore ſcribentes. *p* Itaquê
præter Gothos, quorum minima tunc in Hiſpania
pars erat, fere omnes alij catholici erant, in Hiſpa-
nia Genſerico Vuandalorum Rege primo catholico,
& Rechiario cum omnibus Sueuis, & omnibus Ro-
manis, & Hiſpanis, idquè teſtimonium certum eſ-
ſe poteſt, cum Genſericus Vuandalus primo catho-
48 licus, deinde Apoſtata, dum Africam cũ gente Vuan
dalica tranſiret, in Hiſpania plures martyrio crucia-
uit in fide conſtantes, & in Africa etiam Hiſpanos ca
tho-

*m Sigonius lib. 11. de imperio Occidentali anno. 420. & lib. 12. anno. 427. Nicephorus lib. 14 c. 56. Blondus de declinatione Imperij, Morales lib. 11. ca. 22. & 24. Vaſeus anno. 441. Mariana lib. 5. c. 2.*

*n Varonius 5. tom. anno 409 fol. 287. & anno. 428. folio 511.*

*o Sigonius lib. 12. de imperio Occidentali anno. 440. & lib. 13. anno. 447. Morales libr. 11. cap 24.*

*p Iſidorus de Sueuis in Rechiario, Vaſe⁹ anno. 440. & 442. Rodericus lib. 2. c. 9 hyſtoriæ. Generalis hyſtoria Regis Alfonſi. 1 p. c. vlt. Morales lib. 11. ca. 24. Garibai lib. 8. c. 7. Monarchia Pinedæ lib. 14. c 22. § 2. et lib. 16 c. 7. § 5. Mariana lib 5. c. 3. anno. 448 Varonius 6. tomo anno. 440. & 448.*

*Status Eccleſiæ in Hiſpania fœlicior, quam in Gallia.*

*Genſericus Vuandalorũ Rex in Hiſpania catholicus,*

*Rechiarius Rex Sueuorũ & fere toti⁹ Hiſpaniæ cũ Sueuis catholicus fuit ab anno. 448.*

*Martyres Hiſpaniæ.*



tholicos affecit varijs cruciatibus, vt Arcadium, Pro
bum, Paſchaſium, Euthicium, & Paulilum, quorum
Vaſeus, *q* & Morales ex Iſidoro de Vuandalis mẽ-
tionem faciunt, & Gregorius Turonenſis de quadam
49 martyre Virgine conſtantiſsima meminit. Item ſan-
ctus Leo Papa epiſtola. 97. quæ habetur. 1 tom. con-
ciliorũ; ſcribit ad Turibium Aſturicenſem Epiſco-
pum, cum florentiſsima eſſet Eccleſia Hiſpaniarum,
vt Concilia congregarentur Tarraconenſis, Cartha
ginenſis Luſitaniæ, Galleciæ Prouinciarũ, quibus ſe
curim admouerent ſynodi ad præcidendas radices
Priſciliani erroris; & ita patet omnium Prouincia-
rum tunc Epiſcopos, & prçſules eſſe, liberaſq; Eccle-
ſias, & antiſtites ad concilia, cum in omnibus Prouin
cijs congregare iuſſerit, & diuerſa ſint coacta ex Va-
50 ſeo; *r* & alijs, in quibus pluſquam ſexaginta Epiſco
pi interfuerunt ex dictis auctoribus, & quia concilia
hæc non leguntur in 1. tomo conciliorum, ſed vna cũ
Toletano primo coniuncta ſunt, vt doctiſsimê aduer
tit Garſia Loayſa in annotationibus concilij Tole-
tani primi. Item, & Varonius ſummo cum iudicio ob-
ſeruat ſexto tomo anno. 447. aliud fuiſſe concilium,
quod ex Prouincijs Carthaginenſi, Luſitana, & Bç-
51 tica iubet congregari Leo Pontifex, quod fuit Bra-
charenſe. Aliud concilium Cœnomenſe in Gallecia,
forſan Cœlanobæ congregatum. Aliud Lucenſe in
municipio Celenenſi. Cum enim Gallecia tunc eſſet
ſub Rechiario Sueuorum Rege Catholico, & reliquç
partes ſub Gothis Theodoredo, & eius filio Thuriſ-
mundo, & Romanis ex diſcrimine ditionis diuerſo-
rum principum, diuerſis in locis ſeorſum abinuicem
catholici Epiſcopi Hiſpaniarum conuenerunt, ſed
quia vna extitit cauſa conueniendi, vt Priſcilliani er
52 roribus ſuccidendis falx immitteretur, vnaq; conuo-
cauerit auctoritas Eccleſiæ, & Pontificum, vnaq; om-
nium ſententia ex tribus concilijs, vel pluribus To-
letano. 1. & 2. Bracharenſi, Lucenſi, Cœnomenſi
vnum conflatum, & coniunctum ſub Toletano 1. fuit
in quibus concilijs illud ſymboli, vt Varonius aduer-
tit, additum eſt. *Ex Patre, Filioquè procedit*, quod ex Hiſ-
53 pania in vniuerſa Eccleſia canitur inter miſſarum ſo-
lemnia, vt opportuno loco aduertimus, & hoc tempo
re ſanctus Turibius notarius Leonis Papæ cum alijs
54 clariſsimis viris floruit.
Imperio Maximi ſecundi, Auiti, Materni, Maio-
riani,

*Epiſtola Leonis Papæ ad Turibium Aſturicenſem Epiſcopum.*

*Concilia in Hiſpania.*

*Concilium Bracharenſe, Cœnomẽſe, & Lucenſe, & alia, et quare vnum dicantur cõcilium Toletanum.*

*In Hiſpania additum eſt illud ſymboli, ex Patre, Filioquè procedit.*

*Sanctus Turibius.*

*Tempora Im*

*q Vaſeus anno. 441 Morales lib. 11. ca. 23. Gregorius Turonenſis lib. 2. c. 2. de gloria martyrum Varonius. 5. tom. anno. 427. fol. 505. et in martyrologio die 13. Nouembris.*

*r Vaſeus anno. 450. Morales lib. 11. ca. 25. & 26. Varoni⁹ 6, tomo anno. 447. Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 5. c. 4.*

riani, Seueri, Authemi, Olybrij, Glicerij, Iulij Nepotis, Momylij Auguſtuli, cum quo in Occidente tunc intermiſſum eſt nomē Imperatoris, quod in Auguſto cœpit, & vſquê ad Auguſtulū per.325. annos ſerie longa durauit, vſquê dum Odoacres Herulus Momylio deleto Italiam occupauit, & Theodoricus Oſtrogothus Odoacrem eijecit, cui ſucceſsit Athalaricus, & ei Theodouatus, & Ildoualdus, & Totilas, & Teias, & deinde Iuſtiniano, & Iuſtino Imperātibus in Oriente patritij extiterunt Narſes, Longinus, & Longobardi incœperunt regnare in Italia ab Alboino Clephis, Autaris, Agiulfus, in Oriente vero imperarunt Marcianus, Leo, Zenon, Baſiliſcus, Iuſtinianus, Iuſtinus, & alij, vt chronico Onufrij Panuini, & apud Sigonium de regno Italiæ, & ex Baptiſta Egnatio de Romanis Imperatoribus patet.

*peratorū vſq; ad Momyliū Auguſtulū, Odoacris, et Longobardorū, Iuſtiniani, Iuſtini, aliorumq; Orientis Imperatorum.*

55 *Status Hiſpaniæ hiſce temporibus.*

Hiſce tēporibus ſic cōiunctis, ne lōgius noſtra protrahatur oratio, in Hiſpania ſtat⁹ Eccleſię huiuſmodi erat. Sueui catholici regnarunt Rechiario Rege ab anno 448. qui exitum infœlicē habuit â Theodorico affine regē Vuiſigothorū ſuperat⁹ maxima clade Sueuorum acepta, cum fere omnes interient, & tandem Maldra catholicus anno. 457. ei ſucceſsit, & Frumarius anno. 460. qui anno 464. induſtria Aiacis Galathæ ex beato Iſidoro de Sueuis, vel Aiacis Galli ex Vaſco anno. 464. ex catholico Apoſtatā Arrianus factus interijt, & cum eo memoria Regum ſequentiū vſquē ad Theodomirum, qui ad catholicam fidem reuerſus, eam profeſus fuit anno. 558. & ei Myro ſucceſsit, & deinde Eboricus, & Andeca, donec Leouuigildus omnes diſsipauit Sueuos, & vt catholicos perſecutus eſt, eorum Rege Andeca relegato, & in preſbyterum ordinato, vt hæc patēt ex Iſidoro de / Sueuis, Morale, alijs.

*/ Morales lib. 11. c. 30. & 37. cum alijs Iornādes de reb⁹ Gethicis. Monarchia Pinedæ lib. 14 c. 22. §. 2. Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 5. c. 4. cum alijs.*

Ex Gothis autem poſt Ataulphum, Sigericū, Vualiam, Theodoredum, & Thuriſmundum, qui regionis Hiſpanæ minimam obtinuerunt partem, Theodoricus extendere fines cœpit, & deinde Alaricus, & Amalaricus eius filius, qui cum impubes relinqueretur, gubernauit iure proprio, vel vt tutor eius Hiſpaniam Theodoricus Oſtrogothus, dum factus gubernationis cōpos, regno potit⁹ eſt, & ei ſucceſsit Theudius, Theudiſelus-Agila, Atanagildus, Liuua, Leouigildus, quos recenſet Ioannes Magnus de Gothis, quorum regnorum in orbe varietate, ſtatus Eccleſiæ fere



56 *Status Eccleſiæ in omni fere orbe iacturam patiebatur.*

fere in toto mundo iacturam, & ærumnas patiebatur, vt colligit Varonius ſexto tomo anno. 476. foli 318. Nam Italiam Odoacer Arrianus, Gallias Burgundiones, & Gothi Arriani, Franci Gentiles, Hiſpanias Gothi Arriani, Africam Genſericus Vuandalus tyranus dirus, Orientale Imperium Zeno, Euthecianus hæreticus obtinerent, & ita in Hiſpania Gothi Arriani vigebant, ſed Sueui vſquê ad annum. 464. & poſtea ab anno. 558. catholici vigebant, Romani verò, & Hiſpani incolæ conſtantes in fide catholica manēbant ex Vaſeo anno. 523. Morale lib. 11. c. 41. & alijs hyſtoricis. Idquê conſtat ex epiſtola Hilarij Papæ ad Tarraconenſes Epiſcopos, cum ab eis conſultus eſſet in Romano concilio de quibuſdam Epiſcopis aſque eius aſenſu electis, qui mandatis Pontificis adcquieſcentes, Epiſcopatus iniuſtê occupatos reliquerunt, & eius epiſtolę mentionem faciunt Morales, & Varonius, & alij, & habetur ſecundo tomo conciliorum, & in libris Epiſtolarum Pontificum. Item, & ſimplicius Pontifex, & Fœlix tertius ſucceſſor ad Zenonem Archiepiſcopum Hiſpalenſem Epiſtolas ſcripſere extollentes miram in conſeruanda catholica fide diligentiam Hiſpanorum fuiſſe, vt habentur ſecundo tomo conciliorum, & dictarum epiſtolarum, & apud Varonium, v. & alios. Hormiſdaquê ſummus Pontifex quinquê, & plures epiſtolas ad omnes Hiſpaniæ Epiſcopos ad Ioannem Melicetanum, & Salluſtium Hiſpalenſem, & alios miſsit, quæ habentur ſecundo tomo conciliorum, & epiſtolarum Pontificum, & fit mentio apud Moralem, & Vaſeum, & alios, indicatquê quantos progreſus in fide faceret natio Hiſpanorum, cum tempore turbulento tot concilia celebrarentur ab omni Eccleſia recepta, & quibus vtitur paſsim in fide confirmanda, & moribus reformandis, & gubernatione recta componenda, vt fuerunt concilia Tarraconenſe, Gerundenſe, ex quibus conſtat non ſolum catholicos fidem profiteri Romanæ Eccleſiæ, & templa venerari, ſed & monaſteria eſſe, monachôſquê & moniales ſtrictiorem, & perfectiorem vitam agentes, vt patet ex canone. 11. concilij Tarraconenſis â gratiano relato. c. monachi. 16. quæſt. 1. celebratumquê eſt Ilerdenſe concilium, Valentinum, ſeu Palentinū ex Loaysa in collectione conciliorum Hiſpaniæ, Varonio tomo. 7. anno. 531. fol. 169. Cæſarauguſtanum, Toletanum,

57 *Epiſtola Hilarij Papæ ad Hiſpanos.*

58 *Epiſtola ſimplicij, et Fœlicis tertij Pōtificum.*

*t Morales l. 11. c. 32. Varonius 6. to. anno. 465. fol. 266. Vaſeus anno. 467. Mariana lib. 5. c. 4. anno. 464.*

59 *Epiſtolæ Hormiſdæ Papæ ad Hiſpanos*

*v. Varonius 6. tom. anno 482. Morales lib. 11. c. 36. Maria li. 5. c. 5. anno 483.*

60 *Tarraconenſe, Gerundēſe, Ilerdēſe, Cæſarauguſtanum, Valentinum, Bracharenſe, Lucenſe, Toletanū. 2. concilia in Hiſpania.*

*x. Morales li. 11. c. 43. Vaſe⁹ anno. 517 Mariana li. 5. c. 7. anno. 527. Varoni⁹ 6. tomo anno 517. fol. 680.*

61 *Monachi hoc tēpore in Hiſpania vigebant.*

62 *Ad, c. monachi. 16. q. 1.*

tanum, quod dicitur ſecundum, Bracarenſia tria, & duo Lucenſia ſub Regibus Sueuorum catholicis, vt habentur ſecundo tomo conciliorum, & in collectione Garſiæ Loayſæ, & apud Onufrium Panuinum in chronico Eccleſiaſtico, & alios y circa tempora variantes. Quo ſæculo, vt iuuarent eius ærumnas, & in fide confirmarent fratres, excellentes, & clariſsimi viri illuſtrarunt Hiſpanias ſanctus Gregorius Mõtanus præſul Toletanus, ex cuius libris conſtat, quantum vigeret fides catholica in Hiſpania, & ampliata eſſet; Iſidorus Epiſcopus Pacenſis, S. Martinus Dulmienſis conciliorum Bracharenſium auctor, Iuſtus, Vrgelitanus, Iuſtinianus, Valentinus, Nebridius, Elpidius, quatuor germani fratres Epiſcopi, Aprigius Pacenſis Epiſcopus, ſanctus Hemilianus, diuus Laureanus Hiſpalenſis antiſtites, Eugenius Carthaginenſis, beatus Fulgentius Rupenſis Epiſcopus, quem Toletanum ex Volaterrano facit Vaſeus anno 496. pluresquê alij, & innumeri, & quorundam eorum fit mentio apud Iſidorum de viris Illuſtribus, & beatum Ildefonſum eodem tractatu, & auctorem incertum editum in collectione conciliorum Garſiæ Loayſæ, & aput Trithemium de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Marianam, Moralem, z Vaſeum, & alios, qui miracula in Hiſpaniæ regnis accidiſſe hac ætate referunt, & Rex Athanagildus catholicus occulte fuit, ex Luca Tudenſi era 587.

63 *ſ. Gregorius Montanus, et alij clariſſimi viri floruerunt hac ætate.*

64 *Athanagildus catholicus occulte.*

*y Varonius 6. tomo anno. 517. fol. 168. et 7. tomo. anno. 531 fol. 108. & 563. fol 486. & ãno. 572. fo 542. & ãno. 569. fol. 531. Morales lib. 11. c 43. 45. & 49. & c. 52. 54. 57. 62. & 69. Vaſeus ab anno. 523. Mariana lib. 5. c. 6. cum alijs. Genebrard⁹ ab anno 523. Generalis Hiſpana. 2. p. c. 37 et 39*

*z Morales lib. 11. c 49. 52. & 58. Vaſ⁹ ab ãno. 496. Mariana lib. 5. c. 6. Varonius 6. tomo anno 517. cum alijs, & 7. tom. anno 572. fol. 543. & anno 583. fol. 593. & in martyrologio die. 4. Iulij, & 28. Maij*

Vltima tamen in Hiſpania Arrianæ ſectæ imponitur falx; quæ eam præcidit in martyrio Regis Ermenegildi, qui vt granum frumenti in terra mortuum ex Ioannis. c. 12. fructum vberrimum Eccleſiȩ Hiſpaniarum dedit; is enim cum Leouuigildum Arrianum dirum, & ferocem Eccleſiæ hoſtem haberet, plures martyrio afficiens; quod nolent deponere fidem catholicam, vt martyria, & miracula a plura referũt Gregorius Turonenſis, & Varonius, id Ermenegildus filius catholicus, & catholicorum Rex non ferre valens, & â patre, quod Romanȩ Eccleſiæ religionem ſequeretur cruciatus, auxilium â Myrone Sueuorũ Rege catholico petens, vt patrem vitaret, exercitumquè colligens, tandem â patre obſeſſus eſt., qui cum æquum non putaret vltima manu cum patre congredi, & ſe in periculo eum occidendi cõſtituere, potius eligit â patre capi, quam victoriam conſequi, & ita captus carcere incluſus, immaniquè ferro ligatus, ſecuri

65 *De martyrio Ermenegildi Principis, & filij eius Hermenichildi.*

*a Gregorius Turonẽſis de gloria confeſſorũ. c. 12. 13. et 14 & de gloria martyrũ. c. 82. Varonius. 7. tomo anno 583. fol. 600.*



curi cerebro percurſo naturæ cõceſsit, & cœleſte regnũ Rex, & martyr adeptus eſt, ſociante animã pſalmodia ſuaui Angelorũ, quæ audita eſt, & dum tenebræ eſſent in nocte Paſchatis reſurectionis, qua occiſus eſt, in ſilentio nocturno lãpades fulgore plenæ viſæ ſunt, Angelis celebrantibus dulciſsimo cantu conſtantiã martyris, vt beatus Gregorius Papa eius ætatis locupletiſsim⁹, & fidedignus auctor ſcribit li. 3. dialogorũ. c. 31. & apud Gratianũ refertur. c. cœpit 24. q. 1. & ita ſupplẽdi ſunt beat⁹ Iſidor⁹ de Gothis, & Gregorius Turonenſis, dũ referunt in exiliũ miſſum Ermenegildũ, nam poſt illud martyrij coronam ſuſcepit, vt Eccleſia celebrat, & omnes b auctores conſent iũt, qua etiã gloria martyrij honoratus eſt filius eius Hermenigildus habitus ex Iugunde coniuge catholica, & innocens ab auuo occiſſus eſt, qui poſtea Leouuigild⁹ (ex Luca Tudenſi, Era. 160. in eo) extremo vitæ pœnitens catholicus obijt, commẽdans Leãdro Hiſpalenſi Recharedũ, quod & confirmat c Gregorius Turonenſis, & alij.

66 *Ad c. cœpit. 24. q. 1.*

67 *Hermenigildus fili⁹ Hermenigildi martyr.*

68 *Leouigildus obijt catholicus.*

*b Beda in martyrologio Varonius 7. to. anno 584. fol. 608. Morales li. 11. c. 64 65. 66. et 67. Vaſeus anno 584. Mariana lib. 5. c. 12. & 13. Rodericus li. 2. c. 14 Paulus Æmilius, Mauſonius, Guaguinus in Clotario Gregorius Turonẽſis li. 5. c. 38. & lib. 6. ca. 43. & li. 8. c. 28. Valera. 3. p. c. 19. Palentina. 2. part. c. 19. de Leouuigildo Rege.*

*c Greg. Turonenſis li. 8. c. 46. Rodericus li. 2. c. 14. Morales lib. 11. c. 71. Vaſeus anno. 586. Ioannes Magnus lib. 16. c. 9. hyſtoriæ Gothorum.*

Hiſce temporibus in Gallia ex Francis regnarunt Clodio, Meroueus, Childericus, Clodoueus, Childibertus, Clotarius Theodoricus, Clodomirus filij Clodouei, Cherebertus Chilpericus, Guntranus, Sigibertus, & Clotarius ſecundus, Status Eccleſiȩ Galliarum hiſce Regibus dominantibus ſcribitur â Varonio, d ex Sidonio Appollinare, & Gregorio Turonenſi, quod Franci Pagani Gentiles eſſent, Burgandiones Arriani, & Gothi, Romani tamen, & Galli incolæ catholici, donec tamẽ Clodoueus Rex, qui cœpit regnare anno 481. vel. 484. ex Varonio anno. 386. omnem Romanorum ditionem, quam in Gallia habebant Q. Fabij, & Iulij Cæſaris ſeculo ſibi occupauit illis deletis, fines regni Francorum extendendo ex Sigonio, quo anno. 486. Crotildem catholicam filiam Gundibaldi Burgundionum Regis duxit in vxorem, eiuſquê optimo, & ſalutari conſilio poſt baptizatos filios, cum victoriam Chriſti nomine ampliſsimam ex Alemanis ſummo diſcrimine cõſtitutus reportaret anno 495 ſequenti anno 496. baptiſma ſacrum ſuſcepit â beato Rhemigio & poſt eũ fere omnes Frãci, cui⁹ in baptiſmo admirabilia euenere, de quibus poſtea agẽdũ erit capite ad eã rẽ opportuno, vt auctores ſunt Gregori⁹ Turonẽſis, f Aimoin⁹, & alij rerũ Galliarum ſcriptores. Hacq; ȩtate ſanctus Rhe-

69 *Status Eccleſiæ Galliarũ vſque ad Clodoueum.*

70 *Cõuerſio Clodouei.*

71 *Clodouei tẽpore ſtat⁹ Eccleſiæ Galliarum.*

*d Varonius 6. to. anno 475. Sidonius Apolinaris lib. 7. epiſto. 6. Greg. Turonenſis li. 2. c. 25. et. 32.*

*e Sigonius li. 15. anno. 486. de imperio Occidẽtali. Varoni⁹ 6. to. anno 458. fol. 211 & 483 f. 371*

*Aimoinus li. 1. c. 13 de geſtis Francorum Hincmarus in vita ſancti Rhemigij.*

*f Gregorius Turonenſis lib. 2. c. 30. et*

R

*31. Aimoinus ſupra & Paulus Æmilius Guaguinus. Mauſonius in Clodoueo Varonius 6. tom. anno. 499. fol. 535.*

Rhemigiꝰ Rhemēſis pręſul, S. Leonardus, ſanctus Se
uerinus, ſanctꝰ Patiens Lugdunēſis, Auitus, Sidoniꝰ 72
Apollinaris, & alij clariſsimi viri in Gallia floruerūt
pluraq; celebrata ſunt concilia Lugdunēſe ſecundū,
Aurelianenſe 4. & 5. Turonicum, Pariſienſe, Auer-
nienſe, & ante Clodoueum Arauſicanum, Vaſenſe,
Carpetorenſe, Arelatenſe, vt habentur. 2. tom. conci
liorum, & apud *g* Varonium, & alios.

*Clariſsimi Viri in Gallia, & concilia.*

*g Varonius 6. to. anno. 482. 490. 463. & 475 & 7. to. paſſim. ſ. Antoninꝰ. tit. 11. c. 18. & 29. Monarchia 2. p. lib. 16. c. vlt. §. vlt. Onufriꝰ Panuinus in chronico Eccleſiaſtico, & Genebrardus dictis annis.*

Sed quia omne robur, omneſq; vires, & neruos in hac cauſa conſtituit Gallia, ex eo quod mira, & diuinitus conceſſa fuit conuerſio Clodouei, inde argumentum ſumendo, quod prius Rex, & regnum Catholicum fuerit; quam Hiſpanum, conferendo tempora, tam præterita quæ recenſuimus, quam præſentia etiā florentiſsima hoc Galliæ ſeculo, & collatis vbiq; rebus, quod ſuperius regnum ſit, iudicari poterit, epilogum, & ſummam omnium, quę ſuperius narrata ſunt, colligendo, ſi tempora anteacta memoremus computatione temporum, quod prius in vniuerſo regno, & priuatis gentibus, & Prouincijs fides catholica in 73
Hiſpania, quam in Gallia viguerit, nemo eſt, qui id ex ſcriptis auctoribus, & citatis locis calumniari poſſit. Secundo ſi poſt cladem acceptam in Eccleſia ob corruptiſsimos hominum mores, & gentium exterarum inuaſiones tempus attendatur, in quo aſſerunt Galli prius Francos in Gallia, quā Gothos in Hiſpania ad fidem veram redactos, hoc ad rem, de qua agitur, parum, aut nihil nocere poterit, nam nunc non de Gothorum ſed e, ſed Hiſpanorū dignitate agitur, & de Gallorum gloria. Hiſpani autem incolæ licet cum Gothis commiſce rentur, tamen catholice, & ſequentes ritus, & religionem Romanæ Eccleſiæ perſtiterunt, & digniores ſunt excelſiori præmio, cū in tot procellis, vt rupes in medio fluctuū exagitata, nū quam defuerit nec ictu oculi minimo eorum fides, & religio, & ita illi conſtantes in ea conſeruarunt libertatem, iura, præuilegia, dignitatem, & omnem regni totius eminentiam, nec illis currit præſcriptio impeditis ab hoſtibus, ſi omni in regno religio non fuerit ex notatis pertextum cap. 1. de præſcriptionibus, nec delictū Gothorū, etiam Regum Hiſpanis, ex regula delictum de regulis iuris lib. 6. nocere debet, cū perditorū numerus, vt Liuius auctor eſt, bonorū cœtū fœdare nō poſsit, culpa ſemper auctorē ſequitur. l. ſancimus. C. de pœnis, & ignominia culpā, in noxius

*Collatio Eccleſiarū Hiſpaniæ, & Galliæ.*



noxius vero minime notandus eſt, ſed licet hac in re omne ius faueat Hiſpanis; quāuis tempora Clodouei attendi deberent, nec in eis cedendū Gallis erit, Gallia enim tā Clodouei, quā filiorum eius ętate diuiſa
74 erat, nā parte Burgūdiones occupabāt, qui erant Arriani; in qua re confirmanda, ne teſtes alienos adducamus, audiamus Gregoriū Turonēſem Gallū li. 2. c. 32. hyſtoriæ Gallorum hæc proferente. *Tunc Gundobadus, & Godeſilus fratres regnū circa Rhodanū, aut Ararim cū Maſſilieſi Prouincia retinebant, erāt, autē tam illi, quā populi eorū Arrianæ ſectæ ſubiecti.* Et. c. 34 de Gundebaldo loquens. *Illa iste ratione cōfuſus vſq; ad exitū vitæ in ſua inſania perdurauit, nec publicè æqualitatē Trinitatis voluit conſiteri.* Quod & Varonius 6 to. anno 476. fol. 318. cōfirmat, & Forcatulus Gallus de Gallorū imperio, & philoſophia fol. 386 de Gundebaldo Rege loquēs ait. *Non enim his cancellis, quibus hodie Burgūdiæ regnū continebatur, ſed Maſſilienſem vſq; Prouinciā manauerat, tamen Clodoueo pendere tributum cogebatur; vir alias implacatus, immo implacabilis.* Aliā partem Galliæ Oſtrogothi Arriani poſsidebāt Theodorico Rege Italiæ imperante, quā anno. 530. recuperaſſe Gallos auctor eſt Sigibertus in chronico anno 530. Aliā autem magnam Galliæ partem Narbonenſem, & Aquitanā Vuiſigothi Arriani obtinebāt, & quāuis aliquā eius partē Clodoueus expugnauerit Alarico ex ea pulſo, tamen poſtea recuperauit vſq; ad Rhodanū Amalaricus filius Oſtrogothis opē ferētibus, vt ex Procopio, Iſidoro, & Iordano notāt *h* Sigonius, & alij, immo adhuc Gentilitatis ritu immolare Francos hoſtias humanas Procopius lib. 2. de bello Gallico auctor eſt. Deniq; diuiſum varie poſtea fuit inter filios Clodouei eo obeunte regnum ex
75 Paulo Æmilio, Mauſonio in eis, & Sigonio, *i* & alijs. Itemq; non omnis Gallia, nec maior pars hoc tēpore Clodouei, & filiorū, & deinceps fuit catholica, antequā vniuerſa Hiſpania fuiſſet, cū & Recharedi tēpore Hiſpaniæ Gothi Arrianā expulerint hęreſim radicitus, & omnino, & adhuc in Gallia Narbonenſi, & Aquitana, quę Gallia Gothica dicebatur, eradicari non potuit Atthaloco Arriano Epiſcopo, qui ex obſtinatione Arrius dicebatur, impediēte, vt auctor eſt Gregoriꝰ Turonēſis. li. 9. c. 15. hyſtoriæ Frācorū, Morales li. 12. c. 1 itaq; ſi attēdātur Reges, primo Rechiariꝰ Rex catholicus extitit, & ſucceſſores cū Sueuis, & fere Hiſpania omnis, cū eā obtineret Rechiariꝰ

*Galliæ plures Prouinciæ haereticae, & Gentiles Clodouei, & filiorum eius tēpore.*

*h Sigonius lib. 16. de imperio Occidentali anno 508. Morales lib. 11. ca 46. Mariana lib. 5. c. 7. i Sigonius lib. 16. de imperio Occidentali anno. 444. & 499. Tarcagnota p. 2. hiſce annis, Mariana lib. 5. c. 7. anne 536.*

*Ratiocinatio, & argumentū, quod prior in Hiſpania vniuerſa fides catholica floruerit, quam in Gallia, et Reges Hiſpaniae prius catholici extitere.*

ita ꝙ maiorem in ea partem poſsideret, quam Clo-
doueus Galliæ, & deniquè adhuc Hiſpania vna vo-
ce Gothorum, & omnium incolarum, Romanæ Ec-
cleſiæ fidem profitente, Galliarum quibuſdam pro-
uincijs Arriana ſecta vigebat. Deniquè ſi inter Go-
thos, & Francos ab origine eorum repetito princi-
pio contentio eſſet, vtra natio prius Eccleſiam ag-
nouerit, Gothi multo antequam Franci, cum quæ-
libet natio in paterno ſitu maneret, fidem recepe-
re, quia vt docuimus ſuperius, Gothi catholici erãt,
donec â Valente Imperatore decepti fuerunt, & in
concilio Nicæno Epiſcopi Gothorum extitere, non
vero Francorum, & conſtantes mart- res ex Gothis
leguntur, vt beatus Iheronymus, & Chriſoſtomus
eorum fidem extollunt, K quæ in quibuſdam fir-
ma ſemper fuit ex ſuperioribus locis memoratis, ne-
què quod decepti ſint, donec reſipuerint, illis vitio
verti debet, qui catholici extiterunt, cum ea muta-
tio in omnibus gentibus referatur, vt de illis dici
poſsit, quod de Romanis Liuius. *Nulla vnquam gens
tam modeſta, tam morigerata reperta fuit, quæ non aliquan-
do improbos homines ediderit, Romaquè ipſa non vnum, aut
alterum ſceleſtum ciuem, ſed nefariorum hominum cateruas
in vnoquoquè fere ſæculo, a ſuis laribus miſit.* Itaquê non
Arriani Gothi decepti â Valente delere poterunt
gloriam Gothorum, qui martyres pro fide, qui do-
ctores Eccleſiæ qui religione excellentes, qui prio-
res Francis in fide extitere. Item cum iure vnus col-
legâ retineat iura totius collegij, & conſeruet l a-
lijs deficiẽtibus, ita in Hiſpania præter id, ꝙ Hiſpani
incolæ Gothis regnãtibꝰ catholici extitere, etiã alij
nũquã ſubijci potuerunt à Gothis, nec deuinci, vt Aſ-
tures, & Cantabri, qui omni Gothorum tempore ſui
iuris effecti fidem retinuerunt, & cum ea iura Hiſpa-
niæ religionis, quæ in eis manſit, ſicut etiam acci-
dit, cum â Sarracenis maior pars Hiſpaniæ vaſtata
eſt, vt auctor eſt Paulus Æmilius lib. 2. in Carolo
Martello hæc proferens. *Omnis Vuiſigothorum nobili-
tas, Rodericuſque Rex cecidit, tota Hiſpania in ditionem Sar-
racenorum venit, præter Aſtures, & Cantabros, qui mor-
talium vltimi in Romanorum ditionem venerant, & nouiſsi-
mi ab eis defecerant, & cum Vuiſigothi Hiſpanis iura da-
rent, nunquam imperatum fecere ſuis legibus vſi.* Ioan-
nes magnus lib. 16. cap. 27. in hiſtoria Gothorum a-
gens de Sarracenorũ oppreſione. *Bienni ſpatio omnem
ferè*

76 *Gothi pri⁹ catholici, quã am Fraci.*

*K Ioannes Magnus lib 16. c. 29. hyſtoriæ Gothorũ in proteſtatione cõcilij Baſilienſis.*

*l Doctores. ca. 1. de electione. Lambertinus 2. p. lib. 2. de iure patronatus. q. 5. art. 19. nu. 5.*

77 *Aſtures, & Cantabri nũquam á Gothis deuicti, ſed ſẽper ab eorum iugo liberi, & ſẽper fidem ſunt complexi.*



*ferè Hiſpaniam occupant, præter Aſtures, & Cantabros, qui ſi-
cut olim nouiſſimi in ditionem Romanorum conceſſerunt, ita lu-
bente Romano Imperio ſe ſolum tum natura loci, tum viribus,
& armis protegentes, fidem Chriſti tutati ſunt,
vt neque primum Gothis, neque deinde Sar
racenis vſquam ceſ-
ſerint.*

(?)

# CAPVT DECIMVM,

## Quo â Recharedo uſque ad ætatem hanc ſtatus Eccleſię in regnis Hiſpaniarum, & Galliarum deſcribitur.

(?)

CVM Fidem Hiſpanorum Regibus fidam,
Chriſto vero fideliorem, nullæ vnquam
gentes corrumpere, & violare potuiſſet,
ipſa natio Hiſpana vbique, & ſemper in
fide conſtans, & firma candore, & luce re
ligionis ſuæ tenebras, & caliginem doctrinę Arrianę
exterminauit, & poſt innumerabiles clades reſpiras,
tandem lugubria veſtimenta deponit, accipiens â Do
mino ſuum diuinum oraculum, oleum gaudij pro lu-
ctu, pro cinere coronam, pro ſpiritu mœroris pallium
laudis, Eccleſijs iam ab impietate proſtratis, ad fidem
reſtitutis, ſacriſq; canonibus cõciliorum priſtino ni-
tore floreſcentibus, & poſthliminio reuocata exule
doctrina euãgelica. Cum enim anno. 587. patre Leou
uigildo defuncto, & catholice commendante beato
Leandro Recharedum filium, ex Luca Tudenſi, &
Ioanne Abbate Velclarenſi eius ætatis auctore, &
alijs capite ſuperiori relatis, ei ſucceſſit Recharedus
filius â beato Leandro, & Fulgentio inſtitutus, & ab
initio regni catholicus, caputq;, alij Gothi, vt men-
bra ſequentes euangelicam induerunt doctrinam,
exuentes Arrianam ſectam, & ex conſtantia Hiſpa-
norum in fide ſuperati, victoriam ex ſe ipſis haben-
tes, erroremq; deponentes, vna voce profitentes fi-
dem Romanæ Eccleſiæ, inſigne illud, & diuinum ce-
lebratum eſt concilium Toletanum, quod dicitur ter
tium, vbi omnes vno ore vnam fidem fatentur, iux

1 *De cõuerſione Recharedi, & Vuiſigothorum.*

2 *Cõſtãtia Hiſpanorũ ſuperauit perfidiã in religione Vuiſigothorum.*

ta præceptum beati Leandri ante concilium monitum, vt ex fine concilij patet illis verbis. *Superſt autem, vt vnanimiter omnes vnum regnum effecti, tam pro ſtabilitate regni æterni, quam pro fœlicitate cœleſtis Dominum præcibus adeamus.* Antea enim Hiſpani ſeorſum ędes ſacras, ceremonias, ritus, & religionem habebant, genſquê alia â Gothis diſtincta, vt religione ſic nomine fuit, ſed poſt fidem â Gothis acceptam vnum regnum, vna gens efficiuntur, ita vt deinceps vna fide vnum nomen habuerint, quam gloriam religionis aſſequendæ ex Hiſpanis mutuaſſe, & accepiſſe, Recharedus in oratione habita in eo concilio Toletano apertiſsime profitetur, hæc proferens. *Vos tamen Dei ſacerdotes meminiſſe oportet, quantis hucuſquê Eccleſia Dei catholica per Hiſpanias aduerſæ partis moleſtijs laborauerit, dum & catholici conſtantem fidei ſuæ tenerent, & defenderent veritatem, & hæretici pertinaciore animoſitate propriam niterentur vindicare perfidiam. Me quoque, vt re ipſa conſpicitis, calore fidei accenſum in eo Dominus excitauit, vt depulſa obſtinatione infidelitatis, & diſcordiæ ſummoto furore populũ, qui ſub nomine religionis famulabatur errori, ad agnitionem fidei, & Eccleſiæ catholicæ conſortium reuocarem. Adeſt enim omnis gens Gothorum inclyta, & fere omnium gentium gemina virilitate opinata, quæ licet ſuorum prauitate doctorum a fide hactenus, vel vnitate Eccleſiæ fuerit catholicæ ſegregata, toto mecũ adſenſu concordans eius Eccleſiæ cõmunione participatur, quæ diuerſarũ gentium multitudinem materno ſinu ſuſcipit, & charitatis vberibus nutrit, de qua Propheta Eſaia. cap. 56. canẽte dicitur. Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Nec ſola Gothorum conuerſio ad cumulum noſtræ mercedis acceſsit, quinimo & Sueuorum gentis infinita multitudo, quam præſidio cœleſti noſtro regno ſubiecimus, alieno licet vitio in hæreſim deductam, noſtro tamen ad veritatis originem ſtudio reuocauimus.* Vnde colligitur primo omnes Hiſpanos incolas catholicos extitiſſe, dum Rex ſolum Gothos, & Sueuos conuerſos ad fidem proferat, & alios conſtanter defendiſſe religionem. Secundo quod Gothi prius quam deciperentur â doctoribus ſuis, & Valente, fidem profitebantur catholicam. Tertio, ꝙ Sueui in Hiſpania catholici alieno illius Aiacis vitio in hæreſim dilabuntur, & poſtea iterum iã conuerſi Leouuigildi tyrannide â fide deuiarunt, non tamẽ omnes, ſed multitudo, vt Rex inquit, ſynodus autem hęc Toletana habita eſt anno. 589. vt patet ſecundo tomo conciliorum, vbi refertur, & in collectione cõcilio-

3 *Poſt fidẽ acceptã a Hiſpanis, qui fide diſtinguebãtur Gothi omnes vna gens efficiũtur.*

*a Moral. lib. 12. c. 4. Vaſeꝰ anno. 589. Varonius 7. tom. anno 589. fo. 644 Mariana lib. 5. c. penul.*



ciliorum Garſiæ Loayſæ, apud Moralemquê, *a* Vaſeũ, & alios, huiuſq; conuerſionis fit mentio in omnibus annalibus veterum ſcriptorum, Rheginonem li. 1. in Mauritio, Iſidorum in chronico Gothorũ, *b* Gregorium Turonenſem. Lucam Tudenſem, & alios. Quam grata fuerit Deo hæc reductio ad religionem veram, euentus belli in Gallia habiti declarauit, cum ex Iſidoro de Gothis in Recharedo, nulla vnquam maior in bello in Gothis Hiſpanis, vel ſimilis extitit victoria, nam cum Guntheranus oppugnaret ditionẽ Narbonenſem Galliæ, quam Recharedus obtinebat, Claudius Luſitaniæ dux â Recharedo miſſus cum trecentis plus minus militibus ſexaginta ferme hominũ millia occidit, partim fugauit diſpoliatis eorum caſtris ex Ioãne Velclarenſi eius ſęculi auctore, cuius victoriæ Vaſeus anno 588. & Gregorius Turonenſis, *c* & omnes meminere, cumque religio Catholica floreret in Hiſpania, frequenter concilia celebrabantur eo tempore, vt Hiſpalenſe, Narbonenſe in Gallia Gothica, Cæſaraguſtanum, Toletanum. IIII. Oſcenſe, Barchinonenſe, & alia, quæ habentur ſecundo tomo conciliorum, & collectione Garſiæ Loayſæ, & apud Vaſeum, *d* Moralem, & alios fit mentio. Hocquê aureo Hiſpaniæ ſæculo aurei illi doctores fratres ſancti Fulgentius, Leander, Iſidorus vterquê Hiſpalenſis præſul, ſancta Florẽtina, Mauſona Emeritenſis Epiſcopus, Ioannes Abbas Velclarienſis, cuius meminit Trithemius, & Iſidorus de viris illuſtribus, Tonantius Epiſcopus Palentinus, ſanctus Prudentius, Fœlix, Euthypius, Seuerus, & alij per Moralem & Vaſeum *e* citati, & vt ſol inter ſydera cœleſtia effulſit Recharedus, quo imperante fortunatum, & fauſtum Hiſpaniæ regnum floruit, nam victis Arrianis Gallis, & Romanorum aciebus, qui occupauerant Hiſpaniæ partem, inquit Lucas Tudenſis. Tanta fuit gloria Gothorum illorum tempore, vt non viderentur bella tractare pugnando, ſed quaſi in paleſtræ luſibus delectari, vbique enim proſternebãt victores, prudens, & pius erat Princeps, & Prouincias, quas pater prælio conquiſierat, iſte pace firmauit, æquitate diſpoſuit, moderamine erexit, fuit enim placidus, mitis, ęgregiæ bonitatis, tantamquê in vultu gratiam habuit, & tantam in animo benignitatem geſsit, vt in omnium mentibus influens, etiam malos ad affectum amoris ſui atraheret, adeo libe-

 rali-

4 *Victoria Recharedi ex congreſione cum Gallis.*

5 *Hiſpalenſe, Narbonenſe Toletanum. IIII. Oſcenſe, Barchinonenſe, Cæſaraguſtanũ, & alia celebrantur concilia.*

6 *Sãcti qui in Hiſpania floruerunt Fulgentius, Leãder, Iſidorus & alij.*

7 *Laudes Recharedi.*

*b Greg. Turo. lib. 9 c. 15. hyſtoriæ Francorum Rodericus li. 2. c. 15. Lucas Tudẽſis era 638. Varonius Mariana, Morales, Vaſeus loco citato. Volaterranus relatus à Ioãne Magno li. 16. c. 10. Gothorum hyſtoriæ.*

*c Gregorius Turonenſis lib. 8. c. 30. Morales lib. 12. c. 2 Varonius. 7. to. anno. 588. fol. 633. Ioannes Magnus li. 16. c. 10. in hyſtoria Gothorum: Lucas Tudenſis ſupra Valera. 3 p. c. 20. Generalis hyſtoria Hiſpaniæ 2. p. c. 40.*

*d Vaſeus ab anno 589. Morales li. 12 c. 5. & 7. Mariana lib. 5. c. pen. & vlt.*

*e Morales lib. 12. c. 5. & 6. Vaſeus ab anno 589.*

ṙalis, vt præuilegia Eccleſiarum, & prædia, quæ patria labes fiſco aſſociauerat, cum augmento multiplici iuri proprio reſtauraret, adeo clemẽs, vt populi tributa ſæpe indulgentię largitione laxaret; multos etiam ditauit rebus, plurimos ſublimauit honoribus, antiquos Hiſpanos, & Romanos ſibi ſubditos vna cum Gothis eiuſdem conditionis eſſe inſtituit, nulluſquê captiuam Chriſtiani filiam iugo ſeruitutis opprimi paſſus eſt, opes ſuas in miſeris, theſauros in egenis recondens. Hactenus Lucas Turenſis. Et ita hiſce titulis ornatus eſt, & alijs excellentioribus decoratus; frater martyris Ermenigildi, conſobrinus ſanctorum doctorum, Fulgentij, Leandri, & Iſidori, patruus martyris filij Ermenigildi, fidei reſtaurator, pater patrię, Apoſtolus Vuiſigothorum, Gallorum, & Romanorum domitor, legislator Hiſpaniarum cum ipſe anno ſexto, ex Luca Tudenſi, Gothicas leges in compendium reduxerit, hac vna laude dignus, quod poſt eum Dei optimi maximi beneficio nullus in Hiſpania Rex labe hæreſis infectus fuerit, vt vſquê ad tempora ſua teſtatur Alfonſus Cartagena in anacephaleoſi Regum Hiſpaniæ cap. 27. & deinceps vſquê ad fœliciſsimum ſæculum Philippi tertij catholici, & eximij Regis noſtri certa fide poſſumus aſſerere, omnes Reges Hiſpaniæ, (qui recta linea â Rechareda non deficiente prole deſcendentium deriuatur ex Morale libr. 12. cap. 8.) catholici regnarunt, & obedientes ſedi ſanctæ Apoſtolicæ Romanæ, omnequê regnum cum ſubditis catholicum extitit, nunquam â fide diſcedens, immo pro ea cum omnibus Sarracenis, & hoſtibus alijs Eccleſiæ fortiter pugnans. Recharedus autem, vt ſe gratũ Deo, & ſanctis, quos propitios habuit, exhiberet, auream coronam Gerundæ ad altare diuini Fœlicis obtulit, vt ex Iuliano Pomerio, & Roderico Toletano, & alijs Vaſeus, *f* & Morales memorant, Gregorioquê magno Pontifici Romano ex eiſdem munera aurea, & gemmarum miſit, Romanam ſedem, vt caput agnoſcens, & trecentas veſtes pauperibus beati Petri largiendas conceſsit, & ab eo ad Pontificem eſſe munera miſſa Gregorius Pontifex teſtatur, mittens ei ſanctorum reliquias, in epiſtolis maximê lib. 7. epiſtola 126. ſcripta Rechâredo vbi recenſet hæc verba in eius laudem. *Explere verbis excellentiſsimè fili non valeo, quantum tuo opere tua vita delector audita, quippe dieb⁹ noſtris virtute miraculi, quod*

8 *Tituli Recharedi.*

9 *A Recharedo omnes Hiſpaniæ Reges catholici ac omnes ſubditi.*

10 *Recharedus munera, mittit Romano Pontifici, & Põtifex Gregorius ei ſanctorum reliquias.*

*f Vaſeus anno 601 Morales lib. 12. c. 4 & 8. & 47.*



*per excellentiam tuam cuncta Gothorum gens ab errore Arrianæ hæreſis in fidei rectæ ſoliditate translata eſt, exclamare cum Propheta Pſalmo. 66. libet, hæc eſt immutatio dexteræ excelſi, cuius enim vel ſaxeum pectus tanto hoc opere cognito non ſtatim in omnipotentis Dei laudibus, atque in tuæ excellẽtię amore molleſcat. Hæc me fateor, quæ per nos acta ſunt, ſæpe conuenientibus meis filijs dicere, ſæpe cum eis pariter admirari delectat. Hæc me plerumque contra me excitant, quod piger, & inutilis, tunc inerti otio tepeo, quando in animarũ congregationibus pro lucro cœleſtis patriæ Reges elaborant; quid enim, itaque ego in illo tremendo examine iudicij venienti dicturus ſum, ſi tunc illuc vacuus venero, vbi tua excellentia greges poſt ſe fidelium ducet, quos modo ad veræ fidei gratiam per ſtudioſam, & continuam prædicationem traxit.*

Vnde patet quantum gloria excellant Reges Hiſpaniarum, qui non ſolum in humanis, & temporalibus domini, ſed in ſpiritualibus Apoſtoli, & doctores fidei in regno Gothorum extiterint, idq; non auctoribus aprocriphis, & leuibus, ſed ipſo Pontifice ſummo, & adeo eximię ſanctitatis, vt Gregorio Magno teſtante non ſemel, ſed ſæpe, vt lib. 7. epiſt. 124. ad Claudium miſſa, & alia beato Leandro epiſt. 125. lib. 7. quem ita vnice, & ex animo dilexit diuus Gregorius, vt ei dicaret opera Moralium in Iob, & cum mitteret hoc amoris teſtimonium lib. 4. epiſt. 46. indictione. 13 cap. 90. protulit. *Quanto ardore videre te ſitiã, quia valde me diligis, in tuis tabulis cordis legi, ſed quia longo terrarum ſpatio disiunctum te videre nequeo, vnũ quod mihi de te dictauit charitas feci, vt librum regulæ paſtoralis, quem in Epiſcopatus mei exordio ſcripſi, & libros, quos in expoſitione beati Iob iam dudum me feciſſe cognouiſti, ſanctitati tuæ communi filio Probino præsbytero venienti tranſmitterem.* Finemq; facit epiſtolæ his verbis. *Quando ei parum loquor, quem magis omnibus diligo.* Et tandem naturæ conceſsit Toleti Recharedus, cuius obitum Ioannes magnus lib. 16. c. 10. inquit. *Tantus vbique luctus audiebatur, vt vnaquæq; domus ſuum præcipuum amicum amiſiſſe putaretur.*

11 *Gloria Regum Hiſpaniæ, qui ex teſtatione Pontificis doctores fidei in regnis extiterunt.*

12 *Leandro dicauit beatus Gregorius opus Moraliũ & teſtimoniũ amoris, quem erga eum habuit.*

Hoc ſæculo Hiſpanis fortunato, Gallis etiam fœlix fuit, cum id beatus Gregorius lib. 4. epiſt. 6. indictione 14. c. 106. indicet, Childiberto Regi Francorum ſcribens, & epiſt 5. c. 105. Brunechildi Reginæ, & lib. 5. epiſt. 51. c. 151 indictione 14. commendat fidem Gallorum, auxilium ab illis aduerſus Longobardos petens, excitando ad id conferendum laudibus reli-

13 *Status Eccleſię Galliarũ fœlix hoc tẽpore, licet ad huc durarẽt aliquæ hæreſes, & corrupti eſſent mores.*

religionis,vt facilius mouerentur, vt vicini finitimi
ad opem ferendam,ſed etiam corruptis moribus viue
re idem beatus Gregorius epiſt.58.lib.5.c.158.indi-
ctione.14 ſcribit Theodorico,& Theodoberto, eos,
ad mittendos Epiſcopos,qui Britanos ad fidem redi-
gant hortando,cum in hac re negligenter,& ignaue
ſe geſſerint,& ad eos mittit litteras lib.7.epiſt.120.
c.120.indictione,2.ſuades,vt vitiũ ſimoniæ,quo Epiſ
copatus venduntur,è regno eradicent. Item,& Gal-
liæ Gothicę incolæ adhuc proterui, & duræ ceruí-
cis in conuerſione manebant Atholoci,ſeu Vitalogi
Epiſcopi Arriani prædicatione & Granistæ,& Vil-
digernicomitum tyranide,qui catholicos martyrijs
cruciabant,vt ex beato Cregorio Turonenſi lib.9.c.
15.hyſtoriæ, Morales lib 12.c.1.refert,& Chilperic⁹
Rex Francorum hæreſi laborabat,vt capite ſequenti
oſtendemus,ſed in hoc ſtatu,cum vtraquê Hiſpana,
& Gallica Eccleſia in fide catholica, & obedientia
ſedis Apoſtolicæ exiſterent, & deinde permanſe-
rint, ſiſtamus gradum, nec ad alia progrediamur tẽ
pora ſequentia,cum noſtri inſtituti ſolum ſit, ſtatum
Eccleſiæ vniuſcuiuſq; regni deſcribere, & tẽporũ ſe
rie facta computatione oſtendere Hiſpanum regnũ
in religione catholica profitenda antiquius eſſe,quã
regnum Galliæ, & ideo honoratiore loco dignius,
q; vſquê ad hæc tempora oſtendimus, nec deinceps
14 de cæteris agendum erit, cum in vtroquè regno fi-
des manſerit, firmior tamen, & conſtantior in Hiſ-
pania, â qua nunquam Hiſpani deceſſerunt, nec ſo-
lum in labem,& notam hæreſis inciderunt,ſed nec in
ſuſpicionem,quam omnino vitare ſtudent, quod de
Gallis ex miſera temporum calamitate non poteſt af
firmari, cum plurimi eorum, & maxima pars Eccle-
ſiam illam vnice â ſede Apoſtolica dilectam, orna-
tam beneficijs, cum vnica ſit, & integra ſcindere, &
dilacerare hæreſibus contendant, & vexauerint fi-
deles catholicos, & nunc crucient. Et ex hoc commẽ
datur Hiſpania, quod in ea nunquam defecit fides
catholica, â prædicatione beati Iacobi, & poſtquam
Recharedum Regem habuit, omnes Reges primo ex
eius ſanguine orti ſunt, ſecundo nunquam â fide diſ-
ceſſerunt catholica, vt notat Bozzius de ſignis Ec-
cleſiæ lib.20.ſigno.83.c.3.

*Firmior manet fides in Hiſpania, quã in Gallia.*

15 *Nunquã in Hiſpania defecit fides.*

16 Nec fidiſsimæ religioni Hiſpanorum obijci poteſt
cladeſilla Roderici tempore illata, qua maxima Hiſ
panię

*Quod Clades accepta â Sarracenis non nocuit Hiſpanis.*



paniæ pars a Sarracenis occupata fuit, & illius oca-
ſione declinare cœpit regni faſtigium, & extingui
Gothorum genus,& nomen, nam id non nocuit Hiſ-
panis, immo vt de cæco a natiuitate in Euangelio
profertur, quod cæcus natus eſt, vt manifeſtaretur
gloria Dei, ita hæc calamitas euenit, vt nota fieret
conſtantia Hiſpanorum, in fide profitenda, quæ
firma manens in ruina a nationibus exteris eueniẽ-
te, eos ad agnitionem veritatis adduxit, & poſtea
â Sarracenis vexata Hiſpania, vt aurum igne proba-
tum elucet, cum ipſis procellis exagitata firmior in
fide maneret, & ipſos Arabes Mahumetanos ad fi-
17 dem induxerit catholicam. Hac enim vaſtatione in
duas partes diuiſſa eſt gens Hiſpanorum, ſicut ipſa
regio,alia fuit eorum, qui ſedes proprias defende-
runt valida, & forti manu, vt Aſtures, Cantabri,
Nauarri. Alia eſt,eorũ qui capti ſunt â Mauris,ſed in
captiuitate manẽtes fidem religioſſe colebant,Eccle-
ſias frequentabant, habentes eas ritu catholico, vt
Ambroſius Morales lib. 12. cap. vltim. & lib.14.c.1.
cum alijs oſtendit, & idem affirmat Iheronymus Zu-
rita prima part. annalium Aragoniæ libr.1. cap.41.
ſcribens Eccleſiam beatæ Mariæ nuncupatæ del pi-
lar in ciuitate Cæſarauguſtana, & alias hoc tempo-
re à Catholicis venerari, & vtraquè pars iura, &
præuilegia iure conſeruauit. Primo illi, qui ſitum
18 tuentes, eum â Sarracenis occupari non paſsi ſunt,
ſed ab illorum expugnatione liberarunt, conſeruãt
iura totius regni, nomine vniuerſi corporis, ſicut
enim circa electionem, & reliquos actus collegij de-
ficientibus collegis, aliquo mortis, vel captiuitatis
caſu, ius collegij remanet penes vnum manentem in
parte illius, ex legum g deciſsionibus,ita iura Re-
gni vniuerſi quibuſdam,caſſu captiuitatis, & mortis
deficientibus penes Aſtures, & Cantabros, & alios
manentes non victos,ſed victores, & ſedem retinen-
tes,integra,firma, inuiolataq; manſerunt,quod maxi
mẽ dicendum eſt in regno, quod iure regni, cum ſit,
quid imaginarium, & incorporeum indiuiduum ha-
bet ius,& vna parte eius totũ regnum conſeruatur,h
& eius ius, & hoc aſſeritur de his qui deuicti non
ſunt. De alijs vero ſuperatis, & captis colentibus ta-
men fidem,idem affirmandum erit,quia iure poſthli-
minij captiuus rediens ad ſtatum priſtinum liberta-
tis omnia iura recuperat,ac ſi in captiuitatẽ non fuiſ
ſet,

*Duo genera Hiſpanorũ conſeruarũt iura Hiſpaniæ, aliud eorum,qui deuicti nõ ſũt, ſed proprias ſedes defenderunt, alij eorum qui captiui fidẽ profeſſi ſunt*

*Eccleſia beatæ Mariæ del pilar venerata fuit à catholicis Cæſarauguſtæ,cum ciuitas â Mauris occuparetur.*

*g l.ſicut. §. fin. ff. quod cuiuſque vniuerſitatis nomine. vbi gl. & doctores. l.ſi grege. ff.de leg. 1. & doctores.c.1. de elect. Lãbertinus de iure patronat⁹ li. 2.p.2.q.2.art. 19. nu.5.Petrus Moligonatus de appellatiua verborũ ſignificati. verb.collegiũ.n.22. h l.vna.18.ff.de ſeruitutibus ruſticorum l.1.§.itẽ.ff. de aqua*

ſet, ex titulo.ff.de captiuis,& poſthliminio reuerſis, omniaque præuilegia,& eminentias conſeruat *i* iure & ita Hiſpani fidem colentes â captiuitate redeuntes iure poſthliminij omnia iura regni, & præuilegia recuperant. Quod etiam alia ratione demonſtratur, quia præuilegium, quod conceditur artificibus, catenus êo gaudent, donec quiſque ſuum munus *K* exercet, & cum præuilegium, & ius antelationis Hiſpanis ob conſtantiam in fide, & antiquitatem in religione, & laborem in ea quærenda, & conſeruanda ſit conceſſum, & iure debeatur, quamuis in captiuitate eſſent, cum in ea conſtituti in fide, & religione exerceant munus ſuum, officiumquè catholicorũ adhibeant, ita firmiter, vt non ſolum nõ amiſſerint pietatem, & fidem; ſed pulſis poſtea hoſtibus ampliauerint, in barbaroſquê extenderint, non ſolum non debent perdere ius, ſed maiori, & potiori digni ſunt præmio, vt Pontifices declararunt Alfonſo catholico Regi ſcribentes, & alijs, vt ſtatim mentio epiſtolarum habenda erit, ſicut ſi retinetur vſus in vno, aut altero contento in præuilegio retinetur, in omnibus l.arboribus.§.1.ff.de vſufructu.vbi Bart.l. ſi vnus. ff. de ſeruitutibus prædiorum vrbanorum, vbi Flotianus.l.2.§.hoc interdicto.ff.de itinere, actuquê priuato. Innocen.cap.dilectus gloſ.poſſeſſorium de capellis monachorum. Balb.ſecunda.part. de præſcript.ſecunde part. Antonius Bardus de tempore vtili.c. 15. itaquê ex dictis, vt oſtendatur benedictionem primam, & ſedem ab Eccleſia Hiſpaniæ, vt vetuſtiori in quærenda religione deberi; & firmiori in retinenda ſex diſtinguuntur tempora. Primum eſt, cum ſubdita erat Hiſpania Paganis imperatoribus, quo ſæculo â beato Iacobo inſtituti in religione catholica Hiſpani deinceps amplexi ſunt eam, vt docuimus ſatis Secundum tempus, quo Chriſtiani Imperatores florebant, etiam in Hiſpania floruiſſe certum eſt fidem ex dictis. Tertium tempus fuit, quo barbaræ nationes Hiſpaniam opprimunt, qua ætate incolæ, & municipes Hiſpani origine nati, & educati in eo regno. & Romani cum eis, vt ſatis demonſtrauimus ex Luca Tudenſi, & concilio Toletano, ita conſtantes in fide perdurarunt, vt non ſolum non ſint infecti labe Arrianæ hæreſis, ſed potius Gothos Arrianos ad veram agnitionem fidei adduxerunt. Quartum tempus, quo Recharedus cum Gothis, & Sueuis fit catholicus

16 *Diſtinguẽdo tempora ſex oſtenditur priorem, & potiorem in fide eſſe Hiſpaniam, quã Galliã.*

*pluuia arcenda.l.aqua.§.ſi pluriam.ff. quemamodum ſeruitutes amittantur l.18.tit.31.part.3. glo. & Bal.c.1.de duobus fratribus in feudis doctores.l.4.§.Cato.ff. de verb.obligat.Ripa.nu. 66. c.cum Eccleſia ſutrina de cauſa poſſeſſionis Mandoſius de cõmiſſionibus forma. 1 verb.annexis.*

*i Abbas.c.Abbate de verb.ſigni.Alex.conſ.43.nu.2.li.1.& conſ.193.nu.7.lib.2 Carolus Tapia l.fin.ff. de cõſtitutionibus principum.2.p.c.4.nu.25.*

*K l.ſemper.§.negotiatores, &c. §.vlt.ff.de iure immunitatis. l.maximarum C.de excuſat.munerum li.10.vbi Bart.l.5.tit.7.p.5 vbi.gl. Bart.et alij.l.ſcriniarios C.de teſtament.militis Felinus.c.clerici de reditijs. Carolus Tapia.ſup.nu.7.*

licus



licus, eſt, quo omnes catholici habitantes in Hiſpania extiterunt pulſis Arrianis, & Iudæis deinde â Siſebuto. Quintum tempus extitit, cum â Sarracenis vaſtatur Hiſpania, & excanduit in Hiſpanos furor vehemens hoſtium, illi tamen in religione conſtantes eam oppreſsi colunt, & venerantur numen Dei, et â ſe iugum Maurorum excutiunt, diuiſſo regno in varias ditiones, & Reges. Sextum hoc aureum ſæculum, quo regnante Philippo tertio fruimur, quo Hiſpania antea diuiſſa in regiones, nunc in vnum coit regnum, & plura alia regna ſibi adiungit, & hac ætate, cum cætera regna Hiſpaniæ Regi non ſubdita, alia Paganiſmo, alia Mahometanis legibus, alia diuerſarum hæreſum vitijs laborent, Reges Hiſpaniæ vnici protectores Eccleſiæ aduerſus eius hoſtes feroces, & immaniſsimos regna ſua candida, & pura veſte fidei induta abſquè labe, & macula ſedi Apoſtolicæ offerunt; hi Turcarum impetum cohibent, hi hæreticos oppugnant, & domant, hi Paganos in regionibus incognitis ad fidẽ trahũt, armis, pace, & prudentia vtentes, ac puriſsima religionis ſeminaria in abditis orbis angulis plantãtes, hi Eccleſiam tuentur ab oppreſsionibus, itaq; regnũ pro ſalute, & incolumitate ſedis apoſtolicæ mortem oppetere paratum, purum, nitidum abſquê labe, & ſuſpicione hæreſum offertur Romanis Pontificibus, & eorum ſedi ſacroſanctæ.

20 *Regum Hiſpaniæ munus hodiernum, in quibus ſalus, & incolumitas Eccleſiæ eſt.*

## CAPVT VNDECImum, quo demonſtratur Regibus Hiſpaniæ honoratiorem ſedem deberi, ex eo, ꝙ in Hiſpania tam in vniuerſo regno, quam in priuatis eius Prouincijs primo Reges Catholici extitere.

NVLLO Alio fundamento nituntur validiori Franci ad extollendam Regum eius regionis ſedem, quam vt ſuadere velint antiquiores in fide ſuſcipienda catholica, & vetuſtiores in ea profitenda extitiſſe Reges Francorum, quod argumentum, quam inutile,

S &

& fallax ſit oſtendemus duplici capite . primo, quod examinata, ac diſcuſſa rei veritate, prius in Hiſpania generaliter, & priuatim Reges catholici extiterunt, quam in Gallia, ſecūdo, quod id argumentum rem de qua agitur, non decidit, & circa priorem partem, vt res â ſuo fonte hauriatur, in diuerſa tempora, vt dilucidius vera pateat cognitio, diſtribuemus diſputationem, vt factum eſt capitis ſuperioris vltima parte.

Primum tēpus attenditur quo beatus Iacobus apoſtolus ab Herode occiſus eſt gladio, ꝙ ita accidit ex diuino Leone Papa, in epiſtola de eius paſſione, & corporis ipſius in Hiſpaniam translatione, quam epiſtolam ad Hiſpanos deſtinauit, quod cum Iudæi integrum corpus cum capite extra ciuitatem proijcerent feris, & auibus deuorandum, diſcipuli adhuc eo viuente præmoniti, vt corpus ſuum in Hiſpaniā transferrent tumulandum, totum corpus cum capite nocturno tempore arripientes ad littus Ioppenſe perduxerunt, vbi dum ſoliciti de nauigio, quo transfretarent in Hiſpaniam, eſſent, nauem diuinitus paratam in littore maris inuenerunt, & vt quidam tradunt, lapideam, quam Deo gratias agentes impoſito ſacratiſsimo corpore lęti conſcenderunt, & omnibus periculoſis fretis deuitatis, prius ad Ierenſem portum peruenerunt, quod dicitur Iria Flauia, hodie Padron, poſtea ad Liberum donum, quod nūc Compoſtella dicitur, marmoreo ſepulchro conditum fuit beatiſsimum corpus, dum autem diſcipuli locum quærerent aptum, & idoneum tanto Apoſtolo, illum â Luparia, ſeu Lupa Regina poſtulauerunt, quæ eos ad Philotrum Regem miſsit, qui in carcerem obſcurum conijciens, ab Angelo liberatos agnouit, & dum milites eius iuſſu, vt eos comprehenderent, ſequerentur, flumine ſubmerſi ſunt, ponte ſimul cum eis ruente, quo miraculo commotus Rex ad fidem conuertitur, ſed Luparia obſtinata diſcipulos ſacros tauris, & Draconi ferociſsimos obiecit, quē ſancti trucidauerūt & Tauros māſuetiſsimus reddētes ſub iugo collocarunt, tuncquē Luparia ſuperata Dei miraculis ad fidem conuerſa atria, & baſilicam, domum, vt templum beati Iacobi fieret, obtulit, itaquê ab Apoſtolorum tempore Philotrus Rex, Luparia Regina in Hiſpania catholici Reges extiterūt, vt ex Sophoronio Faber c. 14. Pauli ad Romanos retulit, & licet Morales libr. 9. cap. 7.

1 *Primum tēpus circa Reges Hiſpaniæ catholicos.*

2 *De corpore beati Iacobi in Hiſpaniā translato.*

3 *Primo tēpore ab Apoſtolorū Iaculo Philotr^o, & Luparia Reges catholici in Hiſpania.*

in



in dubitatione conſtituat, ex eo, quod Hiſpania ſubdita imperio Romano tunc Reges non haberet, tamen vt hodie ſunt Reges ſubditi Imperio, vt Koloniæ, Tranſyluaniæ & alij, ita tunc Herodes Aggripa, & ſimiles Reges erant, ſubditi tamen Imperio Romano, vt etiā Candacis Reginæ fit mentio in Euāgelio, & eo modo in Hiſpania Reges aderant. Item & Acci alia Luparia conuerſa eſt â diſcipulis beati Iacobi, Morales libr. 9. cap. 13, & Xantippe cum Probo in Hiſpania beati Pauli Apoſtoli prædicatione fertur Aſtigi conuerſa ad fidem, dum in fronte eius litteris aureis inſpiceretur ſcriptum. Paulus prædicator Chriſti. Morales lib. 9. cap. 11. ex Metaphraſte, & Sophronio Varonius primo tomo anno. 61. fol. 588. ſed vt hæc adeo vetuſta miſſa faciamus, ad reliqua tempora pergamus.

4 *Quod hoc tēpore Reges eſſe potuerūt in Hiſpania.*

5 *Alia Luparia Regina, Xantippe, et Probus.*

Sêcundum tempus, quod attendi poteſt, dum fuit ſubdita Imperio Romano Hiſpania, quo pari ſorte, & gradu incedunt Gallia, & Hiſpania, cum vtrūquê regnum Imperatores Romanos Occidentales Reges, & dominos habuerit, & primos Chriſtianos Philippos Imperatores, ſed ea pari fortuna excellit in eo Hiſpania, quod Conſtantinus Magnus Imperator adeo vtilis Eccleſiæ, & largitor munerum, & regnorum diligentia, & ſtudio Oſij Hipani lucem fidei ſuſcepit, & eius hortationibus Eccleſiæ largitus eſt tot ditiones, & diuitias, vt ſæpius commemoratum eſt. Item Theodoſius, qui apertius, quam Conſtantinus, & cumulatius fidem propagauit, cum Idolorum templa euerterit, quod Conſtantinus non perfecit, Hiſpanus fuit natione, & eius filij ſucceſſores in Imperio, vt ſuperioribus capitibus recenſuimus, & ita Hiſpania, quæ in producendis Imperatoribus Italiæ fuit parens, & in fide illos inſtituendo altrix, & fons extitit.

6 *Secundū tēpus, dū vtrūquê regnum Imperatoribus guberna batur.*

7 *Oſius Hiſpanus Conſtantinum ad fidē adduxit.*

8 *Theodoſius Hiſpan^o Imperator Chriſtianus prius quā alij exteræ nationis.*

9 *Hiſpania parens in producendis Imperatoribus Chriſtianis.*

Tertium tempus recenſetur, quo Imperij ſede translata crebas vaſtationes vtrumquê regnum conſecutum fuit, influentibus diuerſarum nationum copijs, quibus regna Galliarum, & Hiſpaniarum occupantibus Romanorum Imperium in eis ceſſauit, liberaque ab eo manſerunt, quod ſæculum etiam ſi memoria repetatur, diſtincte hæc adhibenda videtur, nam aut vniuerſum regnum, vt in eo vnus ſit Rex, attendēdum eſt, aut ſingulę Prouinciæ Regni in-

10 *Tertiū tēpus poſt libera regna ab imperio.*

S 2 qui-

quibus varijs Reges regnarunt, ſunt aduertendæ. ſi vniuerſum regum, quod in Gothos incidit, concipiamus mente, re diligenter inueſtigata, & perpenſa inueniemus, quod prius in Hiſpania fuerit Rex catholicus quam in Gallia, nam anno. 554. Athanagildus Rex Gothorum fidem catholicam profitebatur cum incolis Hiſpanis, & Romanis, vt auctores ſunt omnes hyſtorici, *a* & alij, & Lucas Tudenſis era. 587. ſic ait: *Fidem catholicam tenuit occulte Athanagildus, & Chriſtianis valde beneuolus fuit.* Leouuigildus item ſucceſſor frater eius, ſeu Leonegildus, licet poſtea infeſtus Chriſtianis catholicis eſſet, tamen initio ex eodem Luca Tudenſi Era. 610. Chriſtanus habitus eſt, & in exitu omnes conſentiunt rectê de fide ſenſiſſe, & commendaſſe Leandro Hiſpalenſi Pontifici Recharedum filium, de Recharedo tamen anno, 587. dubium non eſt, quod fidem catholicam, quam Hiſpani, & Romani profitebantur ſequens, & veram agnoſcens, ſimul cum omnibus Gothis, & Sueuis, ſuſcepit, & ita vnũ corpus ex omnibus in vniuerſo regno compactum eſt, vnaquê fides catholica viguit, & obſeruata fuit, vt diximns capite ſuperiori.

11
*In vniuerſo regno quis Regũ Galliæ aut Hiſpaniæ primus fuerit catholic⁹*

*a Vaſeus anno 554 Morales li. 11. c. 56 Illeſcas in Pelagio. 2 Tarapha in Athanagildo. Michae. Ritius in eo. Palentina lib. 2. c. 17. Monarchia lib. 18. c. 2. §2 Ioannes magnus lib. 16. c. 7. hyſtoriæ Gothorũ. Mariana lib. 5 cap. 9.*

12
*Athanagildus, & Leouigildus catholici reges Hiſpaniæ.*

13
*Anno 587. omnes in Hiſpaniu Chriſtiani catholici in vniuerſo regno.*

Nec oberit quod anno. 496. Clodoueus baptizatus fuit â ſancto Rhemigio, & ita ante Recharedum catholicus vixit, nam nunc agimus de Rege vniuerſali totius regni catholico, nam ſi attendamus Reges priuatos Prouinciarum, prius Rechiarius anno. 440. in Hiſpania catholicus extitit, vt mox dicemus, & diximus ſuperius, & Clodoueus licet catholicus fuerit, tamen cum eo non vniuerſum regnum catholicum exiſtebat, nec ipſe Rex in vniuerſo regno Galliarum erat, vt Recharedus in vniuerſa Hiſpania regnabat, & cum eo in fide conueniebant vniuerſi, idquê patet, tum quia Gregorius Turonenſis lib. 2. de geſtis Francorum. cap. 31. narrat Clodoueũ cum duabus ſororibus, & cum eis tria millia Francorum baptizatos fuiſſe, & ita patet, quod non ſtatim ſimul omnes fidem ſuſceperunt, ſicut Gothi, & Sueui ſuſceperunt in concilio Toletano, nequê conſtat, quo tempore baptiſma, & fidem omnes ſuſceperint, tum eo tempore Clodouei, vt narrauimus. cap. 9. non vniuerſa Gallia erat ſub ditione Clodouei, cum Galliã Gothicã Gothi obtinerent Arriani, & Burgundiã, aliaſq; partes Gallię Burgũdiones etiã Arriani, ex eodẽ Gregorio Turonenſi lib. 2. c. 32. Item magnam partẽ Galliæ

14
*Anno 496. Clodoueus cõuerſus eſt, non tamẽ in vniuerſo regno Galliarum fides catholica vigebat*



Galliæ ſubiectam eſſe eo tempore Theodorico Regi Oſtrogothorum in Italia imperanti, patet ex Sigiberto in chronico anno 530. & hi in Arriana hæreſi exiſtebant. Clodoueo autem defuncto diuiſſa eſt pars Regni, quam poſsidebat inter filios Clotarium ſecundum, Childibertum, Theodoricum, Theodobertum ex Paulo, Æmilio, Mauſonio, Guaguino, & alijs in Clotario ſecundo. In Hiſpania vero vnus erat Rex Recharedus, cuius ſæculo adhuc in Gallia vniuerſa non fides catholica vigebat, cum Galliam Gallia Gothica, Aquitania, & Narbonenſis Prouinciæ tunc ex multis poſt annis laborarent hæreſi Arriana, vt diximus capite ſuperiori, & ita manet ſatis notum in Hiſpania vniuerſa, prius Regem catholicum in vniuerſo regno fuiſſe, quam in Gallia, illud autem, quod dicitur â quodam auctore Clodium Clodouei patrẽ â ſancto Rhemigio baptizatum, vnctumquê cælitus, & ei allata lilia, templumq; diuinæ Genoueffæ virgini in colle Pariſienſi vouiſſe, deniquê vita functum anno 514. id nequè cum hyſtorijs conuenit, nequè habet auctorem grauem, & ita recte cõfutat Laurentius Surius in commentarijs ab anno. 1500, fol. 4. ſi autem Hiſpaniam diuidamus in Prouincias, in ſecundo genere regnandi nulli dubium eſſe poteſt Prouincias quaſdam Hiſpaniæ multis nate annis Reges catholicos obtinuiſſe, quam Galliæ Rechiarius enim ſueuorum Rex, qui fere omnem Hiſpaniam poſsidebat anno. 440. catholicus regnauit cum omnibus Sueuis, & Hiſpanis ſibi ſubditis in Prouincijs Bætica, Luſitania, Gallecia, Caſtella, Celtiberla ex Iſidoro de Sueuis, & diximus. c. 9. in quo etiam adnotauimus Aſtures, & Cantabros fuiſſe vt Reſpublicas, & nunquam â Gothis, nec alijs deuictos, & catholicos fuiſſe, & eorum gubernatores, & Reges, eadem ratione ſemper catholici fuere, quod de nulla Prouincia Galliæ legitur.

15
*Clodium Clodouei Patrẽ à ſãcto Rhemigio baptizatum quidam aſſerũt.*

16
*In Prouincijs Hiſpaniæ prius fuiſſe Reges catholicos, quã in Gallia.*

17
*Rechiarius Sueuorũ rex catholic⁹ anno 440. in Hiſpania.*

18
*Aſturũ, & Cantabrorũ Prouinciæ ſẽper catholicæ.*

Nec oberit, quod poſt Rechiarium, Maldram, qui ei ſucceſsit anno 457. & Frumerium anno 460, qui catholici fuerunt, Aiacis Galli perfidia, & luces iterum Sueuos ad perniciem reduxerũt, nam Theodomirus Sueuorum Rex anno 563. & ſucceſſores donec eos deleuit Leouuigildus, iterum ad ſanam mentem, & meliorem frugem redierunt, vt. c. 9. commemorauimus, & generalis hyſtoria Regis Alfonſi narrat ſecunda. part. c. 37. & 39. nec vnus, vel alter

19
*Sueui licet aliquãdo defecerint, in fide iterũ redire ad verã agnitionẽ ei⁹.*

 Rex

Rex hæreticus tollere potuit præuilegia Eccleſiarũ Hiſpaniæ, & antiquitatem iure quæſitam, cum delictum eius non noceat Eccleſiæ, nec currat *b* præſcriptio, donec impedita eſt hæretico moderatore, maximê cum Prouinciæ Hiſpaniæ Aſturum, & Cantabrorum eſſent fideles, & Hiſpani omnes, & Romani degentes in Hiſpania catholici, qui conſeruant iura totius regni, vt ſatis docuimus dicto. c. 9. Quæ interpretatio, ſi Gallis non placeat, quod illud â medijs Regibus peccatum non nocet ſucceſſoribus, patiantur telis vulnera facta ſuis, nam â Recharedo nullus vſquã impius, & in fide deficiens fuit Rex in Hiſpania, ſed in Gallia poſt Clodoueum catholicum, & Recharedum Chilpericus Rex Galliæ hæreticus extitit, male de myſterijs Trinitatis, & alijs articulis fidei ſentiens, vt Carolus Guaguinus lib. 2. annalium Franciæ in Chilperico ait his verbis. *Nec multo poſt Chilpericus, cuius malitia in homines multis fraudibus perſpicua eſſet in Deum quoquè impietatem meditatus eſt, de diuina quidem Trinitate ita credi noluit, vt non tres in illa diſcretas perſonas, ſed vnam confiteretur, quam Patris interdum nomine Filij, nonuſquam Spiritus Sancti ſacræ litteræ deſignarent.* Et Papirius Mauſonius de geſtis Francorũ in eodem Chilperico. *Chilpericus cum multis rebus impie geſtis Deum ſibi iratum reddidiſſet, menſe quarto à natali Clodouei ſucceſſoris ſui apud Callam vicum Pariſiorum occiditur.* Et Gregorius Turonenſis, quem ille odio proſecutus fuit libr. 5. c. 44. & lib. 6. c. 46. & lib. 8. cap. 5. de geſtis Francorum Neronem appellat, & hæreticum, Eccleſias, Sacerdoteſquè perſecutum valde aſſerit, & eum condemnatum vidiſſe affirmat in ſomnijs; alijquê auctores *c* id teſtantur. Hiſce autem ſæculis vltimus Rex ante Henrricum quartum regnantem, hodie non caruit ſuſpicione Cardinales in carcerem conijcens, occidens, aliaq; gerẽs, quæ induxerunt ad eum ê vita tollendum Dominicani ſodalitij fratrem vt opportunius narrabitur. cap. pen. Sed ex dictis conſtat tam in vniuerſo regno, quam ſingulis, & priuatis Prouincijs prius catholicos Reges in Hiſpania, quam in Gallia regnaſſe.

*b c. delictũ de reg. iur. in 6. c. cum venerabilis de except. c. 1 de præſcript. c. placuit 16. q. 3.*

20 *Chilpericus Rex Francorũ hæreticus*

*c S. Antonin⁹. 2. p. hyſtoriæ tit. 12. c. 6. § 4. et 5. Varoni⁹. 7 tom. ann. 583. fol. 605. & anno. 587. fo. 631. Eugubin⁹ li. 5. de reparatione fidei ſigno. 17. Genebrardus lib. 3 anno. 580. in chronico.*

21 *Vbi æqualitas non eſt non attenditur antiquitas cõuerſionis in Regibus, ſed potentia ſuperior.*

Sed cum ex omni argumentorum, & rationum cumulo Hiſpania excellat, & in hoc vno ſimul cũ alijs, tamen licet in ea parte excederet Gallia, nihil noceret iuri Hiſpaniarum, nam illud argumentum locum obtineret data paritate in omnibus alijs, ſed vbi pares



res non inueniuntur ille excellit, qui potentior, & ſublimior eſt; cum ſæpe nobilitas magis ex dignitate excelſiori, quam ex vetuſtate ſuperior ſit, vt concilium Nicænum, *d* quia ex maiori numero Epiſcoporum, & potentiori maieſtate congregatũ eſt, præfertur alijs prioribus, vt Ancyritano, & comiti antiquiori titulo præfertur dux recentior, & Coſmeſtabuli dignitas alijs veſtuſtioribus; & Epiſcopo ſeniori Archiepiſcopus nouior, & Sacerdoti Epiſcopus, & Regi imperator ex citatis in margine. Vnde cum potentia, & multitudine regnorum Hiſpaniæ Rex ſit longe ſuperior, nec detur paritas in hoc, vt capite ſequenti latius tractandum erit; Hiſpaniæ cedere Gallia debet, licet antiquiores in fide Reges haberet, quod tamen non concedimus; immo excellere etiam in hac re Hiſpaniam; quod firmiores, & vetuſtiores in fide habeat Reges, quam Gallia.

*d c. quoniam diſt. 16. c. Iſidorus diſt. 6. c. Epiſcopus diſt. 17. Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi. 4. p. conſid. 43. Felin. in Rubri. de maior. & obed. Menoc. conſ. 126. n. 20. vol. 2. Boerius nu. 91. de auctoritate magni concilij. Tiracell⁹ de primogenijs in præfatione. glo. 1 l. 12. tit. 5. p. 1.*

22 *Quis primus Rex fuerit aciem pro religione mouens, an Hiſpanus, vel Gallus.*

Nec illud etiam ſilentio præteriri debet, (ne vel minutias Galli conquerantur omittere me in eorum gloriã.) ꝙ Galli auctores aduertunt *e* Paulus Æmilius, Genebrardus, & alij primum Regem, qui primam Chriſtianorum pugnam pro religione ſigna cũ Chriſti hoſtibus contulit, fuiſſe Clodoueum, qui bellum cum Arrianis Vuiſigothis in Gallia geſsit, nam id dici non poteſt circa Hiſpanos, cum Rechiarius Sueuorum Rex catholicus prius pro religione cum Hiſpanis catholicis in Hiſpania bellum geſsit cum Gothis Arrianis, licet non ita fœlicius, vt Clodoueus victor, ipſe enim victus fuit. Item & Clodoueus non tam pro religione dimicauit, quam pro extendendis finibus regni; cum Engoliſmã, Burdegalam, & Toloſam in Gallia Gothica ſubiecit ex dictis auctoribus.

*e Paulus Æmilius in Clodoueo li. 2. Sabellicus li. 2. Æneade. 8. Genebrardus lib. 3. chronici anno. 498.*

(?)

# CAPVT DVODECI-mum, vbi recenſetur alia cauſa antelationis debitæ Regi Hiſpaniarum, eo quod omnes alios Reges potentia, & magnitudine regnorum longe ſuperet.

(?)

DITIONVM Multitudo, opum affluentia, potentiequê magnitudo, quæ forſan in alijs priuatis exitioſæ ſunt, in Regibus adeo excellunt, vt vna hæc ratio alias ſuperet, quod potentior regnis excelſior ſede eſſe debeat cum omni iure diuino naturali, & humano maioribus maior, & honoratior locus *a* debeatur, neque natura patiatur omnia æqualia eſſe, ſed præſtantius aliquid eſt, vt æternitas præcellit tempori, intellectus rationi, in ſapientum ſcholis, & ita ſummus rerũ opifex in rebus formandis aperuit, in diuinaquè cœlorum fabrica natura obſeruauit in ſtellarum pulchritudine, quibus ſolem tanquam aſtrorum Principem, & luminare maius, deinde Lunam luminare minus, & alias alijs lucidiores, & fructuoſiores in effectu ſtellas ipſa admirabiliter præfecit, qui concentus, & ordo cæleſtis cauſa mortaliũ creatus â mortalibus, *b* vt numina imitentur, terreſtria ſeruari debent, vt in toto hominum genere aliqui illuſtres dominẽtur, qui in rebus humanis Imperium teneãt, & ex eis inter ſydera fulgentia Regum ſint alia alijs lucidiora, vt ex Manilio lib. aſtronomicæ 4.

*Eſt æquale nihil, terrenos aſpice tractus.*

Qua ratiocinatione iure ille excellentior, & ſuperior iudicatur, vt ſedes ſublimior ei debeatur, & locus, qui magnitudine regnorum, multitudine populorum, diuitijs, dominio, & nobilitate, & abundantia ſubditorum alios ſuperet, *c* cumquê catholicus Rex noſter Philippus tertius cæteris ſit potentior, vt concedunt. Galli auctores ex Caſſaneo *d* ei, vt omnium maximo maior ſedes debebitur, quod argumẽtum licet duodecim rationibus ornet Ferdinãdus Vazquius Menchacenſis in quæſtione iſta tractanda in principio illuſtrium controuerſiarum omnes

1 *Ditionũ multitudo, opum affluẽtia, potentiæq; magnitudo adeo in Regibus excellunt, vt vna hæc ratio alias ſuperet, quod potentiori Regnis excelſior ſedes debeatur.*

2 *Omnia æqualia, eſſe eſt contra ordinem naturæ.*

3 *Potentiori ſublimior ſedes debetur.*

*a* *S. Aug. homilia ſuper Math. 65. cap. ſtatuimus de maior. & obed. c. conſuluit diſtin. 74. l. nobiliores. C. de commercijs & mercatoribus. Felinus in rubrica de maior, & obed. Mẽchaca in proemio illuſtriũ controuerſiarum.*

*b* *l. 1. §. fin. C ne liceat potentioribus. l. 3. ff. de alienatione iudicij.*

*c* *Abb. conſ 21. p. 1 et Card. Alexãdr. c. â ſubdiacono diſt. 3 per textũ. c. diaconi diſt. 3. Cõrradus Lãcellotus in templo iudicũ lib. 2. c. 7. de Abbate nu. 22. et loquens in Rege Hiſpaniæ li, 1 c. 2. § 3 n. 18. Cœpola dẽ imperatore milite deligẽdo §. diuitijs. gl. c ſuper eo el. 2. de teſt bº vbi Abbas. c ſedes de reſcriptis poſt gl. verbo maiores, & omnes.*

*d* *Caſſaneus 5. p. cõſ. 27. & 37. Lancellotus Conradus lib 1. c. 2. §. 3. num. 18. in templo iudicum.*



omnes ad vnam rediguntur, cum enim, vt dictum eſt, maiori maior ſedes ſit aſsignanda, tota vis argumenti ſita eſt; tam oſtendendo, quis dicatur maior, vt conſequatur hanc dignitatem, quam demonſtrando, quod omnium maximus, & potentiſsimus eſt Rex Hiſpaniæ, & vt attingamus primã partem, ille iure dicitur maior, qui potentia ſuperat alios multitudine populi, & ditionibus regnorum, vt patet. cap. 15. prouerbiorum. *In multitudine populi dignitas Regis, & in paucitate plebis ignominia Principis.* Quod & iure ſtatutũ eſt, & apud bonos auctores, tam Grecos, *e* quam Latinos, id frequens eſt argumentum, vt Neſtor lib. 9. Iliados de Achille loquens apud Homerum inducit.

*Qui tu pluribus vnus imperas, populoſq; regis,*
*Tibi ſceptra ferenda Iupiter ipſe dedit.*
*Qui dubijs omnibus eſſes, conſilijſquè dux, & rex.*

Vnde dignior, & nobilior iudicatur homo, qui pluribus hominibus imperat, eoſquè ſecundum ius recte moderatur, & gubernat. *f* Nam vt ibi diximus exemplo concilij, quod ex plurium Epiſcoporum numero vniuerſale congregatum illuſtrius, & amplioris auctoritatis eſt, quam Prouinciale ex pauciorıbus conſtans, vel generale, quod licet auctoritate, cum ſit â Pontifice coactum ob omnibus ſeruari debeat, tamen non eſt auctoritate, & congregatione ita graue, *g* vt vniuerſale, inde etiam in principibus experimur, quantum potentia attendatur, cum tribus coronis Pontifex, & alijs tribus Imperator ideo ornentur, vt ſignificent in tribus orbis partibus Aſia Africa, & Europa ditionem, *h* & poteſtatem Pontificem in ſpiritualibus, Imperatorem in temporalibꝰ exercere, eaq; etiam ratione in principibus inferioribus, qui dux, & comes ſimul eſt, duobus titulis decoratus, illi, qui ſolo vno titulo ornatur, *i* præfertur, vt doctor, & licenciatus ſoli licenciato antiquiori, & deniquè tum frequentiori vſu, tum etiam omni iure melior, & potentior eſt, *K* qui meliores, & potentiores ſubditos ſub ditione cõtinet, & cum plura ſint argumenta, quibus vti poſſumus, ad rem iſtam confirmandam, tamen quandam à cæteris ratiocinationem non animaduerſam ſepe in alea hac diſputationis adhibeo, quæ vere, & abſque dubitatione litem videtur diffinire, Eccleſia militans in hoc ſæculo ad imitationem Eccleſiæ triumphantis in gloria Dei ſe gerere, ac gubernare debet, in ſedibus, locis, *l* & honoribus

4 *Quis dicatur in iure potentior, & maior.*

5 *Quare tribus coronis induuntur Pontifex, & Imperator.*

6 *Argumentũ efficax, quod Rex potẽtior ſublimiorem ſedẽ obtinere debeat in Eccleſia.*

*e* *C. Eccleſiæ. § hic itaq; 1. q 4. auth. cõſtitutio qua de dignitatibus. §. generaliter autem vbi Bal. auth. de deſenſorib⁹ ciuitatũ. §. nos igitur. Boerius deciſſ. 286. & de auctoritate magni conſilij nu. 85. & 115. Caſſaneus. 5. p. conſid. 5 et 15. et 19. Menchaca ſupra nu. 16.*

*f* *l. 2. c. vt dignitatibus ordo ſeruetur li. 10. Menchaca. ſup. argumẽt. 10. & Aluar⁹ Pelagius de plãctu Eccleſiæ libr. 1. art. 62. cum ſequentibus.*

*g* *C quoniã diſt. 16. vbi Archid. glo. verbo præponimus per textũ ibi. c. ſicut diſtin. 16.*

*h* *Clem. 1. de iureiurãdo vbi gloſ. verbo veſtigijs.*

*i* *Caſſan. 4. p. cõſ. 43 et 51. et 1 p. conſ. 48 et 10. Pa. cõſ. 33. Menochius conſ. 126. nu. 20. vol. 2. Deci⁹, & Felinus. c. clerici de iudicijs.*

*K* *C. pertuas de maior. & obed. auth. de ſenſoribus ciuit. §. nos igitur Menchaca ſup. argum. 2 l. 3. tit. 10. p 2.*

*l* *C fin. diſt. 89. & in prin. tit. 6. q. 1. Oſtienſis. 1. ſumma tit. de ordinatis ab Epiſcopo. Caſſaneus. 4. part. in princ. & conſiderat. 10.*

ribus diſtribuendis, ac collocandis, ſed in triumphāti Eccleſia hoc certum videtur, quod ille Rex maiori præmio potiri debet, qui plura regna adminiſtrauerit, pluresque ditiones, & ſubditos gubernauerit, cum magis laboranti in certamine maior corona in ſpe *m* gloriæ filiorum Dei debeatur. Eſt enim gloria ſocia, & comes laboris teſte beato Petro in epiſtola. 1. cap. 5. *Paſcite, qui in vobis eſt gregem Domini, vt cum venerit Princeps paſtorum, ſcilicet Chriſtus, percipiatis immarceſibilem gloriæ coronam.* Vnde ſi in triumphante Eccleſia Regi ampliora regna, & plures gentes, vt plus laboranti maius præmium, & excelſius à Deo tribuendum eſt, in militante Eccleſia idem debet eſſe iudicium, vt in ea præmium honoratius, & ſublimior ſedes tribuatur Regi ditiones plures in Eccleſia continenti, & offerenti, in quibus religio Chriſtiana vigeat, & floreat, quod & apud nos exprimere videtur. *n* l. bene à Zenone. C. de quadrienij præſcriptione. *Qui cum magnis conſilijs, ſuiſque laboribus, pro toto orbe terrarum, die, noctuquè laborant, quare non habeant dignam ſuæ prærrogatiuæ fortunam.* Additur huic ratiocinationi alia, quæ eam valde cõfirmat, qui plures ad beatitudinem æternam conducit, maiori præmio dignus habetur, ſicut *o* grauiori pæna, qui plures ad gæhenam damnat, igitur Rex, qui plures reducit ad fidem catholicam, in ea continet, in religione confirmat, qui mores optimos inſtituit, & cauſa eſt, occaſioquè, vt plures conſequantur vitam, & fœlicitatem æternam maiori præmio, & in triumphante, & militante Eccleſia, quibus ſeruit, dignus eſt iudicandus, quod in Rege magis, quam alijs certum eſt, cum non ad vtilitatem priuatam, ſed ad publicã regni totius culmen, *p* & faſtigium obtineat, vt Plutarchus retulit 4. apopthegmatũ Regem Antigonũ reſpondiſſe cuidam aſſentatori omnia honeſta eſſe, & licere Regibus, proferenti inquit enim Rex. *Hoc Regi barbaro fas eſſe dicas, qui tibi fidem o det ſed iuſto, & politico Regi, qui regula iuſti eſſe debet, ſolum licent, quæ honeſta ſunt. Cum non tam dominus regni, quàm miniſter eius debeat exiſtimari.*

*m Sapient. c. 4. Pauli. 1. ad Timoth. c. 2. c. eſto 95. diſt. c. excellentiam 23. q. 4. c. fin. diſt. 96. Caſſaneus 5 par. conſ. 17. & 13.*

*n Vbi Salic. notab. 9. Boerius nu. 142. de auctoritate magni concilij Menchaca ſup. nu. 126.*

*o Guerrero c. 54. n. 4 in thæſauro religionis Chriſtianæ ex l. Athletas. §. ait prætor de his qui notantur infamia. l. 1. ff. de priuatis delictis.*

*p S. Thom. cap. 21. ad Ducissam Brauantiæ Irineus libr. 5. contra hereſes. Guerrero ſup. nu. 52. Ariſto. 5. polit. Boerius ſup. nu. 51. gloſ. & Abb. clem. 1. de baptiſmo.*

7 *Quod Rex Hiſpaniæ potētior ſit magnitudine, & numero regnorũ, quã Galliæ Rex, & omnes alij orbis terrarum.*

Prima igitur parte meo iudicio ſatis perſpicue cõfirmata, quod potentiori Regi excelſior debeatur locus in Eccleſia, reliquum eſt aliam ſecundam probare, quod Rex noſter Philippus tertius ſit omnium maximus, & potentior Rex, quod facilimum erit, nã

cum



cum Hiſpaniæ imperium Reges noſtri plus mille iam annis teneant, ſed res eorum nunquam fuere, quam hac ætate florentiores, fineſquê regni ampliores, prius enim Hiſpania varie diuiſſa in Luſitaniam, Bæticam, & Tarraconenſem, & alijs diuerſis diſtributionibus fines ſolos Hiſpani regni continebat, deinde ipſa Hiſpania diſiuncta ſuos Reges per multas ætates habuit, & ditiones ſeparatas, vt alter Rex Luſitaniæ, alius Aragoniæ, quidam Caſtellæ, & Nauarræ extiterint, hodie vero ab orbe condito nulli Imperatorum, Regum, vel principium maius Imperium obtigit, eo quo Philippus Indiarum, & Hiſpaniarum Rex potitur, maximê Luſitaniæ regno illi poſtremo adiecto, nam nihil eſt in Hiſpaniarum regnis, nihilquê fere ſub ſole populorum, quod non Regi noſtro pareat, in qua ditionum abundãtia, & multitudine non ſolum Gallorum Regem, & eos omnes, qui nunc ſunt, ſed antiquitatis memoriam Alexandroſquê, & Carolos magnos, Traianos, Romanorum Rempublicam, omneſquê alios magnitudine, & gloria longe ſuperat. Alexander enim magnus, ex Quinto Curtio, alijſquê de eius geſtis ſcriptoribus nũnquam vltra Aſiam exercitum perduxit, nec eã vniuerſam occupauit, in qua Aſiæ parte, quæ tertia, & maior orbis habetur Rex clariſsimus noſter Philippus ampliorem obtinet partem, quam Alexander debellauerit, cum enim adiecerit Luſitaniam, (quæ ſola adhuc lacinia deerat pulcherrimæ, & ſolidæ Hiſpaniarum veſti,) & vna cum ea inſulas Orientales, & Africæ, Aſięquê inſulas, quam partem Plinius lib. 6 cap. 29. inacceſsibilem nauigationem eſſe exiſtimauit ob nimium ſolis ardorem, eamquê terrarum omniũ maximam partem aſſerit li. 37. c. vlt. & li. 6 c. 17. tertiam partem eſſe terrarum omnium affirmat, comiteſquê Alexandri Magni tradidiſſe in ea vrbes innumeras, fineſquê latiſsimos regnorum adeſſe. *In Palybrota ditiſsima, ampliſsimaquè Indiæ vrbe Regi pèditum ſexcenta millia equitum, triginta millia elephantorum, nouem millia per omnes dies ſtipẽdiari.* Hodiernaq; nauigatione, & oppugnatione maiorem orbis partem eſſe diligentiſsimus coſmographus Habrahamus Hortelius teſtatur in theſauro coſmophraphiæ littera. In verbo India, & de ſitu, amplitudine, & hyſtoria occupationis ſcribunt Luſitani diſertiſsimi auctores Gaſpar Varrerius in coſmographia. Garſias Huerta,

&

& Barros alter Liuius, Damianus Goes, Oſſorius, Maffeus, quæ Orientales Indiæ ſolum ex Luſitana nauigatione ſub ditione Philippi noſtri continentur, aliæ enim ſunt Occidentalis, quas Abrahamus Hortelius nõ propie Indias appellari ſcribit in theſauro coſmographiæ littera. A. verbo. Athlantis inſulæ, ſolum enim Orientales Indiæ appellantur recte ab Indo flumine per regionem Aſiæ fluente, Occidentales vero illud paucisſimum terræ, quod cognitum fuit inſulæ Athlanticæ vocatæ fuerunt, & poſtea America, quæ Indiæ Occidentales ex eodem Abrahamo Hortelio, ſunt quarta pars orbis itaquè cum inclytus Rex noſter Philippus indiarum Orientalium dominus tertiam partem orbis in eis obtineat, & Occidentalium Rex quartam partem regat, adeo quod non regnorum, ſed nouui orbis integri Rex dicatur, & ſub vtroquê ſole terras ſubiecerit, & ſubiectas in ſæculo hoc teneat; & Rex vtriuſquê orbis ſit in alijsquê Europæ regionibus tot regna moderetur Hiſpanias, Neapolim, Sicilias, Mediolanũ, Maioricam, Minoricam, Euiſam inſulas, Sardiniam, & in Italia alias ditiones, & in Gallia Belgicam Galliam, & comitatum de Roſellon, & Burgundia ei debeatur, & Britania, & Angliç oppugnatio ſit ab Eccleſia ei conceſſa, & Africæ ab Alexandro ſexto ex Iheronymo p Zurita, & q Græciæ ex eodem cauſa donationis factæ ab Imperatore Orientali Andrea Palealogo Regibus Aragoniæ. In Africa potitur magno illo portu quem incolæ Maſalquiuir appellant, quo portu nullus inſignior, capacior, ſecuriorquè in mari Mediterraneo eſt: habet etiam Oranum, Melillam, & Rupem Pegnonum Velez dictam: habet & extra fretum Herculeum Inſulas Canaras duodecim numero, inter quas præcipuç ſunt ſeptem, quarum nulla minus quam nonaginta miliaribus ambitur. Luſitaniæ regni iure prçclara loca Septam, & Tangerum, quæ claues freti, immo maris Mediterranei, & Occeani Athlantici ſunt. Extra fretum autem Magazanum ciuitatem habet. Idem Luſitaniæ regnum in immenſo illo Occeano, Inſulas habet, quç vulgo Terzere dicuntur, quæ numero ſunt ſeptem, ex ijs Angra nomine. 40. miliaribus ambitur. S. Michaelis pluſquam. 90. miliaria continet: habet & portum ſanctum, nec procul inde Maderam (vino præſtantisſimam,) quç regina Inſularum Occeani Athlãtici

p lib. 1. annalium. c. 48.

q lib. 4. cap. 39.





tici eſt, &. 160. miliaribus cingatur. Inſularumquoque capitis viridis (Cabouerde nominant) imperio claret, ſeptemque ſunt. Habet ſub Æquinoctiali linea inſulam ſancti Thomæ, quç Madera aliquanto maior, ſaccari abunde diues eſt. Quin & Rex Phippus iſte totius oræ illius Africanæ, quç â Capite Aguero ad illud quod Guardafu dicitur, extenditur. Denique commerciorum, negotiationis, & nauigationis, totque Inſularum, quas natura ibidem diſſeminauit, vel in primis è regione Caprariæ inter promontoria Bonæ ſpei, & Smardaſuenſe dominus, heruſquè vt eſt agnoſcitur, Idem & in Aſia, Luſitani ei regni iure, potiores Oræ Occidentalis partes nẽpe, Armuzium, Dium, Goam, & Malacam poſsidet, Armuzium commoditate ſui ſitus adeo diues eſt, vt Arabibus in prouerbium abierit.

*Si terrarum orbis quaqua patet, annullus eſſet,*
*Illius Armuſium gemma, decuſque foret,*

Magna Arabiæ fœlicis pars ad Armuzij regnum ſpectat, ſicut & Baharẽ Inſula regina eius ſin⁹ Inſularũ, tum propter magnitudinem, cui terrç fertilitas, & fructuum varietas coniunctç ſunt, tum propter ditiſsimã margaritarũ piſcationẽ. Dium Cambaiæ eſt clauis, quç inenarrabilibus diuitijs abundat, ſuiq; maris, in quo mari Luſitani quoq; poſsident Damainũ, Bazainũ, Tauaam, Goam, quæ (vt interim Ciaulem, Cananorẽ, Cochimũ, & Colanum prætercam,) tanti momenti eſt ciuitas, vt Regi Luſitaniç tantũ, quantũ vlla Europç regna pendat. Deniq; Luſitani obtinẽt omnẽ ferê Orã maritimam, quæ â Damarno ciuitate ad Melepuram vrbem vſq; protenditur, quç integra maris ora ipſius eſt, aut eius ſociorũ, excepto Calecutio, Zeilana ſane eſt Inſula orbis vniuerſi præcipuç deliciæ, in ea habent etiam portum, & arcem vulgo Columbo nuncupatam. Potiuntur & Malaca, quç ijs ipſis locis Imperij ſui terminus eſt, clauiſque negotiationis, & commercij Occeani Eoi, illarumque Inſularum, quæ tot, ac tantæ ſunt, vt toti Europç magnitudine pares putentur. Domos quin etiam potius quam Arces in Amacano, ad commercium cum Chinis exercendum, & in Tidore Inſula negotiationi cum Molucis, & Banda exercenda habent. Altera ditionum Philippi Catholici Regis pars in nouuo orbe continetur, in quoquantum ipſe velit conſequitur, eo præcipue quod ſine ſocio, vel

riuali illic regnet, diuiditur autem nouus orbis in continentem, & Inſulas. Maris Septentrionalis tot ſunt Inſulæ, vt earum numerus (Lucaiæ tantum excedunt quadrigentas) non dum cognitus ſit, earumquê nonnullæ tam amplæ, opulentæquê ſunt, vt vel earum quæquê grandi regno conſtituendo ſufficiat. Boriquena longa eſt. 300. miliaribus, lata. 60. Lamiaca paulo minor eſt. Cuba longa eſt trecentis, lata. 20. leucis, Hiſpaniola in ambitu. 1600. miliarium eſt. Quod ad continentem ſpectat, Rex ipſe toti maris Oræ, quæ Floridam, nouam Hiſpaniam, Iucatan lambit, deinde toti illi immenſæ Peninſulæ Meridionali ad caput Californiæ, immo ad Quiuiram vſquê imperat: eo enim atquê vlterius Caſtellani nouas terra mariquê regiones detexerũt. Hiſpaniæ Nouæ ora, quæ initium capit à ſanctæ Hælenæ oppido, Panamam tranſiens ad Quiuiram protenditur, circiter quinquies mille ducentiſquê milliaribus longa eſt, quibus ſi coniungantur, Mediterranea confinia ſeptentriones verſus, non minus quam nouies millie miliaria efficient. Peruuia, quæ ad Panamam incipit, habet Oræ maritimæ duodecies mille ſexcenta milliaria, quorum tria, quæ inter Maragnonem fluuium, & Argẽteum continentur, Braſiliam complectentia Regem Luſitanorum agnoſcunt. Noui orbis continens multa regna, ditioneſquê perquã amplas complectitur, in quibus duo præcipua regna quaſi Imperia ſunt, nempe Mexicanum, & Peruuianum, quorum Reges potentiſsimi olim, opulẽtiſsimiq; fuerunt. Philippinæ ſunt etiam Inſulæ, aliaq; regna innumera, quæ omnia recenſet Ioannes Boterus in relationibus. c. de Hiſpania, & Carolus Vtenhouius in parallelo vbi explicant Hiſpaniarum, & Turcarum opes. Vnde Lãcellotus Conrradus, & ex eo Camillus Gallinius *r* non ſatis potentiam Hiſpani regis explicarunt dicentes, ducentas ſeptuaginta ſeptem vrbes regere, nam adhuc non eo tempore Luſitaniam regebat, & Indias Orientales, nec Flandriæ ciuitates numerat, eademq; morbo laborat Bozzius Eugubinus, *ſ* qui amplitudine terrarum omnes, qui ab orbe condito fuerint, Regẽ Hiſpaniæ ſuperare affirmat, ꝙ tertiã orbis partẽ obtineat, patet enim, ꝙ non ſolũ tertiam, ſed & quartã ex alio latere, & multo plura alia regna moderatur. Nã ſi in Alexãdro magno illud mirabile

*r Lancell. Cõrra. in tẽplo. iud. li. 1. c. 2. §. 3. nu. 15. & 17. Camil. Gallin. de verb. ſignif. lib. 10. c. 35. n. 14. Medina c. 23. de las grandezas de Eſpaña.*

*ſ Bozzi. Eugub. li. aduerſus Machiabillũ imperia pendere à virtutibus lib. 1. c. 8 et li. 2. c. 4. et de Italiæ ſtatu lib 3. cult. & de ſignis Eccleſiæ li. 8. ſig. 32. c. 1.*



rabile extitit omnibus ſæculis, ꝙ partem Aſiæ magnã ſubiecit Imperio, & in Traiano memorabile omni æuo, quod de eo profert Dio. *t Iactabat ſe vltra quam Alexander penetraſſet, etiam in Aſia progreſſurum, idquè ſenatui per epiſtolam ſignificauit* Et ita vtriuſquè, & Octauiani Cæſaris fuit inclyta gloria, & Romanorum, qui plus cæteris debellarunt, ex Dionyſio Alicarnaſeo initio hyſtoriæ ſupra, ꝙ ſi vel Gallus, vel alter Rex, qui cum eis de ſede ſublimiori certare vellet, non audiretur, ſed irridiretur ab omnibus (quid dicendum erit de Rege noſtro Philippo, qui tot barbaros, & populos immanes in ſuam manum ſtrenuê redegit, & gubernat, in fide catholica continet, mores componit, & ſanctê inſtituit, vbicunquê marê fremit, ſiue in Oriente, ſiue in Occidente, ſiue Septentrione, ſiue Meridie Hiſpanum nomen triumphat, & dominatur, qui ſicut Sol ſtellas, marequê flumina ſuperat, ita Alexandrum, Traianum, & omnes, qui ante, & poſt eos fuerunt, Philippus vincit potentia, & magnitudine regnorum, quod conferens omnes, qui vſquê adhuc fuerunt Reges, id ex coſmographica deſcriptione præſertim lingua Theutonica ſcripta oſtendit, Abrahamus Hortelius, *v* idquê antequam accederet Luſitania, cum Indijs Orientalibus Caſtellani regni ditioni, nec id negant Galli auctores, vt Caſſaneus ſolum de Hiſpano regno agẽs fatetur, ita vt quod Plutarchus in apophtegmatibus de Pompeio magno refert, ſe conqueri, ꝙ plures licet Roma floreret magnitudine Oriẽtem ſolem, quam Occidentem adorarent. Hodie Hiſpanorum dextera, & virtute plures Occidentem adorant, quam Orientem, & Eccleſiam Occidentalem agnoſcunt veram, & catholicam Romanam, & ita Camillus Gallinius lib. 10 de verborum ſignificatione cap. 35. numer. 18. refert in Fidentium Ticinenſi academia ſymbolica ſigna Regi catholico Philippo ſecundo apta impoſita fuiſſe inferioris orbis terrarum globus à ſtellari octauæ ſpheræ cœlo æquinoctiali circulo diſtinctus, & littera erat cum Ioue ad ſimilitudinem Auguſti, de quo cecinit Virgilius.

*Diuiſum Imperium cum Ioue Cæſar habet.*

Ita diuiſum cũ Deo optimo maximo, cuius omnia ſunt, nã Deus ſibi cœlũ, Philippo vero, vt ei⁹ Vicario tẽporalẽ terrã conceſsit gubernandã Et ita hæc magnitu-

*t Dio in Traiano, & Eutropius lib. 8.*

*v Laurentius Surius in commẽtarijs anno. 1558. Abrahamus Hortelius in theatro orbis in tabula Hiſpaniæ Lingua Theutonica & Iacobus Muinobus de titulis Regis Philippi. Garibai lib. 10. cap. 11. & 21. Menchaca in præfatione illuſtriũ Eugubinus vbi, up. Caſſaneus 5. p. con. 27. & 37.*

nitudo, & circa omnes Reges ſublimitas iã inde ab Eccleſia annuntiata eſt per Eſaiam cap. 43. *Noli timere, quia ego tecum ſum, ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te, dicam Aquiloni da, & Auſtro noli prohibere affer filios tuos de longinquo, & filios meos ab extremis terræ.* Et. c. 51. *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas, lõgos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida, ad dexteram enim, & ad laeuam penetrabis, & ſemen tuum gentes haereditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit.* Idem Pſalmo. 71. & 72. quæ Eccleſię benedictio conceſſa eſt Regibus Hiſpaniæ ob fidei conſeruationem ex Bozzio de ſignis Eccleſię lib. 20. ſigno. 32. c. 1. 8 *Benedictio et Prophetia de Regibus Hiſpaniæ.*

Neque oberit huic fortiſsimo argumento obiectio Gallorum, quod ſi habeatur ratio temporis huius ſęculi, verum erit, quod Hiſpaniæ Reges amplitudine regnorum, & multitudine ſubditorum ſuperiores cęteris ſint, ſed inſpectis, repetitiſquê ſæculis præteritis Carolus magnus Rex Francorum, & alij potentiores Hiſpanis extiterunt, cui obiectioni non difficilis eſt reſponſio. Primo, quod in Regum, & regnorum potentia, cum omnium rerum viciſsitudo ſit, & omnium commune fatum, reſquê vbi ad ſummum ſiue induſtria, ſiue natura perduxit præcipiti lapſu eas retroferri experimur, neque attẽditur ante actũ, & præteritum, ſed præſens tempus. Nam vbi agitur de aliqua qualitate, quæ requiritur, adeſſe debet tẽpore quo lis x agitur, & pronuntiatur ſententia, abſurdum enim, & ridiculum eſſet, vt rura, quæ antea ciuitates inclytę extitere, velint ciuitates, quę nunc ſunt ſuperare loco, & ſede, & ciuitas, quę antea metropolis erat, hodie ſubdita Epiſcopo velit Metropolitanos ei cedere, tempus enim, quod magnitudinem earum vrbium deleuit cum magnitudine ſimul dignitatem, & amplitudinẽ conſumpſit, vt Ouidius lib. 15. metamarphorſeos eleganter cecinit. 9 *Reſpondetur obiectioni q̃ aliquãdo fuit maior potentia Gallorũ.*

*x l. in delictis. § ſi extraneus. ff. de noxalibus. l. miles. ff. de teſtamen. militis Bart. & comm. l. ex facto. ff. de vulgari Menchaca ſupr. nu. 33. Molina lib. 3. c. 10. de primogenijs Mantica lib. 8. tit. 9. de coniecturata mente defuncti.*

*Sic magna fuit cenſu, viriſque*
*Per quae decem potuit tantum dare ſanguinis annos.*
*Hunc humilis veteres tantummodo Troia ruinas,*
*Et pro diuitijs tumulos oſtendit auorum,*
*Clara fuit Sparta, magnæ viguere Mycenae,*
*Nec non et Cecropys, nec non Amphionis arces,*
*Vile ſolum Spartæ eſt, altæ cecidere Mycenæ,*
*De Oedypo dione, quid ſunt niſi nomina Thebæ,*
*Quid Pandoniæ reſtant, niſi nomen Athenæ.*

Pro-



Propertius libr. ſecũdo elegia. 9.

*Magni ſæpe duces, magni excidere tyranni,*
*Et Thebæ ſteterant, altaque Troia fuit.*

Idemque in Regnis experimur, quod in ciuitatibus vt docet temporũ ſeries docente Paulo 2. ad Corinthios. cap. 6. quod transfertur regnum de gente in gentem ob peccata populorum, quod Ariſtophanes cecinit.

*Supera infera reddet Iuppiter altitonans.*

Cum ſit inſtabile regnum ex Seneca in Troade, & Horatius ode 7. libro. 4.

*Quo pius Æneas, quo Tullus diues, & Aneus*
*Puluis, & vmbra ſummus.*

Et denique exemplis poſſumus id dinumerare, cũ conſeneſcant regna, ſicut homines, vbi eſt enim Arſanus Darij filius, vel eius progenies, qui dominus Orientis Rex Regum, & Dijs propinquus cognominatur ex Quinto Curtio lib. 2. de geſtis Alexandri, & Cleopatra ex Suida Regina Regum vocabatur, vt hos, & alios recenſet Reges P. y Gregorius, fato enim omnino, ac diuino ordine huiuſmodi humanarum rerum, & regnorum volubilitas conſtituta videtur, ne á nobis ipſis ſtare, ac perdurare in ſceptri ſemper dignitate exiſtimaremur, ſed vt ſtandi, cadẽdi, reſurgendique cauſa ad ſummi Dei prouidentiã referre cogeremur, quod ita eleganter deſcribit Iuſtus Lipſius de conſtantia lib. 1. cap. 16. vt huc tranſcribere integrum caput vtile, ac iucundum mihi viſum fuit, quod ita ſe habet.

*y P. Gregorius lib. 18. c. 1. in ſyntagmate iuris, & de republica lib. 5. c. 2.*

*ÆTERNA Lex à principio dicta omni huic Mundo, naſci, denaſci, oriri, aboriri: nec quidquam ſtabile aut firmum arbiter ille rerum eſſe voluit, præter ipſum.*

*Vni deo*
*Nunquam ſenectus, atra nec mors imminet.*
*Sed alia miſcet domitor ætas omnia.*

*Exclamat Tragicus vates Sophocles. Omnia iſta quæ ſuſpicis, quæ miraris, vicibus ſuis aut pereunt, aut certè mutantur. Solem illum vides? deficit. Lunam? laborat, & tabeſcit. Sidera? labuntur & cadunt. Et vt velet aut excuſet hæc ingeniũ humanũ, euenerè tamẽ in cœleſti illo corpore & euenient, quæ Mathematicis legem omnem frangant & mẽtẽ. Cometas omitto, varia forma, vario ſitu, et motu: quos omnes ab aëre et in illo eſſẽ, haud facilè imponat mihi lycæũ ecce nuper negotiũ aſtrologis fecere noui quidã mot⁹ deprehenſi, et nouæ ſtellæ. Sid⁹ exortũ hoc ipſo*

T 3 anno:

*anno : cuius incrementa & decrementa clarè obſeruata, vidimuſque (difficulter creditum) in cœlo ipſo naſci aliquid poſſe, & mori. Proximum cœlo aerem inſpice, mutatur cottidie : & in ventos abit, nubes, & imbres. Tranſi ad aquas, flumina illa quæ perennia dicimus, & fontes, alias periiſſe videbis; alias alueum mutaſſe & curſum. Ipſe ille Occeanus, magna & arcana Naturæ pars, modò tempeſtatibus attollitur aut deijcitur: & vt eæ non ſint, ſuos habet aquarum acceſſus & receſſus; atque vt interire eum totum poſſe cenſeas, creſcit minuiturque cottidie per partes. Iam ſi Terram intueris, quam, vnam immobilem voluerunt & viſa ſtare: ecce illic labat, & tremore atquè occulto ſpiritu concutitur: alibi aqua corrumpitur, aut igne. Pugnant enim & hæc inter ſe: nea bella inter homines tantum eſſe indignère, ſunt inter elementa ipſa. Diluuies maris ſubita inundatioquê, quot terras imminuit, aut abſorpſit? Olim magnam illam Atlãtidem (nec enim meo animo fabula eſt) poſtea Helicen, Buren, Ægiram: & ne ad vetera aut remota eamus, apud nos Belgas. patrum æuo, duas cum opidis viriſque. Quin iam nunc cum maximè cærulus ille Diuus nouos ſibi ſinus aperit, lambens cottidie & abrodens infidum marginem, Friſiorum, Canunefatum, Cauchorum. Nec terra ipſa muliebri ignauia ceſſat: ſed interdũ ſe vindicat, & in medio mari inſulas ſibi facit: mirãte & indignãte cano illo patre. Quod ſi ad interitũ mutationẽque magna illa corpora, et noſtro ſenſu æterna, deſtinata ſunt: quid cẽſes opida, reſpublicas, regna? quæ tam mortalia eſſe neceſſum eſt, quam eos qui fecerunt. Vt hominibus ſingulis adoleſcentia ſua, robur, ſenecta, mors: ſic iſtis. Incipiunt, creſcunt, ſtãt, florent: & omnia ideo, vt cadant. Vnus ſub Tiberio terræmotus duodecim celebres Aſiæ vrbes euertit, totidem Campaniæ opida alius, ſub Conſtantino, & vnum aliquod Attilæ bellũ, plus centenas. Veteres Ægypti Thebas vix fama retinet. centũ Cretæ vrbes vix fides, & vt ad certiora veniam, cadauera Carthaginis, Numantiæ, Corinthi, priſci viderunt & mirati ſunt: nos Athenarum, Spartæ, et tot illuſtrium vrbium ignobiles ruinas. Illa ipſa rerum gentiumque domina & falſo Æterna vrbs, vbi eſt? obruta, diruta; incenſa, inundata; perijt non vno leto, & ambitioſe hodie quæritur nec inuenitur in ſuo ſolo. Byzantium illud vides; quod ſibi placet duplicis imperij ſede? Venetias iſtas, quæ ſuperbiunt mille annorum firmitate? veniet illis ſua dies: & tu noſtra Antuerpia, ocelle vrbium, aliquando non eris. Diruit, videlicet conſtruitq;, & (ſi fas dicere) ludit in rebus humanis magnꝰ ille architectus: & velut plaſtes, varias ſibi formas et imagines fingit ac diffingit ex hac argilla Opida adhuc loquor. Et vrbes: ſed regna etiã & Prouinciæ trahuntur*

*in*



*in hanc labem. Olim Oriens floruit, et Aſſyria, Ægyptus, Iudæa valuère armis ingenijſque: ſors ea in Europam trãſijt, quæ tamen ipſa, vt corpora inſtante morbo, vibrari mihi nunc videtur, & præſentiſcere magnum ſuum caſum. Quòd amplius & numquam ſatis miremur, hic à quinque & quingentis annorũ millibus habitatus orbis ſeneſcit: & vt Anaxarchi exploſæ olim fabulæ iterum applaudamus, ſurgunt alibi ſuccreſcũtquê, noui homines & nouus Orbis. O mira & numquam comprehẽſa Neceſſitatis lex abeunt omnia in hunc naſcendi pereundique fatalem gyrum: & longæuum aliquid in hac machina eſt, nihil æternum. Attolle & circumfer mecum oculos (non enim me piget premere hũc locũ) & vide rerũ humanarũ alternas vices &, vt in Occeano, æſtus. Tu ſurge, tu cade tu imperatu ſerui, tu occultare, tu emerge, & eat hic rerũ in ſe remeantium orbis, quamdiu erit ipſe Orbis. Germani feri olim fuiſtis? nunc miteſcite ante pleroſque populos Europæ. Britanni inculti & inopes? delicijs ac diuitijs Ægyptios prouocate & Sybaritas. Græcia olim floruit? nunc iaceat. Italia ſceptrum tenuit? nunc ſeruiat. Vos Gothi, vos Vandali, vos fex Barbarorum prodite è latebris, & gentibus imperate per vices. Adeſte etiam pelliti vos Scythæ, & potenti manu paulliſper habenas, temperate Aſiæ atquè Europæ. Sed iſti ipſi mox diſcedite, & ſceptrum relinquite illi ad Occeanum genti. Fallor enim? an Solem neſcio quem noui imperij ſurgentem video ab Occidente?*

Itaq; cum ſit attendendum tempus præſens, in eo non cadit vlla dubitatio de potentia ſuperiori noſtri Regis, ſed ſi attendatur tempus longius, & præteritum, non ſolum debet ratio haberi eius ætatis, qua Carolus magnus floruit, qui Germanus fuit, & Germanorum Imperator, & Hiſpania iudicio Dei iacebat â Sarracenis occupata, cum poſthliminio reuerſa ius ſuum non amiſſerit, vt alibi diximus. Sed inſpiciendum eſt tempus ante Carolum magnum, quo floruit, & excelluit Hiſpania excellentiori, potẽtioriq; ditione, quam Gallia. Gothi enim Hiſpaniam omnẽ, & magnam partem Galliæ, vt ſuperius diximus, obtinebant, ãpliusquê, & longius regnum, quam Galli, potentiaq; & amplitudine eos ſuperabant, vt ex his cognoſcatur Gallos inferiores omnino potentia quouis tempore extitiſſe. Sed hodie abſquê hæſitatione eſt, cũ Hiſpanorũ ope, labore, fortitudine, & diligẽtia habitato orbe cõſeneſcente ſurgũt Hiſpanię ſubditi, alibi ſucreſcũntq; uonui homines, & nouus orbis olim Oriẽs floruit, nunc iacet, Gręcia ſceptrũ tenuit, nũc ſeruit, & ſol ab Occidẽte noui Imperij ſurgit.

# CAPVT DECIMVM Tertium, quo agitur, cognomē Catholici ab Eccleſia conceſſum Regi Hiſpaniarū excellentius, antiquiuſquê eſſe, quam cognomen Chriſtianiſsimi, quod Regi Galliarum tributum eſt, quod item Reges Hiſpaniarum, & aliud omne honorificum obtinuerunt.

(?)

1 *Quid ſit agnomē, nomē, prænomē, titulus, & ad quæ officia ſint inuenta.*

NOMEN Diffinit Claudianus in Epiſtola ad Caium Solinium, quod rē notam faciat, ſitque vel vt rērū imago, & nomina eſſe inuēta ait *a* Proculus, vt diſtinguerentur res, indicarenturquê, vt homo diſtinguitur, aut proprio nomine indito in baptiſmatis fonte, aut nomine familiæ, aut dignitatis, *b* aut officij, artificij, vel amicitiæ, quæ in teſtamentis frequens eſt demonſtratio, & quandoquê vltra propria aut generis, aut dignitatis excellentia alicuius tituli, nominis vicem obtinet, propter inſignem rem, vt cum Poeta ſimpliciter dicitur intelligitur *c* apud Greços Homerus, apud Latinos Virgilius, eodemq; modo Regis catholici appellatione demonſtratur Rex Hiſpaniarum, & Chriſtianiſsimi titulo Rex Galliarum. Eorum autem vocabulorum, & nominum, quibus demonſtratio fit, & res nota redditur, relictis varijs interpretationibus ex Theophilo, *d* & bonis auctoribus illud exploratum videtur, quod prænomen dicitur nomen in baptiſmate inditum â præ, ꝙ eſt ante, & nomen, quia ante nomen familiæ profertur, vt Petrus, Iacobus, Franciſcus, Antonius. Nomen apud Latinos appellatur, quod nos ſobrenombre familiæ, & generis, vt Auſtria, Caſtella, Sandoual, Caſtro. Cognomen eſt titulus adequiſitus ab aliquo ob inſignem aliquam rem, vt Scipio Africanus dicitur, quia Africam debellauit, Pompeius magnus, ex magnitudine rerum ab eo geſtarum, & licet aliqui errore decepti loco Ciceronis lib. 2. de inuentione, agnomen vocent, quod Latini cognomen, & alia Iuſtiniani auctoritate. §. ſiquis in nomine inſtituta delegat. tamen toto cœlo errant, cum ibidem legi debeat

2 *Error quod agnomen dicatur idem, quod cognomen.*

*a l. nominis appellatione. ff. de verborum ſignificati. l. 4. ff. de leg. 1.*

*b l. 6. ff. ſi certum petatur. l. 9. § ſiquis nomen ff. de hæred. inſtit. l. 34. ff. de condit. & demonſtra. Bar. l. ſiue certis ff. de duobus reis. l. 4 C. de teſtamentis.*

*c §. ſed ius inſtituta de iure naturali.*

*d §. ſiquis in nomine inſt. de legatis, vbi Viglius Hothomannus, Valduinus, & alij.*



debeat cognomen, vbi agnomen ſcribitur ex eodem Cicerone li. 2. ad Atticum, vbi puritatem lingue ſeruauit ibi. *Amicus magnus, cuius cognomen vna cum Craſsi diuitis cognomine conſeneſcit.* Vt aduertit vir nunquam pro meritis ſatis laudatus, licet ab omnibus merito extollatur Antonius Auguſtinus *e* Tarraconenſis Archiepiſcopus, & alij diligentes iuris conſulti in ſermonis cultu. Quibus additur id quod nos Hiſpani titulos vocamus, qui ſunt indices, aliquando dignitatis, vel gradus, vt cum ſcribitur Petro comiti, duci, doctori, canonico, ibi dignitas indicatur, & aliquando qualitas ſcribitur, vt Illuſtriſsimo, Excellentiſsimo, quarum qualitatum titulos lege comprehēdit *f* Iuſtinianus, & cohibuit exceſſum Philippus ſecundus, vt omnia prudentiſsimê, intitulis pragmaticam ſanctionem condens, ornatam poſtea à noſtro Philippo. III. inuictiſsimo, & titulus, & cognomen arguunt nobilitatem, argumentūq; excellētiæ preſtant Pſal. 8. *Admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.* Et nomē Iheſus Paulus ille magnꝰ Apoſtolus ita merito extollit, quod omne in eo flectatur genu cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, & in imponendis iuxta proprietatem, & indicationem nominibus maxima ſemper fuit habita ratio, vt Iſaac riſum ſignificat, Raphael medicinam Dei, idquê oſtendit cura in tribuendo nomine Ioanni Baptiſtæ, vt plures locos coniungit Euſebius Pamphilus li. 11. de præparatione Euangelica, & patet. 1. Regum. cap. 25. vbi Abigail prudens, cum nomini reſpondeant facta, ea excuſatione maritum Nabal apud Dauidem ei iratum liberauit, quia Nabal nomine Hebreo ignorans, & ſtupidus dicitur, & ita ſtultitiæ parceret, & non ſolum in ſacra ſcriptura, ſed apud Æthnicos hoc ſtudium viguit, nam Imperatores Auguſti titulo poſt coronam adeptam ornabantur, dictus enim Auguſtus â populo, quaſi eſſet natura hominis acceptior, & venerabilior, Græci enim dicunt, ſebaſtō quod honore ſanctiſsimum, digniſsimūq; putant, vt ait Dio, Caſsius lib. 53. hyſtoriæ, & ante coronam Imperij ſuſceptam Cæſares appellantur â Iulio Cæſare primo Romanorum Imperatore, adeoquê leges in honore, & exiſtimatione habēt nomina, vt illis cautum ſit, ne aliquis nomen alterius familiæ vſurpet. Item *g* quod ſi teſtator iuſſerit, vt heres vel legatarius ignominioſſo nomine appelletur,

3 *Titulus.*

4 *Leges de titulis, & pragmaticæ Philippi. 2. et 3.*

5 *Argumentū à titulis.*

6 *Auguſtus quid ſignificet, et Caeſar*

*e lib. 3. emēdat. c. 8 Viglius. §. 1. inſtit. de exhaeredat liberorum Conanus li. 2. c. 11. commentariorum.*

*f Auth. demandatis Principum. §. titulos. l. 1. C. vbi Senatores, vel clariſsimi l. 1. C. vt nemo priuatus nouella 75. c. 1. Syntagma iuris Petri Gregorij lib. 47. cap. 12.*

*g l. 1. C. de mutat. nominis. l. facta. §. ſi indando cum glo. ff. ad Trebell. l. ſed ſciendum. ff. eodem tit. ſyntagma iuris li. 32. c. 8. nu. 2.*

*h Titus Probus in epitome Valerij maximi lib.10.*

7 *Quare nomẽ pro honore, & exiſtimatione accipiatur.*

tur, illa conditio, vt turpis reijciatur, arguendo â no
mine optimo optimos *h* mores ineſſe, & â peſsimo
peſsimos, qua ratione nomen accipitur pro opinio-
ne, & exiſtimatione; vt apud Salomonem. *Melius
eſt bonum nomen, quam diuitiæ multæ.* Quod cum in pri-
uatis ſit conſtitutum, in Regibus Deus conſtituit, vt
ſit prætioſior gemma coronæ eorum, & regni Eſa-
iæ.c.62. *Et videbunt gentes iuſtum tuum, & cuncti Reges in
clytum tuum, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini
nominabit, & eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema
regni in manu Dei tui, non vocaberis vltra derelicta, & terra
tua non vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis volũtas mea
in ea, & terra tua inhabitabitur, quia complacuit Domino in-
te.* Quam Eſaiæ auctoritatem ſecuta Eccleſia catholi
ca Dei ſpiritu ducta titulum conceſsit catholici Re-
gi Hiſpaniarum, & Chriſtianiſsimi Regi Galliarum
obſidem, & erga eam obſeruantiam, religionemq;
ſummam, & ita contendunt, cum ſit nomen argumẽ
tum ad petendum ab ea locum honorationem, cui ex
cellentiorem titulum tribuit, vt ex eo colligamus,
quem alteri prætulit, & Galli hoc argumento indu-
cunt, quod titulus Chriſtianiſsimi conceſſum Gallia
rum Regibus excedit omnes alios vt ſol ſtellas, & ita
in ſede debet anteferri, vt Ioanes Ferrault, *i* Caro
lus Graſalius, & alij colligunt, ſed quod Catholici
nomen inditum Hiſpaniæ Regibus excellat Deo du
ce dilucide demonſtrabimus; ſimulquê quod nullus
titulus ſit ab Eccleſia cõceſſus Regibus Galliarũ, vel
alijs, qui non ſit tributus Regibus Hiſpanis, & illis
plures alij quã alijs, & vt appareat ſingula cognomi-
na, & titulos inueſtigemus.

8 *Pretioſior gẽma coronæ Regis honor, & regni nomen glorioſum.*

*i Ioãnes Ferrault de iuribus & præuilegijs Regum Frãciæ preuilegio.2. Carolus Graſalius li.1. Regalium Frãciæ iure.1. Boerius de auctoritate magni concilij nu.48 Corſerus de poteſtate Regia. q.21. Caſſaneus in cathalogo conſ. 31. Coſmas in pragmatici ſanctione verbo. libertatis Guillelmus Benedictus. ca. Rainuntius verb. & vxorem deciſ.2. nu. 73 Renatus Chopinus de ſacra politia li.2 tit.3 nu.2. Robert⁹ cœnalis deſcriptionis Galliæ lib.1. pertoch.14 fo.110.*

9 *Titulus excellẽtiſsimi.*

Gloriantur Galli, quod Nicolaus Pontifex in epi-
ſtola Hincmario Archiepiſcopo Rhemenſi miſſa,
quæ refertur in decreto Gratiani cap. excellentiſsi-
mus.11.q.3. Carolum regem Franciæ, excellentiſsi-
mum vocat, ſed memores eſſe debent, quod Grego-
rius primus ſummus Pontifex ſcribens Recharedo
Regi Hiſpaniarum ex Gothis epiſt.126. lib. 7. eum
titulo ornat huiuſmodi. *Glorioſiſsimo, atque excellentiſ-
ſimo Recharedo Gothorum Regi, atquè Sueuorum Grego-
rius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.* Et in cap. ſecundo
de ſuplenda negligentia prælatorum libr. 6. Pon-
tifex Reges Luſitaniæ excellentiſsimos vocat, & Re
ges Aragoniæ ſic appellant Vrbanus. II. Pontifex
maximus, Alexander. II. Gregorius. VII. vt epiſtolas
eorum



eorum refert Petrus Antonius Beuter lib 2. c.9. hy-
ſtoriæ, & Vrbanus.2. Petro Regi, & Gregorius. 7.
ſanctio Regi, vt refert epiſtolas, & conceſsionem
decimarum in eis Petrus Miquel Carbonel in chro-
nica Hiſpaniæ idiomate Cathalonico cap. de Rege
Petro fol.36. Addunt Galli auctores, quod Ioannes
Pontifex ſcribens Salamonio tertio Regi Britonum
in epiſtola relata in decreto Gratiani cap. hæc quip
pe.3. queſt. 6. & apud Reginonem lib. 2. chronicon
Carolum Regem Franciæ glorioſum vocat, ſed eo
titulo vſus eſt Ioannes. VIII. Pontifex ſcribens Al-
fonſo. III. cognominato magno Regi Caſtellę glo-
rioſum vocans, vt referunt epiſtolam Sampirus Epiſ
copus Aſtoricenſis antiquiſsimus auctor, & Roderi-
cus Toletanus lib.8.cap.18. Morales lib.15.cap.20, in
3. part. & proximè retulimus ſic Gregorium Recha-
redo ſcripſiſſe glorioſiſsimum vocans.

10 *De titulo glorioſiſsimi, & glorioſi.*

11 *De titulo illuſtris.*

Referunt idem Galli ſcriptores, quod Eccleſia Re-
ges Galliæ illuſtres vocat, ex eo quod vere ſint illuſ
ſtres in magnitudine ciuitatum, & numero, & hic ti-
tulus frequens fuit in vſu, vt patet, ex epiſtolis Inno
centij. III. miſsis Philippo Regi Francorum, & di-
uuo Lodouico eius filio. cap. nouit de iudicijs. c. no-
uit de oficio delegati. cap. tuam de ordine cognitio-
num, & Ioannes.22. in extrauag. meruit de priuile-
gijs inter communes, & extrauag. prodiens de crimi
ne falſi Ioannis. 22. ſed is etiam titulus frequens eſt
Regibus Hiſpaniæ, nam Innocentius. III. in cap, quã
to de iure iurando. Regem Aragoniæ illuſtrem vo-
cat, & ita appellatur Rex Lũſitaniæ cap. ex ſpeciali
de Iudæis, pluresquê alias epiſtolas referentes eo-
dẽ titulo miſſas Regibus Aragoniæ recitant Beuter,
Zurita, & alij.

12 *De titulo ortodoxi.*

Titulus orthodoxi Grecus ſignificans rectam do-
ctrinam. & fidem, quo ſibi vtitur Eccleſia orthoxa
dicta, & fides orthodoxa Imperatoribus ſolet tribui,
vt in fine concilij Tridentini eo appelatur nomine
Ferdinandus Imperator, & ita titulus in cõcilio Are
latenſi Carolo magno, & Aſquigranenſi Ludouico
conceſus fuit ex Papyrio Mauſonio lib. 2. de geſtis
Francorum, & ex actis conciliorum relatis. 2. tomo
patet, ſed id nomen illis, vt Imperatoribus inditum
fuit, non vt Regibus Gallorum, & in concilijs Pro-
uincialibus Galliæ, Regibus tamen Hiſpaniæ ille ti-
tulus ſcribitur, vt ſolũ Regibus Imperrtorabus ęqua-
libus

libus, vt Suintillę, ſeu Chintillano in ſexto concilio Toletano, & Reciſundo in octauo concilio Toletano, & alijs; quod patet ex actis eorum tam in ſecundo tomo conciliorum, quam collectis per Garſiam Loayſam.

13 *Titulus religioſiſsimi.*

Titulus religioſiſsimi ob ſingularem excellentiā conceſus fuit catholicis Imperatoribus, & inſignibus in defenſione fidei catholicę, vt concilium Calcedonenſe Imperatori Leoni conceſsit, & Gregorius ſecundus Conſtantino, & ſynodus Epheſina Theodoſio, & Valentiniano, vt primo, & ſecundo tomo conciliorum legitur, & decreto Gratiani cap. nos ad fidem. 96. diſtin. is titulus Martiano Imperatori fuit tributus, & eo ſolum in Suenonenſi concilio Prouinciali Galliarum vocatum reperio Carolum filium Ludouici Imperatorem, cum ſit titulus Imperatorum, ſed in Regibus Hiſpaniarum vltra id quod frequēs eſt titulus religioſiſsimi, & familiaris, ac hęreditarius Regibus Hiſpaniarum in cōcilijs Toletanis, vt in 2. & 3 tomo conciliorum ſic nominatur Recharedus, & in Oſcenſi, & Spalenſi, & in ſexto Toletano canone. 2. Scintillæ tribuitur id cognonen, & Siſebuto, vt ex illis cōſtat, & in decreto Gratiani. c. de Iudęis diſtin. 45. ſed etiam in vniuerſali Eccleſia â Pōtificibus cōdecoratur Recharedus, vt eū appellat religioſiſsimum Innocentius. 3. in decetalibus. c. maiores §. item queritur de baptiſmo, & Iſidorus in chronico in fine teſtatur peculiarem illius titulum fuiſſe.

14 *De titulis pijſsimi, fideliſsimi, & amātiſsimi.*

Tituli pijſsimi, fideliſsimi, & amantiſsimi Imperatoribus in vniuerſalibus concilijs tribuuntur, vt in Epheſino Valentinianus vocatur, quibus titulis ornantur in concilijs Toletanis Reges Hiſpaniarum Recharedus, Siſinandus, & alij, vt in tertio & 4. Toletano concilio patet, quibus titulis nō vtitur Eccleſia cum Regibus Galliarum, nec concilia.

15 *Titulꝰ Chriſtianiſsimi.*

Titulus Chriſtianiſsimi, quo ſe ornatam merito exultat Gallia, antequam eo vteretur Eccleſia circa Reges Gallię, vſa eſt cum Hiſpanis, nam anno. 589. Recharedus Rex Hiſpaniarum titulum Chriſtianiſsimi ab Eccleſia habuit, id omnibus annalium ſcriptoribus Hiſpaniæ *k* teſtantibus, & item anno. 616. Siſebutus, cum expelleret ab Hiſpanię terminis Iudęos Chriſtianiſsimi *l* cognomen habuit, & Cinthi-

lanus

*k Vaſeus anno 589 Rodericus Areualo in Palentina in Vita Recaredi.*

*l Beuter lib. 2. c. 27 Anacephaleoſis Regum Hiſpaniæ c. 31 Rodericus Toletanꝰ lib 2. hyſtoriæ. c. 17 Garibai li. 8. c. 28. ex Iſidoro lib. 5 ca. vlt. Morales lib. 12. c. 13. Vaſeus anno. 616. Monarchia li. 18. c. 2. § 2.*



lanus Rex chriſtianiſsimus vocatur in concilio Toletano. 6. c. 3; vt patet 2. tomo conciliorum & collectione Garſiæ Loayſæ, & refert Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore. quæſt. 36. & Leo Papa ſcribens Quirico Chriſtianiſsimum appellat Flauium Eruigium Hiſpanorum Regem, quod conſtat ex epiſtola Garſiæ Loayſæ in 4. concilio Toletano relata, & alibi ſæpe.

16 *Chriſtianiſsimi dicti ſūt ab Eccleſia Reges Hiſpaniæ priuſquā Galliæ.*

Vnde patet, quod pluries Hiſpani Reges Chriſtianiſsimi dicti ſunt ab Eccleſia ante Carolū magnū Regē Galliæ Imperatorem, qui floruit anno. 790. qui primus Chriſtianiſsimus ex Gallis, & dum Imperator eſſet cognominatus eſt, & poſt Carolum in Hiſpania Chriſtianiſsimi titulo ab Eccleſia Reges ornantur, ſic enim Gregorius ſeptimus Ramirum Regem Aragoniæ appellat in epiſtola ad eum miſſa quam recitat Iheronymus Zurita prima part. annalium libr. primo cap. 18. cum regnum ſuum ſubiecerit Eccleſiæ, & in concilio Iacenſi Gothicum breuiarium admiſſo Romano reijcerit cum eo filijs adſtantibus, & idem Gregorius. ſeptimus chriſtianiſsimum in alia epiſtola Sanctium tertium Regem Aragoniæ vocat, quam retulit Beuter libr. 2. cap. 8. & Alfonſum magnum Regem Caſtellæ eo nomine ornat Ioanes. VIII. vt epiſtolam integram, qua ſic vocatur, refert Sampirus vetuſtiſsimus ſcriptor eius ſæculi, & Rodericus Toletanus lib 4. cap. 18. & alij *m* memorant, quamuis Garibai dicto loco catholicum dictum diſſerat abſquê aliquo fundamento, & fide, itaquê cum hic titulus Chriſtianiſsimi eſſet Regibus Hiſpaniæ aſsiduus & familiaris, vt eos maiori honore, & ampliori titulo decoraret Eccleſia catholicos vocauit.

17 *Titulus Chriſtianiſsimi Imperatorū fuit.*

Qui titulus Chriſtianiſsimi imperatoribus, vt genuinus, & imperio naturalis eſt, vt Honorium Auguſtum vocat Bonifacius cap. Eccleſiæ meæ. 97. diſtin. & Leo Papa Conſtantinū IIII. in epiſtola ad Epiſcopos Hiſpaniæ de recipienda ſexta ſynodo Conſtantinopolitana relata in concilio Toletano. 14. & in diuerſis legibus Codicis Iuſtiniani, vt l. inter claras. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica, & Codicis Theodoſiani Chriſtianiſsimi Imperatores cognominantur, & ſingulis annis in Eccleſia feria ſexta in paraſceue oratio dicitur. Oremus & pro Chriſtianiſsimo Imperatore noſtro, vt aduertit Reſtaurus Caſtaldus de imperatore quæſt. ſecunda circa finem, & ita patet decipi-

*m Morales lib. 15. c. 20. Garibai lib. 9 c. 22 & 23. Renatꝰ Chopinus de ſacra politia li. 1. ti. 7. nu. 18 auctor Gallus Volateranus lib. 2. Geographiæ c. de Sarracenorum origine.*



Ioan-

Ioannem Ferrault Gallum de iuribus Regum Franciæ iure ſecundo aſſerentem nullum aliũ præter Regem Frãciæ Chriſtianiſsimũ ab Eccleſia vocari; ſed quia iam vſus obtinuit in ſede apoſtolica, & concilijs, vt Reges Hiſpaniarum catholici, & Galliarum Chriſtianiſsimi appellentur, vt in concilio Laterãſi ſub Iulio II. & Tridentino in fine relatis tomo vlt. conciliorum, & notant Caſſaneus in cathalogo quinta part. conſi. 37. & Guerrerius Piſo de Romanæ, & Venetæ Reipublicę comparatione fol. 92. duo erunt diſcutienda, primum quod antiquius eſt cuiquè cognomen, ſecundum quod excellentius, & nobilius. 18

*Error Ioannis Ferrault.*

19 *De antiquitate tituli in Regibus Hiſpaniæ et Galliæ.*

Circa primam partem antiquioris tituli conceſsionis dubium non eſt, quod prior in Hiſpania Alfonſus gener Pelagij catholicus ſit cognominatus anno 734. & 740. quo tempore ſic vocatus, fuit, & floruit antequam Carolus magus Rex Galliarum, qui anno 813 regnauit, & in concilio Maguntino Chriſtianiſsimum appellatum aſſerit primum omnium Papyrius Mauſonius de geſtis Francorum in Carolo magno, & Guaguinus lib. 4. cap. 1. in hyſtoria Francorum, Sigonius de Imperio Occidentali lib. 16. anno. 506. qui titulus Chriſtianiſsimi cum ſit Imperatoribus genuinus Carolus, vt Imperator, ſic vocatus extitit, non vt Rex Franciæ, & â concilio Prouinciali Maguntino Germano, non ab vniuerſali Eccleſia, nec Pontifice, Alfonſum autem Regem Hiſpaniæ dictum catholicum anno. 734. catholicum nuncupatum conſtat ex auctoribus omnibus, vt Garibai lib. 9. cap. 6. & Morales lib. 13. cap. 10. & 13. &. 15. hyſtoriæ diſſerunt, quod autem illi hoc cognomen eſſet ab Eccleſia inditum, nec Gallus, nec peregrinus auctor eſt, qui neget, *n* ſed vno ore omnes fatentur, & patet in epitaphio ſepulchri vbi ita legitur. *Alfonſus Catholicus.* Et ex manuſcriptis hyſtorijs antiquiſsimis S. Piri Aſtoricenſis Epiſcopi, ſancti Iuliani, Pelagij Ouetenſis, & aliorum, quod verius videtur, quam aliud notabile, quod Recharedus: fuit prius dictus catholicus, cum conſtet religioſiſsimi cognomrn â Pontificibus ei inditum, illud autem quod Volaterranus lib. ſecundo de Alfonſo primo Rege Hiſpaniæ, & Vuolſangus Lazzius libr. decimo de migratione gentium ſcribũt non admitto quod Alfonſus dictus ſit catholicus, quia hæ-

*n Rodericus libr. 4. c. 5. anacœphaleoſis. c. 47. Palentina in Alfonſo generalis hyſtoria Hiſpaniæ. 3. p. c 4. Beuter li. 2 c. 31. Zurita. 3 p. annaliũ lib. 2. c. 40 Vaſeus anno 737. Palacio Rubios de obtentione Regni Nauarræ 6. p. §. 10. Mariana li. 7. c. 4 de rebus Hiſpaniæ Tarcagnota li. 92. par. anno 732. Genebrardus in chronico lib. 3 anno. 756. Petrus Miql Carbonel in chronica Hiſpaniæ Barchinonenſi fol. 21. c. de Rege Eurigo.*



hæreſes ex Hiſpania exterminauit concilio habito vt Gothos conuerteret, cum iam diu Arriana hæreſis â Recaredo eſſet expulſa; â quo concilium illud eſt celebratum, & nulla alia vigeret in Hiſpania eo tempore, ſolumquê Reges, & incolæ occupati eſſent in Sarracenis debellandis, & regno recuperando.

21 Cum autem dubium vllum non poſsit eſſe antiquius catholici in Hiſpanis, quam Chriſtianiſsimi in Gallis cognomen, ne aliquid ſilentio omittamus, quo tempore continuatio facta ſit vtriuſquê tituli in vtroquè Rege diſſeramus. Aliqui â Carolo magno in Gallia continuatum dicunt, vt de Lodouico Pio Imperatore in ſynodo ad Aquas anno. 816. & tertio Imperij, & in ſynodo Aſquigranenſi aſſerit Papyrius Mauſonius in eo, & Carolo Caluuo, quem ita appellaſſe Ioannem Pontificem in quadam oratione affirmat, ſed de Lodouico Balbo, Carolo magno, Carolo ſimplici, & ſequentibus non legitur eum titulum eſſe eis tributum, & illis, quibus conceſſum fuit, erant Imperatores, cum ſit ille titulus Imperatorum peculiaris, vt diximus. Alia opinio iuris interpretum, quos ſuperius retulimus, eſt, quod Ioannes XXII. Pontifex anno. 1334. in extrauagan. prodiens de crimine falſi Carolum Regem Franciæ Chriſtianiſſimum appellauit, quod tamen in dicta extrauag. non legitur; immo illuſtrem nuncupat illum hiſce verbis. *Sub vero ſigno chariſsimi in Chriſto filij noſtri Caroli Regis Francorum, & Nauarræ illuſtris ſtudioſſe deprauant,* Qui titulus illuſtris frequens, & familiaris erat Regibus Francorum; vt Clemens appellat Philippum Regem Galliæ in extrauagan. meruit de præuilegijs inter communes, & Philippum pulchrum nepotem diuui Lodouici Bonifacius. VIII. in bulla relata â Ioanne Ferrault præuilegio quarto de præuilegijs Francorum, & in præuilegio. 11. refert Martinum ſic Carolum appellaſſe in alia bulla, & ita vſu, & ſtylo ſedis apoſtolicæ illuſtres Reges Galliæ, non Chriſtianiſsimi cognominabantur.

*Quo tempore in vtroq; Rege continuatio titulorum facta ſit.*

Tertia eſt opinio, quod Pius ſecundus Lodouico vndecimo Regi Franciæ Chriſtianiſsimi titulum dedit referens legatis eius, quod in concilio

Mantuæ, quod congregatum eſt anno 1459. eum titulũ habuit Carolus pater eius ex Zurita in hyſtoria regum catholicorum 3. part. annalium Aragoniæ lib. 2. cap. 40. qui tamen titulus non legitur continuatus in ſucceſſoribus. In Hiſpania autem decretum fuiſſe à Iulio. I I. anno. 1512. quod in cancellaria apoſtolica catholici titulus ſcriberetur Regi Hiſpaniarum Garibai retulit libr. 9. cap. 6. hyſtoriæ, ſed in eo deceptus eſt, quod tunc primo iuſſum fuerit. quia ante Alexander ſextus anno. 1496. id præcepit, vt refert Zurita dicto lib. 2. cap. 40. eum titulum ſcribere iubens Regibus Hiſpaniarum, vt hæreditarium, & auferens titulum Chriſtianiſsimi Regibus Galliarum, quod odio Pontificem, & Eccleſiam vexarent ex Petro Comineo, ſed vetera memoria repetendo ab Alfonſo catholicus, in Hiſpania continuatus fuit titulus, catholici, & deriuatus in *o* reliquos, vt patet in Ordonio primo in quodam præuilegio, cuius exemplar refert Ambroſius Morales libr. 14. cap. 34. ibiquê catholicus cognomine nuncupatur, & Rex Sanctius Caſtellæ dictus craſſus in præuilegio conceſſo monaſterio â Samos ordinis diuui Benedicti eo titulo cognominatur, & Rex Alfonſus ſextus Toletanæ Vrbis expugnator ita appellatur catholicus in concilio apud oppidum de Huſillos, & Alfonſus. V I I I. qui inſignem victoriam circa oppidum nuncupatum Nauas de Toloſa obtinuit, catholicus nuncupatur in inſcriptione, quæ habetur in cœnobio vetuſtiſsimo ſancti Facundi, Rexquè Henricus. I I I. ita patrem Ioannem primum Regem Caſtellæ appellat catholicum cognomine in teſtamento ab eo condito, vt refertur in cap. 20. in hyſtoria, quæ habetur initio hyſtoriæ Regis Ioannis. I I. Caſtellæ, vbi ſcribitur de Rege Henrrico. III. Petruſquè primus Rex Aragoniç eo titulo catholici ornatur ex Roderico Archiepiſcopo Toletano lib. 6. c. 47. hyſtoriæ, & ita recenſent alij *p* auctores, & Petrus ſecundus Rex Aragoniæ auctoritate Pontificia eo titulo catholici vſus eſt ex *q* Zurita, & alijs, *r* & Rex Alfonſus Caſtelle fundator monaſterij ſancti Facundi epitaphio ſepulchri catholicus cognominatur ex Morale lib. 3. c. 10. in 3. par. meritoquê ab Alfonſo primo catholico genero Pelagij hunc titulum ſibi Reges Hiſpaniæ

*o Illeſcas in hyſtoria Pontificali. 1. p. lib. 2. c 85. Renatus Chopinus auctor Gallus li. 1. tit. 7. n. 18. de ſacra politia.*

*p Beuter lib 2. c. 20 Miedes lib 1. c. 19. in Vita Iacobi Regis Aragoniæ Zurita li. 2. cap. 62. annalium 1. part.*

*q Zurita lib. 2. c 40 in 3. par. annalium.*

*r Beuter lib. 2. c 1. & c 20. Petrus Miquel Carbonel in chronica Hiſpaniæ Barchinone. ſi. eo Rege Petro catholico ſol. 57.*



niæ pepererunt hæreditarium ob ſummã in Eccleſiã obſeruantiam, & in fide conſtantiam, & eo cognomine diſtinguntur ab alijs regibus, ita vt cum diceretur Rex catholicus ab Alfonſo primo Rex Hiſpaniæ intelligebatur, vt notant Caſſaneus auctor Gallus in cathalogo gloriæ mundi. 5. part. conſi. 33 & Anaſtaſius Germonius Italus de ſacrorum immunitate libr. 4. in proemio. nu. 8. & ex noſtris Garibai lib. 18. hyſtoriæ cap. 1.

*Quod ſit excellentius, et ſuperius nomen catholicus, vel Chriſtianiſsimus*

22 Diſputatione habita de antiquitate nominis catholici in Regibus Hiſpaniarum, & Chriſtianiſsimi in Regibus Galliarum, & de continuatione eiuſdem, reliquum eſt, vt habeatur diſputatio, quis excellentior ex illis, vel ſuperior apud omnes, & apud Eccleſiam, natura ſua, titulus ex hiſce ſit, cum vterquê ſit ampliſsimus, & nomine, & effectu, & rebus, ſed neceſſum eſt, vt inſpiciamus, quis ex eis arguat maiorem excellentiam, & vt de-

*Non rectè dicitur catholiciſsimus, nec proprie, nec puro ſermone candido.*

23 monſtretur cognomen catholici honoratius eſſe, aduotandum erit nihil in eo titulo addi, vel minui ex ſuperlatiuuo, nec dici catholiciſsimus, ſicut Chriſtianiſsimus, nam inter Chriſtianos alius alio eſt ſuperior, & ſuperlatiuo in eo vtimur, ſed catholicus cum ſit nomen Græcum ſignificans idem, quod vniuerſale apud Latinos, non in eo ſuperlatiuus gradus in vſu eſt, nam ſi eſt vniuerſale omnia, & totum comprehendit, & qui totum dicit nihil excludit, idem enim eſt dicere vniuerſale, ac ſi diceremus vniuerſaliſsimum, catholicum, ac ſi catholiciſsimum, & ita non nuncupamus Eccleſiam, vel fidem catholiciſsimam, ſed catholicam, nec concilium vniuerſaliſsimum, ſed vniuerſale, vel ocumenicum Grç-

*Origo nominis Chriſtiani.*

24 co ſermone ex toto orbe coactum, eoquê principio animaduerſo, vt diſſeramus de excellentia tituli, origo vtriuſquê inſpicienda erit.

*Primi Chriſtiani aut fideles, aut ſãcti, aut diſcipuli nũcupabantur.*

Et primo Chriſtiani nomen inde coepit quod initio Eccleſiæ ea naſcente ab infantia, qui Chriſti ma-
25 giſtri doctrinam profitebantur, aut diſcipuli, aut fratres vocabãtur, vt ex pluribus ſcripturæ locis Math. cap 23. Luc. cap. 23, & Ioannis. cap. 20. & 21. notat Tertullianus in apologetico cap. 39. aut fideles nuncupabantur, vt ex cap. 1. 2. & 3. actuum Apoſtolorum, Pauli cap. 1. ad Epheſios, & cap. 4. ad Timotheum colligitur, aut ſancti ex cap 1 Pauli ad Theſalonicenſes, & Lucæ cap. 26. actuum Apoſtolorũ.

*Petrus autem, cum tranſiret per vniuerſos, peruenit ad ſanctos, qui erant Iydæ.* Vt aduertunt beatus Ambroſius de ſacramentis lib.1.cà.1. & Pontius diaconus in vita Cypriani, & cum iſti tituli eſſent communes omnibus. Qui deficiebant in vera Eccleſiæ fide ſectantes errores omnes diſcipuli, vt profitentes veram doctrinam appellabantur, & vt diſtinguerentur diſcipuli Chriſti á diſcipulis magiſtrorum in ſectis damnatis, & perfidis, diſcipuli Chriſti Chriſtiani cœperunt nuncupari, vt ſanctus Athanaſius aduerſus Arrium hiſce ſignificat verbis. *Omnes, inquit, qui credebant in domino noſtro Iheſu Chriſto, non Chriſtiani, ſed diſcipuli tantummodo vocabantur, & quia multi nouuorum dogmatum auctores extiterunt doctrinæ obuiantes apoſtolicæ, omnes ſectatores ſuos diſcipulos nominabant, nec vlla erat diſcretio inter veros, falſoſque diſcipulos, ſiue Chriſti, ſiue Doſithei, ſiue Iudæ cuiuſdam, ſiue Ioannis ſectatores. Ideo Anthiochiæ conuenientes omnes, diſcipuli Chriſtiani vocati.* Et beatus
26 Ignatius auctor longe vetuſtior epiſt. 6. ad Magneſianos agens de nomine Chriſtianorum ſignificans idem. *Simus itaquè digni cognomento, quod accepimus, qui enim appellatur alio nomine præter hoc non eſt Dei, nec accipit prophetiam Eſaiæ cap. 62. loquentem* de *nobis, & vocabitur tibi nomen nouum, quod os Domini nominabit, & erit populus ſanctus, Antiochiæ enim primi diſcipuli appellati ſunt Chriſtiani, cum Petrus, & Paulus Eccleſiam fundarent.* Idque confirmant Gregorius Niſſenus de profeſsione Chriſtiani, Ioannes Chriſoſtomus homilia.3.ad populum Antiochenum, & ſeptimo in Matheum, & ex his Cæſar Varonius primo tomo annaliũ anno Chriſti. 43. Vnde Chriſtianus â Chriſto deriuatur, Chriſtus â Chriſmate ſignificante vnctionem, qua Chriſtus ob ſingularem excellentiam fuit vnctus â Deo, & electus ab æterno in filium ſibi co æqualem in diuinitate, & minorem humanitate, vt redimeret genus humanum, vt ex Cypriano de vnctione chriſmatis, ſancto Iſidoro, antiquiſsimo Rabano Mauro, & alijs notat Stephanus Durantus vir meo iudicio pijſſimus de ritibus Eccleſiæ lib.1.c.20. eſtquè locus celebris Innocentij. III. indecretalibus cap. 1, §. quia vero de ſacra vnctione. *Chriſtus enim à chriſmate dicitur, vel potius à Chriſto dicitur chriſma, non ſecundum nominis formam, ſed ſecundum fidei rationem, à Chriſto vero Chriſtiani dicuntur. tanquam vncti deriuentur ab vncto, vt omnes concurrant in odorem illius vnguenti, cuius nomine oleum effuſum*

*Chriſtiani nomen vbi cœpit.*





*eſt.* Vnde cum origo, & ętymologia Chriſtiani huiuſmodi ſit, ſumma cũ ratione Reges Gallię hoc nomine exultant, vt tanquam veri diſcipuli Chriſti eius doctrinam, & fidem ſequentes hoc nomine potiantur, ſed Catholici nomen quantum ſit maiori prætio habendum oſtendemus, altius eius initium repetendo â tempore Apoſtolorum in ſymbolo fidei fides, & Eccleſia catholica dicitur ibi. *Credo in Spiritum Sanctũ, & Sanctam Eccleſiam Catholicam.* Quæ verba, quare catholica dicatur Eccleſia explicat ſ S. Antoninus: ſed ad propoſitum de quo agimus, origo inde videtur â fontibus hauriendo naſci, quod cum diſcipuli Chriſti Chriſtiani vocarentur, vt diſcernerentur ab alijs diſcipuli, qui magiſtros errorum ſequebantur, inter eos, qui Chriſtiani dicebantur, aliqui errores oriebantur, ita quod Chriſtianus erat nomen ge-
27 nerale omnium, qui doctrinam Euangelicam profitebantur ſiue verê cum Eccleſia, ſiue falſo aliquam ſectam, & hęreſim damnatam ſequeretur interpretatione erronea, ſed catholicus Chriſtianus nomen peculiare eſt eorum, qui omnino Eccleſiam amplectebantur, & doctrinam eius, & ita qui catholicum dicit, Chriſtianum nuncupat Eccleſiæ fidelem, & de gremio eius, qui vero Chriſtianum ſimpliciter nuncupat, poteſt comprehendere etiam hæreticum, vt Pacianus aduerſus Nouatianos notat hoc pacto. *Chriſtianus mihi nomen eſt, catholicus vero cognomen illud me nuncupat, iſtud oſtendit, hoc probat, illud ſignificat, & ſi reddenda poſtremo catholici vocabuli ratio eſt, & exprimenda de Græco interpretatione* R*omana catholicus vbiquê vnum, vel vt doctiores putant, obedientia omnium nuncupatur.* & paulo poſt. *Ergo qui catholicus, idem obediens, qui obediens, idem eſt Chriſtianus, atque ita catholicus Chriſtianus eſt.* Idem auctor alio loco de nomine catholico. *Sub Apoſtolis: inquies, nemo catholicus vocabatur, eſto ſic fuerit, vel illud indulge, cum poſt Apoſtolos hæreſes extitiſſent, diuerſiſquè nominibus colũbam Dei, atquè Reginam lacerare, & ſcindere niterentur, nonne cognomen ſuum Eccleſia poſtulabat? quæ in corrupti populi oſtenderet vnitatem, ne intemeratam Dei virginem error aliquorum per membra laceraret, nonnè appellatione propria decuit caput principale ſignari? ego forte ingreſſus populoſam vrbem hodie cum Marcioniſtas, cum Apollinarios, Cataphrygas, Nouatianos, & cæteros huiuſmodi comperiſſem, qui ſe Chriſtianos vocarent, quo cognomine congregationem meam plebis agnoſcerem? niſi catholica diceretur, & poſt catholicum iſtud*

*De origine, & excellentia nominis catholici.*

*ſ S. Antonin⁹. 3. p. lib. 1. c. 13. quem allegat Iacobatius de concilijs lib. 1. art. 1. Ioannes de Lignano de cenſuris. §. 4. nu. 4. Conrradus Lancellotus in templo omnium iudicum lib. 1. c. 2. §. 3. nu. 14.*

*nec Marchionem, nec Apellem, & Montanum ſonat, nec hæreticas aures ſumit, ſed Apoſtolos, & qui ab eis ſunt ſucceſſores.* Idem diuus Auguſtinus epiſt. 65. & contra Manicheos cap. 4. oſtendit. *Item ex Petri cathedra per ſucceſſionem Romanorum Pontificum demonſtratum catholicos diſcriminat ab hæreticis.* Quod & Origenes aduerſus Celſum: & alij patres venerandi ſignificant, vt cumulat aliquos Varonius primo tomo annalium anno 66 & anno. 43. & ſecundo tomo anno 146 folio. 113. & fol 472. & 476. probans, quod hæretici nomen Chriſtianorum vſurparunt, ſed nomen catholici nunquã conſequi potuerunt. Vnde colligitur huius nominis catholici excellentia primo, quod ſit nomen Eccleſiæ tributum, & fidei, cum dicatur Eccleſia catholica, & fides catholica. Secundo, quod eo ipſo quod dicatur catholicus intelligitur Chriſtianus, non autem verſa vice, nã licet dicatur Chriſtianus, nõ ſequitur, ꝙ ſit catholicus. Tertio, ꝙ dum dicitur catholicus cognoſcitur electꝰ fidelis, purꝰ, ſinceræ fidei, obediẽs Eccleſiæ abſquê macula, & immixtione doctrinæ dãnatæ, & inde gloria, & magnitudo Regis Hiſpaniarum arguitur, cum ſit Rex catholicus, & merito ita nuncupetur ab Eccleſia, quæ non potuit ei concedere excellentius, diuinius, ſuperius, ac præclarius nomen, quam quod ſibi accepit catholicum nuncupando, ſicut Eccleſia catholica dicitur.

28 *Alia excellentia nominis catholici*

Additur etiam excellentia nominis catholici, alia ex ſignificatione vocabuli â Stephano Duranto de ritibus Eccleſiæ lib 2. cap. 33. num. 12. annin aduerſa, nam Græcum nomen eſt compoſitum â nomine olon ſignificans idem, quod totum Latino ſermone, & vniuerſale, & â præpoſitione catha, cuius verſio eſt idem, quod ſecundum, & ita catholicus idẽ eſt quod in omnibus vniuerſaliter, & in totum perfectus in fide, & religione, vt Vicentius Lirienẽſis ait. *In qua catholicæ, apoſtolicæq; Eccleſiæ ſequatur, neceſſe eſt vniuerſitatẽ, antiquitatem, conſenſionem,* & alibi *Id teneamus, quod ab omnibus creditum eſt.* S. Auguſtinus contra epiſtolam Manichei. c 4. *In catholicæ Eccleſiæ gremio me tenet ipſum nomen catholicæ, quod non ſine cauſſa inter tam multas hæreſes, ſic iſta Eccleſia obtinuit, vt cum omnes hæretici ſe catholicos dici velint, quærenti tamen Peregrino vbi ad catholicam cõueniatur, nullus hæreticorum vel baſilicam ſuam, vel domum audeat oſtendere, itaquè tot, & tanta Chriſtiani nominis chariſſima vincula rectè hominem tenent credentem in catholica Eccle-*



*ſia.* Et idem diuus Auguſtinus de Geneſi ad literam. cap. 1. concludit, quod catholica Eccleſia dicitur, quia omnino, & vniuerſaliter perfecta eſt, & per totum orbem diffuſa iuxta illud Pſalmi. 71. *Et dominabitur â mari vſquè ad mare, et à termino vſquè ad extrema terræ.* Et non ſolum in omnibus regionibus orbis, & vniuerſo loco nota, ſed vniuerſalis tempore, & antiquitate ab Abel vſquê in vltimum ſæculum; quod pluribus locis oſtendit *t* beatus Auguſtinus declarans, quod hęretici vnam Prouinciam, vel ſectam, ſeu quaſdam priuatas homines obtinent; ſed Eccleſia catholica per omnes gentes, per totum orbem ab Oriente in Occidentem, â Septentrione in Meridiem diuagatur, & omni ſæculo permanet, & ea ratione Pontifex ſummus Romanus catholicus vocatur, & Epiſcopus catholicæ Eccleſiæ, quia caput omnium Chriſtianorum, & Epiſcopus vniuerſæ Eccleſiæ, vt ex beato Cypriano epiſtola. 46. & 49. notat Varonius ſecũdo tomo fo. 254 & 455 Et Patriarcha Alexandrinus contendebat ſe appellari catholicum, vt vniuerſalem Patriarcham, cum 12. aut 13. Archiepiſcopos, & ingentem numerum Epiſcoporum ſub ditione ſpirituali gubernaret, vt Guillelmꝰ Tyrius lib. 14 belli ſacri. c. 12. & Procopius lib. 1. de Bello Perſico, Petruſquè Gregorius ex eis in ſyntagmate iuris lib. 15 c. 7. nu. 5. & lib. 2. c. 1. num. 2. aduertunt. Ex qua ſignificatione catholici colligi poteſt, quam rectê, & iuſta de cauſa catholici nomen ſit cõceſſum Regibus Hiſpaniarum, cum non ſolum ſint Chriſtiani Reges, ſed Chriſtiani catholici vniuerſaliter, & in totum fideles, & temporis antiquitate, cũ nullo vnquàm ſæculo Hiſpania hæreſes admiſerit, nam ſi Arriana viguit, ea in Hiſpanis incolis non ſedem habuit, ſed ſolum in Gothis, Sueuis, Alanis, Vuandalis cæteriſquê nationibus, qui quamuis eam ad Hiſpaniam perducerent, tamen conſtantia Hiſpanorum, licet miſcerentur cum eis, eos tamen vicit, & ſuperauit, nam non ſolum eam hæreſim non admiſit, ſed illam â cæteris expulit, vel exterminauit ad alias regiones non ferens monſtrua hæreticorum, vel manentes in ea ad fidem catholicam reducens. Et loco, cum in omni regione vigeat fides catholica, eſt vniuerſale regnum catholicum, & non ſolum in regione ſua eſt vniuerſitas hæc, ſed ad plures, remotiſſimaſquê regiones catholicam fidem extendit eam pro

*t Beatus Auguſtinus ſuper Pſal. 56. et 110. et ſermone 151 de tempore lib. 3. cõtra Donatiſtas. c. 1. de vnitate Eccleſiæ. c. 2. & lib. 2 contra litteras Petilian. c. 38. et tractatu. 118. ſuper euangelio Ioãnis. Varonius. 2. to. anno 277. fol. 611. Optatus Meliuetanus lib. 1. & 2. Petrus Gregorius de Republica. lib. 12. c. 23. num. 2.*

29 *Quare Pontifex Romanꝰ dicitur catholicus.*

30 *Quare catholicus dici cõtendidit Alexandrinus Patriarcha.*

propagando, & ad Indos Orientales, Occidentales, incognitaſquê gentes adducendo, & ita nomen, quod Pontifici ſummo in ſpiritualibus tribuitur, cum ſit omnium caput, & Princeps Regi Hiſpaniarum in temporalibus rectê quadrat, cum ſit Eccleſiæ filius, per quem fides eius tam latê, & longe in vniuerſo orbe propagetur, ita quod id quod Chriſtus de Beato Paulo pronuntiauit. *Vas electionis eſt mihi iſte, vt portet nomen meum coram gentibus, & Regibus, & filijs Iſrael.* ex.cap.9.actuum Apoſtolorum, de regibus Hiſpanię proferri ab Eccleſia videtur, cum eos catholicos vocet, quod ſint vas electum, vt portent nomen Chriſti, & obedientiam Eccleſię Romanę debitam coram Regibus, & gentibus Indorum Occidentalium, & Orientalium, & Africanorum vniuerſum orbem ad fidem, & gremium Eccleſiæ reducendo, & ita defenſor Eccleſiæ Romanæ dicitur Princeps catholicus in clem.prima.§.pē.de iureiurando.ibi. *Et Princeps catholicus, & ſæpe dictæ Eccleſiæ aduocatus, atque defenſor.*

31 *Altera hu⁹ nominis amplitudo.*

Augetur huius magni nominis, & pulchri amplitudo, quod idem ſit dicere catholicam Eccleſiam, vel Romanam Eccleſiam, cum per Romanam intelligatur catholica, & per catholicam Romana, & Apoſtolica ex beato Cypriano epiſtol 46. *Diuidi à Romano Pontifice idem, quod ab vniuerſa Eccleſia ſciſmate ſeparari, rurſum illam communicare id ipſum eſſe, quod catholicæ Eccleſiæ vnitati coniugi.* Vt ex beatis Iheronymo, Ambroſio, Irineo notat ℣ Varonius. Vnde dum nuncupat Eccleſia catholicum Regem Hiſpaniæ, Romanum, & Apoſtolicum vocat filium Eccleſiæ Romanæ, & vt filij veri matrem ſequuntur, ei obediunt, eam tuentur, & ita digni ſunt, vt Romani, Apoſtolicique vocentur, vt ſub nomine catholici âppellantur.

*℣ Iheronymus epiſ. 85. Ambroſius in oratione funebri de obitu fratris Tertullianu[illegible].c 3[illegible]. de præſcript. aduerſus hæreticos Irineus lib.3. aduerſ⁹ hæreſes. c.3 Varonius 1. to. anno. 45. fol. 331. & 2. tom. fol.148 et 453 & 466. Aluarus Pelagius de Planctu Eccleſiæ lib. 1. arti. 63 & diſcurſo 16 ad ſymbolū. Stephanus de Salazar.*

32 *Admirabilis alia excellentia.*

Vltimo aliud huius excelſi nominis encomium illud extollit ad ſydera vſquê nam cum nomen abſquê exercitatione eius ſit, vt fides mortua ſine operibus, cum ab effectibus nomen cognoſci debeat, præ cæteris Regibus excellit, & floret Rex Hiſpaniatum, cum ita exerceat nominis ſignificationem, & effectū eius oſtendat, ꝙ omnibus regnis ſuis, & ditionibus tā latê, longequê diſtantibus ita puritas, & ſinceritas in fide catholica viget, vt eā mundā ab omni macula hæreſis, & pulchram abſquè fœda ruga conſeruet, ita quod non ſolum hæreſis ab ea exterminata ſit, ſed omnis ſuſpicio eius abſit, & puniatur â ſacro Inqui-

ſitionis



33 *Nō ſolū hæreſis, ſed omnis ſuſpicio eius ab Hiſpania abeſt*

34 *Tribunal Inquiſitorum in Hiſpania antiquitus iā ab āno. 563.*

ſitionis miniſterio, quod ab antiquiſsimis temporibus inualuit, vt ex concilio Bracharenſi anno. 563. celebrato oſtendit Varonius 7. tomo anno. 563 fol. 486, his verbis Hiſpaniam commendans. *Hoc planê ſibi laudis vendicauit ſemper Eccleſia catholica in Hiſpania. Vt nō ab erroribus tantum, ſed â ſuſpicionibus eſſe voluerit ſuos immunes. Quo factum eſt, vt & hoc ipſo noſtro ſæculo, cum longe, latèque fœcibus hæreticorum orbis inflamaretur, ipſa illæſa perſtiterit accurrentibus ſumma celeritate Dei miniſtris, ſi vel tenuem ſuſpicionis ſcintillam, vel ſi non ignem, fumum ſaltim viderint latentis ignis indicium, ipſo præcipuè catholico Rege ſuper omnes in opus nauiter incumbente.* Quo in loco arrogantiæ non tribuetur quod reticere non poſſum admirabilem illam, & ſingularem in fide tuenda, & ab omni labe conſeruanda conſtantiam patrui mei celebratiſsimi omni æuo Ferdinandi Valdeſij Archiepiſcopi Hiſpalenſis, generalis fidei cenſoris in omnibus regnis Caroli. V. Imperatoris, qui præſes primo in Regio ſenatu Caſtellæ extitit, deinde in ſacro fidei miniſterio ſummus quæſitor, is enim zelum, & animum acrem, & fortem ita oſtendit, vt cū ad Hiſpaniam ex Angliæ regione aliqui viri inſignes male de fide ſentientes venirent, diſſeminarentque errores falſos, vt mentionem fecit de Pinthia, & Hiſpali Comes natalis libr. 12. anno. 1559. fol. 260. hyſtoriæ ſui temporis, ęquè, & nullo diſcrimine habito ita magnates, opulentos, ac tumidos ſapientiæ ſuperbia, ſicut pauperes, & infimos, igni & vltimo ſupplicio, quoſdam alios triremibus, alteros pœnitētiæ tradiddit, ita vt nec ſcintilla ignis, qui accendabatur, in Hiſpania maneret, & extinctam fatetur idem Natalis Comes dicto lib 12. anno. 1559. fol, 265. cuius mentem adeo diuinitus inſpiratam cognoſcēs Carolus ille. V. ſæculi huius miraculum, dum Gallia ardere cœperit hæreticorum flammis ex eadem occaſione ortis, quæ in Hiſpania fuit, ſed non extinctis dicere ſolitus eſt, ſi Gallia medicinam tanto veneno exoptat, diuidatur Valdeſius, dimidia enim eius pars Hiſpaniam conſeruabit, & alia dimidia Galliā ad ſalutem reducet, itaque Hiſpania exultet in Domino, qui fidem eius tuetur, & conſeruat, doleantq; Gallia, & aliæ regiones, ꝙ ita diuiſſæ ſint ab Eccleſię vnitate, ita parō exercetur in eis nomen catholicę Eccleſiæ quod maior pars hæreſibus inflametur. Vnde quod alijs non poteſt adaptari regnis, vt catholi-

35 *Ferdinandi Valdeſij Hiſpalenſis præſulis, & generalis inquiſitoris laus.*

ci vo-

ci vocentur Reges, cum vniuerſa regna non habeant ſub obedientia Eccleſiæ, Hiſpaniæ quadrat, quæ tota cum alijs ſibi ſubditis regnis fidelis, & obediens Eccleſię, & vtinam omni ſæculo, vt ſit Deus optimus maximus faxit.

(?)

# CAPVT DECIMVM Quartum, quod ad Reges Hiſpaniæ pertinet ius vnctionis, & in ea miraculum.

(?)

1 *Vnctio Regum generalis.*

OLEO Sancto vngendos Reges, & orationibus, exorciſmiſquê ſacris ex pluribus ſacræ ſcripturę teſtimonijs notum eſt, vt patet. III. Regum. ca. 19. vbi Dominus ad Heliam. *Vnges Aſachel in Regem ſuper Siriam, & Iehu filium Namaſi vnges Regem ſuper Iſrael.* Et de Dauid. II. Regum cap. 2. profertur, & de Salomone. III. Regũ cap. 1. & de Saule primo Regum. c. 9. & 10. & Pſalmo. 78. *Inueni Dauid ſeruum meum, & oleo ſancto meo vnxi eum.* Et alibi paſsim legitur, vt apud Lactantium lib. 4. de vera ſapientia. cap. 7. eaquê ratione Reges Chriſti vocantur, id eſt vncti â Deo, vt accipitur illud Pſalmi. 104. *Nolite tangere Chriſtos meos.* Et apud Eſaiam. c. 45. *Hæc dicit Dominus Cyro Chriſto eius.* Vbi Cyrus ita dictus, eo quod Deꝰ in miniſtrum eum aſciuerat, nam in eodem capite ſequitur. *Cuius aprehendi dexteram.* Vt declarat Petrus Gregorius in præludijs optimi iuris conſulti, probiquè magiſtratus lib. 1. c. 11. Vnde in Eccleſia catholica ſtatutũ eſt vt Imperatores â Pontifice oleo ſancto, & benedictionibus inungantur, vt â Clemente. V, in clem. 1. de iureiurãdo refertur, & in c. venerabilem de electione ab Innocentio. III. ibi. *Qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus.* Idquê declarat Reſtaurus Caſtaldus tractatu de Imperatore quæſt. 18. & 26. & ſequentibus &. 39. quod ius non ſolum Imperatoribus, qui hoc peculiare habent, vt â Papa vngantur, ſed etiam Regibus, vt â præſulibus vnctionem recipiant in ſuo re-





gno conceſſum eſt ab Eccleſia, vt patet ex decretali epiſtola Innocentij. 3. in cap. 1. §. vnde de ſacra vnctione, & notant Selua de beneficio prima part. quæſt. 5, num. 164. & 165. ſignificationes autem vnctionis retulit Auguſtinus de Ancona de poteſtate Papę quęſt. 38. art. 2. Caſtaldus ſupra quæſt. 27. nam oleum, quo vngitur, ſignificat lætitiam, & promptitudinem ad debellandos inimicos Eccleſię, & pugnandi pro fide, & conſequendam victoriam, & ea de cauſa oleo vngebantur in ludis, & contentionibus olympicis, qui ad ſtadium prodibant ex Atheneo libr. 9. c. 16. & cecinit Virgilius lib. tertio Æneidos.

2 *Olei vnctionis ſignificatio.*

*Exercent patrias oleo labente paleſtras*
*Nudati ſocij.*

3 *Explicatio Pſalmi. 44. Vnxit te Deꝰ oleo lætitiæ, et Math. 25 c. de oleo. 5. Virginũ Prudentum.*

Vnde intelligi poteſt illud Pſalmi. 44. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem, propterea vnxit te Deus oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis.* Oleũ enim dicitur lætitiæ, quia hoc ſignificat oleo inungi, vt oſtendatur lęitia, qua ingreditur in campum certaminis ad victoriam. Item & quia per oleum nitor conſcientiæ deſignatur iuxta illud Math. 25. Prudentes virgines acceperunt oleum in vaſis ſuis, & refertur. c. 1. §. 1. de ſacra vnctione, & ex orationibus ceremonialis Romani, & ſanctus Thomas tertia part. ſummę quęſt. 108. artic. 3. addit quod ſicut cap. 10. actuum Apoſtolorum dicitur de Chriſto. *Quod prædicauit Ioannes Iheſum à Nazareth, quomodo vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute.* Et ſic Chriſtus ideſt vnctus apellatur Dominus noſter Iheſus, ita Reges vnguntur, conſecrantur, & coronantur, vt intelligant â Chriſto vncto poteſtatem habere, & in eo regnare, quod declarat & Innocentius antiquus gloſator in ca. venerabilem de electione.

4 *De vnctione Regum Franciæ.*

De vnctione hac omnibus Regibus debita, ac ſi peculiaris eſſet Regum Franciæ clamant *a* Galli ſclis illis, ac Regibus Iheroſolymitanis, & Siciliæ debitam, & ſingulari quodam præuilegio illis priuatim conceſſam, cum oleo cœlitus demiſso vngantur. Reges Gallię, & ideo vt vncti, & conſecrati epiſtolam celebrant, cum Pontifex ſummus miſſam agit, & Imperator euangelium canit, & ideo vt Eccleſiaſticus in vnctione canonicus eſt Rex Galliæ in Baſilica diui Hilarij Pictauienſis, & in Eccleſijs Cœnomamenſi & Andegauenſi.

*a Renatus Chopinus lib. 2. de de domanio Franciæ tit. 2. nu. 7. Caſſaneus in 5. part. conſi. 30. & 31. Selua de beneficio 2. p. q. 33. Carolus Graſalius lib. 2. iure. 2. de iuribus Regũ Frãciæ, Guillelmus Benedictus ver. duas babens filias nu. 77. in c. Rainuntius de teſtam. Franciſcus Marcus deciſ. 456. nu. 31. & 1024. nu. 5. & 7. Ioannes Andreas, & Dominicꝰ c. 2. de præhendis in 6. Lãbertinus de iure patronatus. 1. p. li. 1. nu. 4. fol. 81. Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore q. 18. n. 6. Martinus laudenſis q. 76 de Principe Abbasc. extirpandæ §. qui vero de præbẽdis, Ioães Ferrault præuilegio. 7. Fuſchus de viſitatione, & regimine Eccleſiarum lib. 1. c. 6. n. 5. Petrus Gregorius in præludijs libr. 1. c. 11.*

Oleum autem, quo inungitur Rex Franciæ ê cœlo demiſſum narrant Galli & hyſtorici aliqui, & alij iuris interpretes, & ſic accidiſſe ferunt. Quod ꝙ Clodoueus Clotildis Reginæ ex Burgundionum Regis filiæ ſuaſionibus ė paganiſmo exiens profiteri vellet Chriſti fidem habitæ victoriæ cuiuſdam celebris aduerſus Alamanos occaſsione, poſtquam â beato Rhemigio Rhemenſi præſule inſtructus in fide, vt cathecumenus ad Eccleſiam, vt baptizaretur, acceſsit, & dum accingeretur vnctioni Rhemigius, & diaconus ex ſacrario oleum tardius promerēt, nec inuenirēt, vnica niuea colūba inopinatê diſploſis alis ê cœlo aduolauit in phiala odoratum chriſma perferens, cæterum poſtquam candida columba reuolans ê cœli faſtigio ædes odore, & gaudio impleſſet, Rexquê delibutus liquore cœleſti trabem aureo textili mirabilem induiſſet, iuſsit confeſtim Rex ab æditnis id oleum diligenter Rhemis cuſtodiri in phiala, vt eo in poſterum inter auſpicia cæteri Reges inungerentur, vt memorant ſanctus Antoninus, *b* & alij, & ceremonias, rituſquê omnes, qui hodie ſeruantur in auguratione, & coronatione Regum Galliæ ſcribit Thomas Cormerius libr. primo rerum geſtarum Henrrici ſecundi Regis Galliæ fol. 18. & ex Guaguino in Lodouico vndecimo refert Petrus Gregorius in præludijs optimi iuriſconſulti libr. primo cap. 11. Ludouicum vndecimum à Rhemenſibus hanc ipſam ampullam auocaſſe, vt tempus ſuæ mortis ex ea diſceret, quæ demum priſtinum in locum reſtituta eſt.

5 *Miraculum olei, quo vngitur Rex Galliæ.*

His igitur, quæ pro Gallis faciunt ſic commemoratis, reliquum eſt, vt oſtendamus, quod adhuc in hiſce, quæ vt prodigioſa memorant, non cedit illis Hiſpania, ſed ſuperat.

Primo autem dum Galli exiſtimant auctores, vel alij ad Reges Galliæ, Iheruſalem, & Siciliæ tantum, vel Angliæ etiam ex quibuſdam, & non ad alios pertinere ius vnctionis, quamuis eorum opinio amplectenda foret, Regi Hiſpaniæ, vt Regi Siciliæ, & Iheruſalem ius vnctionis competit, quæ illis Regibus familiaris, & frequens fuit, iuxta ritus, quibus ſcribit inunctum fuiſſe regem Federicum Siliç Iheronymus Zurita prima part. annalium libr. 5. c. 17. & alij auctores *c* id de regibus Siciliç affirmātes,

6 *Quod Reges Hiſpaniæ inuncti fuerūt, et ius habēt vnctionis.*

*b S. Antoninus p. 2. hyſtoriali tit. 11. c. 2. §. 7. Aimonius c. 18. lib. 1. de geſtis Francorum ex Hincmaro in vita ſancti Rhemigij, et Theodoro in victa ſanctæ Landradæ virginis, Carolus Guaguinus lib. 1. vita Clodouei in hyſtoria Gallorū Nicolaus Gillius in Clodoueo lib. 1. Forcatulus de imperio Gallorum lib. 6. fol. 370. Monarchia Pinedæ lib. 16. §. 3. & 4. c. 7. & c. 8. §. 3. Guido. q. 114 Martinus Laudēſis de principe notabili 434. Caſtaldus de Imperatore q. 19 nu. 2. Varonius 6. tomo anno 499 ol. 536. annalium Annonius lib. 1. c. 16. Genebrardꝰ lib 3. anno 498.*

*c Aluarotus cap. 1. quis dicatur duxin vſibus fœudorū Albericus Rubrica. ſſ. de ſtatu hominū Archidiaconꝰ c. quoniā diſt. 10. Gofredus, & Oſtienſis in ſumma titul. de ſacra vnctione, Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore quæſt. 18. nu. 6.*



tis, ſed neceſſum non eſt, vt deueniamus ad honorem á Sicilia hauriendum, cum toto cœlo errent, qui exiſtimant his ſolis Regibus ius vngendi competere, nam ius hoc generale eſt omnibus Regibus Chriſtianis, non ſolum ex doctorum doctrina, ſed ex textu Innocentij tertij in cap. 1. §. 1. de ſacra vnctione, & illud, quod de his ſcribitur peculiariter Regibus ideo fit, quod vnguntur â Papa, quia ſunt Vaſalli Eccleſiæ, & offerunt regna, ex cap. intelleximus de iure iurando, vt ex Martino Laudēſi quæſtio. 23. de Principe. Reſtauro Caſtaldo de Imperatore quæſt. 18. numer. ſexto & quæſt. 36. numer. 10. ſed ius vnctionis nemo negare poteſt, quod competat omnibus Regibus Chriſtianis præſertim Hiſpaniarum tam iure ex dicto cap. 1. §. primo de ſacra vnctione, quam conſuetudine, vt in vſu fuiſſe patet, cum beatus Iulianus Archiepiſcopus Toletanus occulatiſsimus teſtis referat vnctionem Regis Vuambæ, de qua ſtatim agemus, & de vnctione Regis Eruigij ſucceſſoris eius agitur in concilio Toletano. 12. cap. primo relato tam ſecundo tomo conciliorum, quam in collectione Garſiæ Loayſæ, vbi agitur de ſucceſsione Eruigij, & inquit textus concilij. *Sereniſsimus Eruigius Princeps regni conſcenderit culmen, regnandiquê per ſacroſanctam vnctionem ſuſceperit poteſtatem*, & inferius. *Hunc inclytum Dominum noſtrum Eruigium poſt ſe præelegit regnaturum, & ſacerdotali benedictione vngendum.* Idemquê de Flauio Egica ſucceſſore narrat Morales lib. 12. cap. 41. & 53. & 57. cum alijs vſum fuiſſe oſtendens in omnibus Regibus Gothis, vt de Recharedo etiam ante ſupracitatos ex beato Iſidoro refert Bozzius Eugubinus in tractatu imperia pendere â virtutibus aduerſus Machiabellum cap. 13. fol. 153. Eamquê ſacram vnctionem recipere ſolitos fuiſſe in Toletana Eccleſia agens de primatu eius notat Garſia Loayſa in ſynodo Toletana ſub Gundemaro fol. 277. & in notis ad concilium Toletanum nonum. cap. 10. fol. 475. iſquê non ſolum in Gothis vſus fuit, ſed â Rege Pelagio in Regibus Caſtellæ inualuit conſuetudo, nam de Alfonſo. VIII. quod inunctus fuerit iuxta antiquos, & vſitatos ritus vngendi Reges Hiſpaniæ â Ramone Archiepiſcopo Toletano memorat Garibai libr. octauo. cap. quarto anno. 1135. & de Rege

7 *Reges Gothi vngebātur.*

 Al-

'Alfonſo vndecimo , qui in Eccleſia Burgenſi in hu
mero dextro ex regula cap.1.de ſacra vnctione:& ex
notatis quæſt. 22. per Caſtaldum in tractatu de Im- 8
peratore , vt in hyſtoria eius cap. 103. recenſetur,
vnctus fuit , & Regem Alfonſum ſeptimum â Calix
to ſecundo Papa in Eccleſia Compoſtellana diuui
Iacobi fuiſſe coronatum , & vnctum notant Beuter 9
libr. 2. cap. 8. certius tamen eſt ex vetuſtiſsimis hy-
ſtorijs manuſcriptis , & hyſtoria eius edita â fratre
Prudentio â Sandoual cap.3.& 30. fuiſſe corona, &
vnctione , ceremonijſq; ſacris electum , & inunctũ
in Eccleſia Compoſtellana ab antiſtite eius Dida-
co Ramirez. In Regibus Aragoniæ idem ſeruari
obſeruat Beuter libr. 2. cap. 8. de Ramiro primo, 10
qui inunctus fuit , & benedixit Pontifex Benedi-
ctus Octauus ſceptrum , & coronam eius , & rex Pe-
trus ſecundus , cui ſucceſit Rex Iacobus coronam
ſuſcepit Romæ in ædibus ſacris ſancti Pancratij,
vbi Petrus Cardinalis Epiſcopus Portuerenſis vn-
xit eum in brachio dextro , & Pontifex Innocen-
tius. III. auctor. cap.1.de ſacra vnctione manu pro-
pria coronam impoſuit,& iuſsit cætera Regia indu-
menta,& ſigna imponi,vt pallium,colobium ſceptrũ
Globum, coronam, & mytram, & ibi iurauit fidelita
tem Eccleſiæ, hæreticoſquê expugnandi , & obtulit
regnum Eccleſię, eiquê titulus Regis catholici con-
ceſſus fuit,& poſtea in baſilica diuui Petri Pontifex
enſem , equeſtremquê ordinem vigiliafacta tribuit
die Preſentationis beatiſsimæ Virgininis Mariæ, cõ
ceſsione facta , quod in Cæſarauguſtana baſilica om-
nes reges ſucceſſores vngerentur , vt teſtantur hy-
ſtoria regis don Iayme. c.9.& Caroli regis Nauarrę,
[d] & alij idẽq; de Alfonſo. IIII. rege Aragoniæ ma-
ximo regio apparatu, & pompa celebri refert , quo- 11
modo in Eccleſia Cæſarauguſtana vnctus fuit manu
Archiepiſcopi Cæſarauguſtani, & coronã ſuſcepit,
ſimul & equeſtrem ordinẽ vigilans , prout moris eſt
in Hiſpania,vbi etiam coronam,ſceptrum,& auri ro-
tundam formam dictam pomo de oro Hiſpane tri- 12
buit , & tunc euangelium rex in miſſæ officio,vt dia
conus celebrauit , vt Iheronymus Zurita lib.7.cap.
1.&. c. 28. & 29.& libr. 10. cap.68. ibidem mentio-
nem faciens de vnctione regis Petri quarti , & re-
gis Ludouici filij Petri , et nepotis Federici , et

*Reges Caſtellæ inungebãtur.*

*Calixtus 2. Pontifex vnxit, & coronauit Alfõſum 7.*

*Benedictus 8. Põtifex benedixit ſceptrum, & coronã Ramiri 1. Regis Aragonia.*

*Quod Papa coronet Hiſpaniæ Reges & euãgeliũ canant.*

*Reges Aragoniæ inuncti.*

*[d] Beuter li.2.c.20 Zurita 1.par. annalium li.2 c.50. Miedes li.9.c.7. del Rey don Iayme. Illeſcas in hyſtoria Pontificali lib.5.cap.vlt.*





de Rege Martino , & Ferdinando , vt etiam memi-
nit hyſtoria Regis Caſtellæ Ioannis ſecundi cap.
13 211. Idemquè in Regibus Nauarræ vſusfuit, quod
omnes vngerentur , vt meminit Garibai libr. 26.
cap. 1. & libr. 27 cap. 1. & 4. peculiariter autem re-
tulit de Ferdinando Phebo , Philippo , &Carolo
14 tertio.

Item vt vngendi ius habent , ſimiliter & epiſto-
lam, vt ſubdiaconi , & Euangelium , vt diaconi ce-
lebrandi , vt de Alfonſo quarto Rege Aragoniæ di
ximus , non quod in vnctione ordinẽ ſubdiaconatus,
vel diaconatus, vel aliquem ſacrum , vel ſacramentũ
recipiant Imperatores , vel Reges,vt communis ſen-
tentia [e] eſt, et Reges Hiſpaniæ canonici ſunt in Ec-
cleſia Legionenſi,& Burgenſi.

Cum igitur Reges Hiſpaniæ iure inungi poſsint,
15 & ſeruatum aliquo tempore fuerit , poſtea nõ vti his
ceremonijs,& ritibus Reges voluerũt, nam videntur
adhiberi ſolemnitates,& ceremoniæ iſtæ , vt fideli-
tas illis, & obſeruantia â ſubditis ſeruentur , & ipſi
ſeruent eam Eccleſiæ , ſed in Hiſpania , cum adeo
omnes fideles ſint, non eo funguntur ritu , vt oſten-
dant ſubditi nulla ſolemnitate opus eſſe, vt illi fide-
litatem præſtent , ad quam nati videntur quadam
propenſa natura , nec etiam Reges indigere admo-
nitione hac , vt Eccleſiæ obediant,& in eius fide co-
lenda , & augenda omnem operam præſtent,cũ pro-
ni , & omni tempore parati ſint ad omnem pro Ec-
cleſia curam , & defenſionem ſuſcipiendam. Item &
quia illi vnctione vtebantur , qui electi erant , ſed
Reges ſucceſsione , & iure ſanguinis , non electio-
nis hodie ſuccedunt in regno , vt frater Alfonſus
16 Venero in enchiridio temporum folio. 86. aduer-
tit , olim enim apud Gothos non ita recta linea , &
iure propinquitatis,& ſanguinis regnum ſuſcipiebãt
Reges vt hodie , ſed electione vtebantur vt colligi-
tur ex Toletanis concilijs maximê ex ſexto. cap.
17. &. 8. cap. 10.& 5. cap. 3. & legibus fori juzgo, &
id longius notãt Couaruuias, [f] Molina , Garſia Loa
17 yſa , morales , & alij.

Poſt regnum autem ſuſceptum in Hiſpania â Pela
gio, & ab eo deriuatum in poſteros recta linea, vt di-
ctum eſt , Rex , qui volebat vti ritibus vnctionis,
inungebatur , vt quoſdam enumerauimus ex multis.
qui hac ceremonia vſi ſunt, & alij ſolum coronam ſuſ-

*Reges Nauarræ vngebãtur.*

*Reges Hiſpaniæ celebrãt epiſtolam, et euangelium, et ſunt canonici in quibuſdã Eccleſijs cathedralibus.*

*Ratio quarè nõ coronam, nec vnctionẽ Reges Hiſpani ſuſcipiãt.*

*Gothi olim Reges electione creabantur.*

*Diuerſi rit⁹ creationis in Hiſpania poſt regnũ ſuſceptum â Pelagio.*

*[e] Gloſa fin. c. Valentinianus 63. diſtinc. Abbas, & doctores c. venerabilem de electione. Caſtald⁹ de Imperatore q. 21. in fin. & quæſt. 29.*

*[f] Couar. c. 1. practicarũ nu. 7. Molina li. 1. c. 2. n. 12. Loayſa in notis ad c. 10. concilij Toletani. 9. fol 475. in collectione conciliorum Hiſpaniæ , Morales lib. 13. c. 6. in 3. par. hyſtoriæ Ioannes Garſia de expenſis. c. 16. num. 17.*

cipiebant, vt in Legionenſi vrbe Rex Alfonſus octauꝰ ſeu 7. qui auctoritate ſummi Pōtificis Imperator vocatus, & corona Imperiali ornatus extitit, & Alfonſus. XI. in Burgenſi ciuitate, & Henrricꝰ. II. anno 1369. in eadem vrbe, & Ioannes primus anno. 1379. in eadem, vt refert frater Alfonſus Venero dicto loco, ſed alij cum in poteſtate ſua ſit conſtitutum id omittere, vel facere, diuerſis ceremonijs vtebantur, primo enim Aragoniæ regno ex foro eorum, cum ex primogenitura ſuccedant Reges, Ambroſius Morales recenſet lib. 13. cap. 2. in. 3. part. vſum fuiſſe, quod nocte antecedenti Rex in Eccleſia Metropolitana, vel cathedrali vigilabat arma habens, quibus indui debebat, & ſequenti die rem ſacram audiens offerebat purpuram, & monetæ ſummam quandam, & communione ſacra accepta erigebatur in ſcuto à nobilibus, & proceribus, qui dicuntur Hiſpane ricos homes, acclamantibus omnibus ter Regium Regium Regium, & ſpargebantur cētum ſolidi monetarum, & ipſe manu propria enſem ad modum crucis cingebat ſibi, quia non erat æqualis, & par, qui poſset cin-

18 gere, & eo die alter non equeſtrem ordinem armatus ſuſpiciebat, quā formam ſuſcipiendi Regem, & coronandi etiam vſitatam fuiſſe in regno Caſtellę in

19 ſcuto acclamationibus Regem eleuando, veſtigia quædam ſunt in legibus partitarum, nam in. l. 3. titu. 22. par. 3. de generalibus exercitus ducibus, qui adalides dicebantur, quod in ſcuto erigentur, fit mentio, quod ad ſimilitudinem Regis introductum videbatur, qui vſus eleuandi Reges in ſcuto tempore coronationis apud Francos antiquos inualuit ex Ado-

20 ne g Vienenſi, & alijs, quod fiebat, tam manibus, quam alacritatis clamoribus plaudendo, ſignificatio quê huiuſmodi erectionis ea erat, vt intelligeret Rex ea eleuatione ſupra alios electum, & natum ad defenſionem, & ſecuritatem Reipublicæ, vt eius ſcutum, quo reciperet ſagittas aduerſus ſubditos eiectas, & eos ab iniurijs tueretur ſecūdum Forcatulū. De coronæ autem, ſceptri, purpuræ, diadematis, & inſignium Regalium ſignificatione, & prima inuentione agunt h Polydorus, Virgilius: Caſſaneus, &

21 alij, Petrus Gregorius lib. 6. cap. 20. de Republica, vbi varios ritus inaugurandi Reges refert. Vſus autem hodiernus apud Hiſpanos eſt, vt cum primogenitus filius Regis, qui Princeps Aſturum nuncupatur cum

*Ad l. 3. titu. 22. part. 3.*

*Quomodo Hiſpaniæ, et Galliæ Reges in ſcuto erigebantur.*

*Significatio eleuationis in ſcuto, coronæ ſceptri, et inſigniū Regalium.*

*De hodierno vſu apud Hiſpanos.*

g *Ado Vienenſis 6 ætate. Forcatulus de Gallorū Imperio li. 5. fo. 318. Annoniꝰ lib. 3. c. 61. Symtagma iuris lib. 6 c. 12. num. 2 & lib. 6. ca. 20. num. 26. de Republica.*

h *Polydorus Virgilius lib. 2. c. 3. & 17 de inuentoribꝰ rerū. Caſſaneus. 1. p. cōſid. 38. Carolus Graſalꝰ iure 2. Regaliū Frāciæ Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore q. 35. Petrus de mōte. 5. q. de Monarchia. Laudenſis de Principe notab. 152 Lucas de Pena in rubrica C. de auro coronario lib. 10.*



cum ea fuerit prima regio, qua initium reſtaurationis Hiſpania ſumpſit, tunc iurent proceres, tituli, & ciuitateſquê in curia Regis, & procuratores earum, & qui dicuntur, vt nobiliſsimi ricos homes eum vt Principem & ſucceſſorem regni, & accipitur iuramentum, ſi qui deficiunt, in manibus nobilis equitis ad id deſignati; & poſtea mortuo Rege tunc vexilla in ſingulis ciuitatibus erigūtur, & pręcipue vbi Rex ſedem tunc habet dicentibus eleuatis acclamationibus Hiſpano ſermone ter. *Caſtilla, Caſtilla, Caſtilla por el Rey don Phelipe nueſtro ſeñor*; adſtantibus ſupra ſolium erectum ad id munus hominibus, qui Regia arma portant, ſcutiferi dicti apud nos Reyes de armas vt in Ioannis ſecundi ſucceſsione oſtendit eius hyſtoria in Henrrico, tertio. cap. 15. & in Ioanne Rege Nauarræ in Ioanne. II. cap. 76. & quando Regina Eliſabeth morte fratris Henrrici quarti Regis ſucceſſsit factum memorat Segobiæ Zurita lib. 19. annaliū Aragoniæ. cap. 13. & antea quando frater Alfonſus voluit eijcere fratrem lib. 18, cap. 2. notat, quod ita ſeruatū fuerit, & morte Reginę Elyſabeth Methimnæ Campeſtri, cum Ioanna eius filia ſponſa Philippi primi ſucceſsit, Federicus Dux Albæ vexillum erexit, vt refert idem Zurita lib. 5. cap. vlti. Regum catholicorū, & morte Ioānæ Reginę Carolus. V. eius filius erectus fuit in Regem eo pacto vt anno. 1518. apud manuſcriptam hyſtoriā Petri Mexię lib. 1. c. 12. & Alfonſum Vlloā anno 1518. in Caroli. V. hyſtoria legitur, & eiꝰ reuuntiatione regni Philippus. II. eiꝰ gnatꝰ erigēte Pinthię vexilla Carolo Principe eiꝰ filio, & morte Philippi. II. qui obijt die quinta Septembris anno. 1598. quinta hora ante meridiem Philippus. III. ſic acclamatus extitit, vexilla portātes omnes, qui ex decurionibus ſigniferi ſunt, & ante ſignani dicti Alferezes in vnaquaquê ciuitate, quo anno ſicut legitur apud Zuritam lib. V. cap. vltim. Regum catholicorum, & Xuarez meminit prima limitat. I. quoniam in prioribus in obitu Reginæ catholicæ Elyſabeth famis, & peſtis inualuit in Hiſpania, vt dolerent omnes tali regina deficiente, ita ē viuis excedente Philippo ſecundo catholico, & religioſsiſsimo Rege humana natura, & fabrica orbis mœſtitiam, & dolorem oſtendit, cum fames ingens dicto anno generaliter extiterit, & deinde peſtis vniuerſalis ſecuta ſit.

22 *Principium vnctionis regũ Franciæ, & an in ea acciderit miraculum.*

Aliud præuilegium, quo extollũt Reges ſuos Galli, quod oleo ſancto cœlitus demiſſo vngerentur, vt diximus, an id miraculum acciderit, vel falſum exiſtimari debeat malim me herclê pro ſuo quiſquê arbitrio iudicet in tanta præſertim rerum, atquê ingeniorum varietate, nê inuidere potius alienæ laudi, quam cumulum noſtræ gloriç adferre videar, nã quamuis affirment aliqui ex Gallis, tamen alij traditione accepiſſe referunt, non vero aſſerere audent, vt Carolus Guaguinus, & ſanctus Antoninus, alijquè priſci auctores, & ætati illæ finitimi, qui nihil ſilent, quod ad gloriam Galliæ ſpectet, nullam de hoc miraculo faciunt mentionem, præſertim Gregorius Turonenſis, qui omnia miracula retulit, is enim lib. 2. cap. 30. & 31. de conuerſione Clodouei in hyſtoria Francorum agens non meminit, nec Reginon monachus lib. 1. chronicon ab anno. 421. vbi de Clodoueo tractat, nec Adonis ætate ſexta anno. 396. nec Ibo. Carnotenſis in chronico in Clodoueo, & recentiores, qui omnium diligentiam auctorum ſuperãt, id non recenſent, vt Paulus Æmilius, Papyrius Mauſonius in Clodoueo, & Ioannes Tilius anno 490. nec Sigonius lib. 16. de Imperio Occidentali anno. 495. quod probatur multis, ſed duabus præſertim animaduerſionibus, quas cum meditarer veras exiſtimo.

Prima erit, quod in baptiſmate iam diu ita optato, & præcogitato, cum antea cathecumenus eſſet Clodoueus, non veroſimile eſt, quod oleum, & chriſma deficeret, quod omnibus paratum aſsiduo eſt, vt ex eius neceſſe eſſet defectu ê cœlo demitti. Secunda, quod in epitaphio eius relato â Guaguino, in quo fit mentio de baptiſmo, hoc non ſilentio præteriretur, cum hæc tantum carmina de baptiſmate agant.

*Mox purgatus aquis, & Chriſti fonte renatus*
*Fragantem geſsit infuſo chriſmate crinem.*

Eo enim loco vbi agitur de fragrantia odoris in crine, id dicitur, quia Reges Francorum cæſariem, comamquê prominentem nutriebant, cum cæteri circũ tonderẽt, vt Agathias lib. 5. retulit, & de tẽpore Clodouei beatus Rhenanus lib. 2. rerum Germaniæ, & Aimonius li. 1. c. 4. de geſtis Francorũ, & Petrus Gregorius lib. 6. c. 16, nu. 12. de Republica, eamquê comam vngebant odoribus ex Forcatulo, & Æmilio ſupra, & in baptiſmate hoc odoribus totum templum plenũ ex-



titerat, vt Gregorius Turonenſis libr. 2. cap. 31. his verbis narrat. *Nuntiantur hæc antiſtiti, qui gaudio magno repletus iuſsit lauacrum præparari, velis depictis adumbrantur plateæ Eccleſiæ cortinis albentibus adornantur, baptiſterium componitur, balſama diffunduntur, mitant fragantes odore cerei, totumquê templum baptiſterij diuino reſpergitur ab odore, talequê ibi gratiam adſtantibus Deus tribuit, vt æſtimarent Paradiſi odoribus collocari.* Et cum hæc adeò prolixe referat de baptiſmo, nihil de oleo cœlitus demiſſo agit, nequê Robertus Cœnalis ſtudioſiſsimus ſuæ nationis Gallus auctor lib. 1. de regallica perioche. 12. fol. 93. et 94. id aſſeuerat de Clodoueo ſermonem inſtituens, ſolemnequê baptiſma â diuuo Rhemigio factum narrans. Sed qui vulgarem, profluentemq; traditionem, potius quam probam, & diligentem examinationem amplecti volunt, attẽdãt obſecro, quod ab oleo baptiſmatis ad oleum, quo Reges iniunguntur, argumentum deduci non poteſt, primo in Clodoueo, qui cum baptizatus eſt, tunc non eſt in regem inunctus, iam diu enim rex erat eleuatus ſupra ſcutum, vt in illo mos erat, & de inde fuit in ſucceſſoribus finitimis, de quibus non refertur vnctos fuiſſe, nec hoc oleo vti, cum illis ſæculis maiori in prætio, vt recens factum habendum eſſet, & generaliter oleum, quò Imperatores, & Reges inũguntur, non eſt oleum chriſmatis, vt eſt baptiſmi, ſed aliud oleum alijs exorciſmis, & benedictionibus conſecratum, ſolum enim Pontifex chriſmate in capite vngitur, ex balſamo, & oleo confecto myſtica ratione, ſed Imperatores tantum oleo in brachio exorcizato in modũ crucis inunguntur, non chriſmate ex ceremoniali ſacro lib. primo ſect. 5. cap. 3. & ita ex textũ c. 1. §. vnde de ſacra vnctione non poteſt Rex chriſmate inungi, ſed ſolooleo, vt verba ſunt. *Difert autem inter Pontificis, & Principis vnctionem, quia caput Pontificis chriſmate conſecratur, brachium vero Principis oleo delinitur, vt oſtendatur, quanta ſit differentia inter auctoritatem Pontificis, & Principis poteſtatem.* Quod & Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore quæſt. 19. num. 3. notat, & videndus Varonius quinto tomo annalium anno 496.

23 *Non poteſt Rex inungi chriſmate, ſed oleo tantum.*

24 *Ad. c. 1. §. vnde de ſacra vnctione.*

25 *In Hiſpania miraculũ in baptiſmate, & in vnctione Regum.*

In Hiſpania vero, quæ potius ſilentio, quam diuulgatione vtitur, ſi attendimus baptiſma, ingens miraculum refertur, & verũ ê Gallis, Italis, i & Hiſpanis auctoribus omnium conſenſu certum, ac exploratum. Gregorius enim Turonenſis narrat in Luſita-

*i Gregorius Turonenſis lib. 1. de miraculis. c. 24. Varoni9. 5 to. anno. 417. fol. 407. & 7. to. fo. 365 & 366. Morales li. 11. c. 54.*

nia

nia piſcinam eſſe apud Oſen Campum, vbi die cœnæ Domini conuenientibus cũ ciuibus Pontifice, & ſtatim odorem cœli ſentientibus, die ſabbati oratione facta piſcinam, quam vacuam reliquerant, reſeratis portis plenam aqua reperiunt, quæ exorciſmo, & chriſmate mixta ad baptiſma aplicatur, & ad ſalutem infirmorũ, & ad agros, nihilquê minuitur etiam ſi innumeræ amphoræ hauriantur; & de vnctione Regis ſigillatim viſa eſt omnibus intereſſentibus in ſignis admiratio, quam Iulianus (non Pomerius, vt Vaſeus exiſtimabat, & alij graues auctores) ſed beatus Iulianus Archiepiſcopus Toletanus recenſet oculatiſsimus teſtis diuerſus â Pomerio, vt mihi hæc ſcripta examinãs eruditiſsimê aduertit Garſia Loayſa, & poſtea vidi adnotatum ab Ambroſio Morales lib. 11. cap. 28. & melius lib. 12. cap. 58. & Rodericus Toletanus lib. 3. cap. 1. hyſtoriæ, meminit his verbis. *Nam cum Vuamba vngeretur ipſa hora, qua â Pontifice vngebatur in Eccleſia Toletana cunctis cernentibus viſus eſt vapor ab eo loco, vbi vnctionis oleum ſundebatur, in modum virgæ fumeæ aſcendiſſe, & viſa eſt apis de eius capite proſiliſſe, & ad cœlos continuè volitaſſe, & qui diligentius cogitabant, intelligebant per eum Gothorum regnum fœliciter exaltandum.* Quod & confirmant plures alij K. dicentes ex ore apem exijſſe. Vnde patet potius retorqueri argumentum in Gallos, & ex eo Hiſpaniam maiores adequirere vires, cum ipſi non poſſint certo affirmare nec de baptiſmate Clodouei miraculum circa oleum, & in vnctione ſit exploratum nullum accidiſſe, apud Hiſpanos vero & in baptiſmate, et in vnctione regũ ſint omnino certa miracula.

*K Beuter in 1. pa. c. 47. Morales lib. 12. cap. 41. Garibay li. 8. cap 39. Valeriana 3. par. ca. 32. Hyſtoria generalis. 2. p. c. 51. Vaſeus anno. 672.*

*Lucas Tudenſis era 704. dictat hæc verba.*

*Poſtquam autem Toletanam vrbem ingreditur, deuentum eſt, quo ſanctæ vnctionis reciperet ſignum, Regio iam cultu conſpicuus ante altarẽ diuinum conſiſtens, ex more catholicam fidem profeſſus cum ſacramento iuranti fidem populis reddidit, & mores bonos prædeceſſorum Regum, atquè leges firmauit, deinde curuatis genibus oleum benedictionis per ſacri primatis, & Pontificis Quiriaci manus vertici eius refunditur, & benedictionis copia exhibetur, vbi hoc ſtatim emicuit mirabile ſignum; nam mox è vertice ipſo, vbi oleum ſanctum perfuſum fuerat, euaporatio quædã fumo ſimilis in modũ columnæ ſeſe erexit, & ex capite ipſo apis viſa eſt proſiliſſe, et aeris alta petiſſe, quæ vtiq; ſignũ fuit ſecuturæ fœlicitatis. Poſt hæc quã glorioſſè rexerit regnũ, non eſt noſtræ diſſerere valetudinis.*

CAPVT.



# CAPVT DECIMVM Quintum de nobilitate familiæ

## Regum Hiſpaniæ, inſignium armorum in ſcutis, & peculiaribus præuilegijs, quibus Reges Hiſpaniæ, & Galliæ ornati videntur, oſtendendo ſimul recta linea regnum Galliæ ad Regem catholicum, & maximum Philippum tertium iure pertinere.

1 *Diuiſio, & diuerſitas nobilitatis.*

NOBILIS quantum ignobili præſtet, natura ipſa quadam communi omnium conſenſione animis inſita, & vſu recepta ſatis indicat. Et cum duo inſtatu hominum ſint gradus nobilium, & plebeiorum, ita duplex nobilitatis diuiſsio, alia qua naſcimur, quæ generis, & ſanguinis dicitur, cum ſit â natura data non â nobis quęſita quę mutari nó poteſt iure *a* aliquo. Alia autem eſt exterius parta, & quęſita, vel profluens ex diuitiarũ abundantia, vel ſapientię excellentia, vel rei militaris gloria, aut alio cœleſti munere priuato, quo deficiente deficit nobilitas ex eo deſcendens, & quia cum de dignitate Regum diſſeramus, in vtroq; regno Hiſpano, & Franco inſtituti noſtri erit nobilitatem vtriuſquè aperire, cum nobiliori nobilior locus, & ſedes debeatur *b* iure. Quanquam autem in Regibus ſuperuacanea videtur hæc diſputatio, cum ipſi ſint fons, & origo vnde in cæteros nobilitas dimanat, & dum regium genus appellamus, illico nobile, & illuſtre intelligimns iuxta illud in epiſtola Petri. *Vos eſtis genus electum, Regium, ſacroſanctum.* Tamen hoc obtinere poteſt, ſi comparare ſubditorum nobilitatem, & ſplendorem generis cum Regio ſanguine auderem, hæc enim contentio eſt extra omnẽ aleam, vt verbum illud vulgare falſum eſt, quod equites præ manibus habere ſolent, *c* ꝙ ęquê ſunt nobiles vt Reges, cũ enim ſit rex ipſa nobilitas, & fons â quo dimanat omnis regni dignitas, quomodo riuus cum fonte, & membrum cum capite æquari poterit, nec comparari qui accipit cum eo, qui tribuit, beati[9] enim dare eſſe, quam accipere Paulus prędicat, & ita explicatur locus c. 6. Heſter. *Hic honorabitur quemcumque voluerit Rex honorare.* Ex quo, & Plinio, & alijs optimis

*a l. 3. ff. de interdictis l. iure ſanguinis de reg. iuris. l. 2. tit. 21. pa. 2. Tiracellus de nobilitate c. 15. nu. 3. & c. 24. et 35 Oſorius de nobilitate c. 4. ex Ariſt. li. 4 polyticorũ c. 3. Ioannes Garſia de nobilitate glo. 7. nu. 17.*

*b l. 3. §. ſedẽdi vbi glo. C. vbi ſenatores. l. 2. & 3. C. de officio diuerſorum iudicum Tiracellus c. 20. nu. 51. de nobilitate.*

2 *Falſum vet[9] verbũ, quod quis eſt ſicut Rex nobilis.*

*c Tiracellus de nobilitate c. 37. nu. 67. Ioãnes Garſia de nobilitate glo. 48. § 3. num. 1.*

*d Tiracellus.c.6.de nobilitate plura Pacianus lib.2.c.26- de probat.*

*e Tiracellus de nobilitate c.37.nu.61 & 68.ex l. vt gradatim.ff.de muneribus,& honoribus*

mis auctoribus Tiracellus oſtendit nobilitatem ê regibus pendere, qui eam tribuunt conſeruant, *d* & honorant, itaquê cum quęſtio verſaretur circa hæc minuta abſquè fructu, & otioſa eſſet, ſed quando cõtentio agitatur inter ipſos Reges, in quibus alij alijs ſunt *e* nobiliores attentius erit tractanda, ſacra enim ſcriptura præuilegium aſſerit regionis eſſe cõcedi ei Regem nobilem cap. 10. Eccleſiaſtici. *beata terra, cuius Rex nobilis eſt.* Et c. 4. ſapientiæ. *O quam pulchra eſt caſta generatio cum claritate, immortalis enim eſt memoria illius, quoniam et apud Deum nota eſt, et apud homines.* Lib. 1. cap. 2. Eſdrę filij Berzelai ê templo eiecti fuerunt, quod ex antiqua genealogia non deſcenderẽt,

3 *Fœlicitas regni Regem eſſe nobilem.*

idquê ex alijs teſtimonijs iure diuino, naturali, & humano Tiracellus confirmat cap. 21. de nobilitate. Quæ enim res tam ſalutifera Imperio? tam idonea ad conglutinandam regnorum concordiam, ad publicã orbis pacem tenaciſsimis vinculis adſtringendam, quam bonorum principum fœcunditas? ferê enim vt inquit Horatius in odis.

*Fortes creantur fortibus.*

*Nequè imbellem feroces progenerant aquilæ columbam.*

Fieri enim non poteſt, vt aliquis honeſta exempla maiorum ſuorum intuens adeò ſit demens, qui non aſſentiatur tacita quadam ſenſus voluptate rebus præclarê geſtis, & imitari illas ſtudeat.

Quare vt cognoſcatur, quo immortali beneficio Deus optimus maximus ornauerit hoc Hiſpaniæ regnum, illud locupletando Regibus non ſolum proſapia, & nobiliſsima heroum familia, ſanguine illuſtribus, ſed & nobilitate exteriori, dotibus magnitudinis, potentiæ, fortitudinis, prudentiæ, religionis,

4 *Nobilitas antiquior, excellentior.*

aliarumq; virtutum in hoc capite de his duobus gradibus nobilitatis circa Reges diſſerendum erit. Vt ordiamur â nobilitate â natura data, quæ naſcitur cũ homine ipſo, quę quanto antiquior tanto excellentior, & illuſtrior, non ſolum ex noſtris partitarum legibus, vt l.2.tit.21.part.2. habetur, ſed omni iure, & communi exiſtimatione gentium, ideoqꝫ Poetæ heroum, quos carminibus extollebant, originem â Dijs trahere canebant, vt initium quodammodo immortale Dijs ſimile præberetur, quod apud Homerum, Virgilium, & alios paſsim in vſu eſſe recitat Tiracellus, *f* & alij, in qua re quantum excellãt Reges Hiſpaniarum inter alios notiſsimum, certiſsimumq; eſt

*f Tiracellus de nobilitate c.19. Ioannes Garſia de nobilitate glo.18,nu.3.& glo.7,nu.27.& glo.12 nu.6.ex l.2.§. quæ omnia C.de veteri iure ènucleando ibi. Vir ab antiqua ſtirpe.*

ex



ex omnibus annalibus ſcriptorum, nam ſi attendantur familię, quarum iure in Hiſpania clauum, & faſtigium regnorum obtinent, ex Amalis & Baltheis

5 *De Amalis & Baltheis.*

Regijs Vuiſigothorum, & Oſtrogothorum familijs deriuantur, ita recta linea vt nunquam â recto tramite, & ſerie deflectant adiunctis alijs clariſsimis genealogijs, quę ſtirpes Regię ita ab orbe condito eminent inter alias, vt ſol emicat inter ſtellas radiantes, ſi vero mente euoluatur immenſa ſeries Cæſarum in clariſsima Auſtrię familia nulla vnquam fuit

6 *De familia Auſtriæ.*

Regũ, Imperatorum fæcundior, gehuſq; Imperatorijs imaginibus, tropheis plenum, ipſo Imperio pręſtantius, quę cor, & clypeus Romani Imperij dicitur, vt Gerard⁹ Roo in annalibus Auſtriacis retulit li. 1.

Si autem ipſarum Galliarũ nobilitatem Regiã inquiramus, in ea nobiliorem, & antiquiorem ipſis Regibus, qui hodie moderantur, eſſe Philippum noſtrũ certum, ac indubitatum eſt, nam vt omittamus fabuloſas origines, & initia omnium ſæculorum ſeriem excedentia, poſtquam Franci Gallias occuparunt, ſicut Gothi Hiſpanias, in illisq; regnarunt, Merouęo-

7 *Regiam Galliæ nobilitatem ſplendere potius in Hiſpaniæ regibus, quam in Gallis.*

rũ familia clariſsima extitit, ex eaq; deſcẽdẽtes reges floruerunt, donec Childerici turpi ignauia, & otio Stephanus ſummus Põtifex eũ regno indignũ iudicãs, & cœnobio deſerto collocãs, eius ius tribuit Pipinorũ familię, cũ Pipinus eſſet Childerici maximus dux in munere maiordomi occupatus, vt gubernator ea ętate vocabatur in Gallia, & incipiẽte Pipinorũ familia regia, & Imperiali, ex qua Carolus magnus, & ſucceſſores prodiere, etiã illa finẽ habuit ordine ſuccedẽdi in Lodouico Rege, & floruit Hugonis Capet ſtirps, & Capetinorũ coniuncta cũ Valeſiorũ genealogia, quę hodie viget, vndeq; initiũ ſumpſerit, ſunt tot diſsidẽtes ſententię apud Paulũ Æmiliũ, Carolũ Guaguinũ, Papiriũ Mauſoniũ, & alios, quorũ annalibus inſtabilitates, mutationeſq; hęc, & alię habẽtur, & notãt Petr⁹ Gregori⁹ in ſyntagmate iuris lib. 18.c.2.n.22.& li.45.c.4. Guillelm⁹ Benedictus n.79. verbo duas habẽs filias.c. Rainũtius de teſtamẽtis. In his igitur familijs Gallię, cũ omnium nobiliſsima ſit Meroueorũ genealogia, ab eo recto tramite deriuatur rex noſter, nõ autẽ rex ipſe Galliarũ deſcẽdit ex illa, qui Valeſiorũ, & Capetinorũ obtinet ſtirpes, ſimiliter Pipinorũ genus in rege noſtro recti⁹ deriuatur, tãtaq; nobilitas ſanguinis eſt, vt nihil addat ho-

Y noris

Carolum, Lodouicum, Ioannem, & Philippum, ad Carolum natu maiorem delatus eſt principatus, fuit hic eius nominis quintus, & nominatus prudens; in diuidenda hæreditate Lodouico conceſsit ducatum Andegauẽſem, & minimo fratri Philippo dedit Burgundiam à patre acceptam cum ſuperiori ſuffragio, & ſede inter omnes Franciæ proceres pares dictos, qui cognomento fortis, & audax in matrimonium duxit Lodouici Comitis Flandriæ filiam vnicam, & auctus per eam Arteſia fuit, Flandria, Burgundia ſuperior, quæ comitatus dicitur, cũ Niuernenſi, & Rhetelenſi ditione. Decedente Carolo quinto Regẽ Galliæ ſucceſsit ei Carolus ſextus filius, qui cum exercitu profectus, vt Ioanni Britaniç minoris duci bellum faceret, vbi ad Cœnomanos peruenerit, inter equitandum ſubito in mentis alienationem peruenit, & quanquam per interualla morbus redibat, ſumma tamen gubernationis erat penes ipſos patruos, fratrem Rex habebat Ludouicum ducem Aurelianum, inter hunc, & Ioannem Burgundiæ ducem Philippi audacis filium patrueles orta fuit æmulatio quædam, atque ſimultas de principatu, dum ambo per valetudinem Regis primus adminiſtrationis partes obtinere ſtudent. Augeſcente vero in dies magis, atq; magis eo diſsidio cũ dux Aurelianꝰ de nocte cũ paucis admodũ comitatus rediret domũ Lutetiæ fuit interfectus, cumq; dux Burgundiæ ea cęde eſſet infamatus paruo comitatu profectus aſcendit equum, & ad Atrebates perueniens ponte à ſuis, qua tranſibat, reſcindi iubet, atq; ita incolumis euaſit, cumq; collectis copijs Pariſienſem populum haberet ſuis rebus fauentem, & auxilium Regis Angliæ, in factioneſquẽ Gallia diuideretur, cumquẽ Angli Rhotomagum obſiderent, eo deducta res fuit, vt vtrinquẽ data fide Burgundus, & filius Regis natu maior, quem Delfinum Galli vocant, qui poſtea dictus eſt Carolus eius nominis ſeptimus apud Monſtelum ad confluentem Sequanæ, & Ionæ in collocutionem venirent, ibi tunc Burgundus in conſpectu Delfini, ad quẽ tranſierat, fuit interẽptus à quibuſdã Aureliani ducis familiaribus, quos ad colloquium Delfinus adduxerat anno. XII. poſt Aureliani cędẽ. Hanc patris necẽ Philipus filius cognomẽto bonus vlciſcẽs fœdere ſe coniunxit Anglis, & illorum adiutus præſidijs, capta Pariſienſi vrbe, & maxima parte Galliæ continen-

tinen-



tinenter bellum fecit, donec compoſitio facta, fuit, qua Rex Philippo duci dedit agrum illum omnem, & oppida, quæ ſunt ad Somiam fluuium, ex eaquẽ pace recuperauit, quod amiſſerat Rex, & à morte Caroli ſeptimi renouatum fuit bellum inter Ludouicum. XI. & Carolũ Philippi filium ſucceſſorẽ Burgũdię, quo magna pars ſtatꝰ Caroli fuit occupata Burgũdia vtraq; & bona Picardiæ, & Arteſiæ pars, cũq; filiam vnicã Mariam reliquiſſet hęredem florentiſsimarum ditionum, eam cum Maximiliano Imperatore in matrimonium collocauit Federici Cæſaris filio, ex quo matrimonio Philippus dux Auſtriæ natus eſt, qui Carolum quintum inuictiſsimum Imperatorem procreauit natum ex Ioanna filia Regum catholicorum Ferdinandi, & Eliſabeth, matriſquẽ iure Regem Hiſpaniarum, ex eoquẽ procreatus inclytus, & ab æuuo in æuum memoria ſempiterna dignus Philippus ſecũdus, à quo noſter Maximus Philippus tertiꝰ procreatus regnat Hiſpaniæ, cuius linea ſic intellecta ſucceſſio hoc modo ad eum defertur melius quam ex linea fœmenina Hugonis Capeti, & Philippi Valeſij, nã Ludouico. XI. Regi Galliç ſucceſsit Carolꝰ. VIII. & Carolo. VIII. decedẽti abſq; liberis Ludouicus. XII collocatus matrimonio cũ Maria quarto gradu conſanguinitatis coniuncta cum Carolo octauo & Ludouicus. XII. vnicam filiam Claudiam habuit, quam duxit Franciſcus Angulema declaratus à Ludouico. XII. ſucceſſor in regno, ita quod Franciſcus primus ex vxore, & fœmina regnum habuit, & eo tempore deferenda erat ſucceſsio iure Mariæ vxori Maximiliani, & matri Caroli. V. Imperatoris, quæ recta ſerie à Philippo Valeſio deſcendebat, & Carolo. V. eius gnato, qui in linea maſculina erat, & ab eo in Philippum ſecundum, & à Philippo ſecundo in tertium continuanda erat.

10 *De ſecunda parte nobilitatis exterioris Regũ Hiſpaniæ, et Galliæ.*

Recitata breui epilogo, & compendio genealogia nobilitatis natiuuæ, vt ita dicam, regum Hiſpaniarũ, & Galliarum relatis auctoribus à Noe incipientibus, qui de illis tractant, reliquum eſt vt de alia ſecunda parte nobilitatis adequiſitæ, & exterioris agamus, & primo dẽ inſignijs armorũ, quę inſignia ſchemata aut ſtẽmata dicuntur, vt familias à familijs ſepararẽt, & antiquas, ac lõgas agnationũ nobilitates præfeferrent, quę inſignia aliqui à Iulio Ceſare aquilã in clypeo portantem initiũ ſumpſiſſe exiſtimãt, cũ Romani

antea ſtatuis, & imaginibus ſolum vterentur ſtatuas triumphantibus erigendo, vt manerent ad memoriã geſtorum omni æuuo, & poſtea inſignibus Ihergliphicis vſi ſunt ad magnitudinem geſtorum memoria conſeruandam ſibi & poſteris, qui eis inſignibus, & armis ornarentur, vt auctores ſunt ex pluribus *i* Tiracelus, Caſſaneus, Tiberius Decianus, Ioſephus Ruſticis, & cum eſſent tria iura apud antiquos agnationis, gentilitatis, & ſtirpis, Gentiles erant, qui interſe eodem nomine familiæ vſi ſunt, & imagines, & inſignia generis ſui proferre poterant, vt Bruti, Caſsij, Claudij, ꝙ Budeus adnotat leg 2. §. initium. ff. de origine iuris, ſed multo ante inſignia armorũ hæc nomina in vſu fuiſſe poſt Troianum ſaltim excidium & retro, ex pluribus Virgilij locis, & aliorum optimorum auctorum teſtimonijs patet deſcribentium in clypeis geſtari arma, etiam quê colores, ſeu diuiſſæ inuentæ ſunt, quæ ſyntheſes dicuntur ex Martiale lib. 2. epigramate 46.

11 *De inſignijs armorum.*

*i Tiracellus c. 6. nu. 14. de nobilitate. Caſſaneus 1. pa. con. 38 Tiberi⁹ Decian⁹ li. 7. cap. 51. num. 3. in 2. par. criminalium. Ioſephus Ruſticis in tractatu an & quando liberi li. 2. c. 6. Contilis tractatu de armis.*

*Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus.*

Quod notant erudite Pompeius Rochus de inſignibus familiaribus, & Antonius Theſaurus in vltima parte deciſsionum, quæ Pedemontanæ dicuntur, & Carolus Sigonius lib. 2. cap. 20. de iure ciuium Romanorum. In hac igitur nobilitatis parte circa inſignia, & arma in clypeis inſculpta coloribus, ac diuiſſis hoc vtũtur argumẽto Galli ex Caſſaneo in cathalogo gloriæ prima part. conſ. 38. quod ille excellit, qui excellentioribus armis & inſignibus elucet, & ſicut radij ſolis ſunt fulgentiores, ac digniores radijs ſtellarum ex Paulo primo ad Corinthios, c. 15. ea ſunt inſignia nobiliora, quæ â ſole, & Rege ſublimiori conceduntur, & ita Rex Franciæ quia habet inſignia â Deo omnium auctore, & Rege omnibus Regibus anteponi debet, ab ipſo enim tria lilia ê cœlo demiſſa fuerunt *K* cœrulei coloris, quæ ſignificationes ampliſsimas habent, cum antea Pharamundi ſæculo tres aureos Buffones in campo, ſeu area nigri coloris gererent Francorum Reges ea iheroglíphica, ſignificatione, quod ſicut Buffones pinguiorem terram eligunt, ita Franci vberiorem ſibi ſumpſerunt, eoquê ſigno vtebantur, donec Clodoueo initio conuerſionis ad fidem catholicam ê cœli hortis ſcutum cum tribus floribus liliorũ miſſum fuit in colore cœruleo, ſerenoquê & celebrant Galli augurium fœlicitatis

*K Caſſaneus p. 1. con. 38. in cathalogo, & 5 par. con. 31. Guiliem⁹ Benedict⁹ vc. duas habens filias in cap. Rainuntius. Carolus Graſalius lib. 1. iure 2 regalium. Selua de beneſ. 2. p. q 23 nu 3. Coſmas in gloſa pragmaticæ ſanctionis verbo Dei gratia in proemio. frater Ioannes, Lodouicus Viualdus de triumpho trium liliorum. Renatus Chopinus lib. 2. titul. 9. num. 7. de domanio Frãciæ. Adolphus in nouiſsimo tracta. de Chriſtianiſsimi, & inuictiſsimi Frãciæ Regis muneribus.*

12 *De inſignibus Gallorũ & tribus lilijs.*



faustum ſemper extitiſſe ê cœlo ſcutum delapſum fuiſſe, vt tempore Numæ Pompilij peſtis immaniſsima ceſſauit ſcuto ê cœlo delapſo, vnde Aruſpices fortunatum euentum pronuntiarunt, quod eo loco ſedes Imperij collocanda erat, quo ſcutum caderet Ouidius lib. 4. faſtorum.

*Ecce leui ſcutum verſatum leuiter aura*
*Decidit, à populo clamor ad aſtra venit.*

Virgilius lib. 8.

*Et lapſa ancylia cœlo.*

Palladiumq; Troianum celebratum extitit in cœlo conſpectum Ouidius lib. 6. Faſtorum.

*Creditur armiferæ ſignum cœleſte Mineruæ*
*Vrbis in Iliacæ deſiluiſſe iugo.*

Et cum Palladium in munitiſsima turri Troiana ê cœlo caderet, prænuntiatum fuit oraculo Apollinis, quod firmum Troianum Imperium foret, donec ibi Palladium ſeruaretur, Virgilius. II. Æneidos.

*Palladium cæſis ſummæ cuſtodibus arcis*
*Corripuere ſacram effigiem.*

Quod ita traditum ab antiquis Carolus Guaginus lib 1. cap. 8. hyſtoriæ Francorum retulit, nihil tamen affirmat, ſed an id ſit verum vereor, nam diligentes auctores, & veritatum aſſertores, qui non leuibus mouentur iactationibus, ſed â radice rem explorant, non mentionem de ſcuto hoc ê cœlo demiſſo faciũt, vt Paulus Æmilius, Gillius Reginon, & alij in vita Clodouei, nec Gregorius Turonenſis lib. 2. c. 30. cũ alijs agens de conuerſione Clodouei. Quare quod inquirere â bonis, & prudentibus auctoribus potui hoc eſt primo ex Trithemio lib. 1. in breuiario hyſtoriæ Franciæ, & Lupoldo de iuribus Imperij. c. 2. de diuiſsione regni Francorum, quos retulit Petrus Gregorius in ſyntagmate iuris. p 3. li. 45. c. 3. nu. 9. nã cum antea Franci tres buffones, ſeu ranas ſylueſtres ex Scythia in albo vellere pro armis, & inſignibus adduxiſſent anno Domini 253. cum cœpiſſent bellumgerere in Romanos conſilio Pontificum, & vatum gentis ſuæ inſignia noua ſumpſerunt Leonem cum anteriore corporis parte blauij coloris Pedibus ad prædam extenſis ore rugientis more aperto, cuius inferior pars corporis in caudam ſerpentis deſinebat, cum qua collũ Aquilę ſubtus in vellerequê aureo ex parſiſquèalis depictę fortiter aligatum videbatur

13 *Inſignia armorum antiqua Galliæ.*



com-

comprimere, & ſuffocare, quę ſtem mata habuerunt, donec Clodoueus inſignia trium liliorum accepit, & regno Lodouici primi per filios diuiſo liliorum inſigne Francis Occidentalibus, ſiue Gallis remanſit proprium, Leonis, atquê caudæ ſerpentis inſignia regnum Francorum Orientale, ſeu Germanicum retinuit. Quod quando Imperio Romano connexũ fuit inſignibus prioribus abolitis Aquilam habet Imperij notam.

Papyrius Maſſonius adprimê diligens auctor Gallus de lilijs lib. 3. annalium in Philippo Auguſto fol. 305. (quem ſequitur Morales lib. 13. ca. 49. in. 3. par.) ſic inquit. *In Bouinenſi autem pugna præter Flammulam, regium ſignum lilijs conſpicuum ante Regem fuit, cuius rei Vincentium ſcriptorem illius temporis teſtem habeo, igitur de lilijs aliquid commemorãdum videtur. Lilia noſtris Regibus ab regno condito placuiſſe argumento erunt effigies Clotarij primi Clodoueo geniti, quæ in eius tumulo Sueßione viſitur calceum lilijs aſperſũ: Chilperici filij effigies ad Lutetiam in templo Germani ſceptrum manu tenens, in quo eſt lilium: Sigibertus in tẽplo Medardi amictus tunica liliata: Caroli Simplicis tumulus Peronæ in æde Furſei ijſdem conſpicuus. In antiquißimis Regum palatijs, in templis, alijſquê publicis Galliæ ædificijs lilia viſuntur: In antiquo rituali inauourationis Regum præfectus monaſterio Dionyſij iubetur inter cætera Rhemos afferre coronam regiam, ſceptrum, caligas, et tunicam lilijs aureis intextas. Dantes lilia â Philippo tertio polluta canit. idem cûm de impetu in Bonifacium iuſſu Philippi Pulchri facto loquitur, Video, inquit, lilium Agnaniam introferri, Chriſtiquè vicarium capi. Ceterùm antiqui Reges lilia in cyaneo campo indefinita habuere: recentiores tribus duntaxat vſi ſunt. Quorundam opinio eſt buffones in militari ſigno Francorũ olim viſos, quod illi nullo auctore dicũt. Villaneus Philippo Pulchro Rege ſexto vixit, is libro hiſtoriæ quarto, Hugo Capetus, inquit, gentilſeque eius in campo cyaneo lilia aurea ſemper habuere, at Carolus Magnus in parte aurei: cãpi fuſci coloris aquilã geſtaſſe teaditur in altera verò indifinito numero lilia.* Quod cõmemorat nulla de cœlo demiſsis lilijs habita mentione.

Stephanus Forcatulus inſignis iuriſconſultus, nec minus eloquens hyſtoriographus libr. ſexto de Imperio, & philoſophia Gallorum magis elegantibus, & facundis, quam fortibus argumentis improbat receptam traditionem, quod ante ſcutum liliorum tres Buffones Franci in clypeo gererent his verbis. *Pudebat enim Buffonem clarißimæ genti adſcribere animal*

*veneno,*



*veneno, & pigritiæ tantummodo natum, cuius naturam parentem puduiſſe videtur propter fœditatem, ideoquè in cauis terræ abdidiſſe, vt pereni carcere lateret, & virus ſugeret, nullo obſequio officioſus aut amandus, erroquè inde natus eſt, quod priſci Galli ex Cæſare lib. 6. de bello ciuili antiquißimum Gallorum inſigne habuit aram cum duobus tauris candidis ſacrificio paratis, ac eorundem rutilis auro cornibus, & querna fronde, ac vario flore reuinctis, non ſine conuollo per æſtatem lilijs ſimili, vt rudimento quodam naturæ lilium facere addiſcentis, idquè iam Gallorum decori præpanantis, non eſt omittenda (inquit Plinius lib. 16. cap. 44.) Galliarum admiratio, nihil habent Druydes magis quercu, ac viſco ſacratius. Viſcum arbori innatũ è cœlo miſſum putant, & magna religione petunt ſexta Luna, quæ principia meſium, annorumquè his facit ſacrificio, epuliſquè rite ſub arbore paratis duos (inquit) admouent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur, ſacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit, falce aurea demerit, candido id excipit ſago, tunc demum immolant victimas præcantes, vt ſuum donum Deus proſperum faciat, ſterilitatem, & venena coerceri eo remedio arbitrantur, ſanè quia eiuſmodi ſacrum Græca voce, & vulgari vocarent Buphonia â bobus mactatis ex Pauſania in Atticis lib. primo. Æliano lib. 8. variarum cap. 3. factum eſt vt poſtea inoleuerit error exiſtimãtium inſignia Gallica Buffones continuiſſe, ſicut ſeptem ſtellæ, quæ in capite Tauri ſunt, ſuculæ nominantur, quod ipſas Græci Hyades dicerent, quibus yes ſues ſunt, attamen Hyades non appellantur ab yon ſed ab eo quod eſt Hyin, ideſt pluere, nam & cum oriuntur, & occidunt, tempeſtates, & largos imbres cient, vt ex Cicerone lib. 2. de natura Deorum animaduertit Agellius lib 13 cap. 9 ſed quia Clodoueu Chriſti legem edocto antiqua ſacrificia exoleuerunt ne Galli deſtituerẽt inſignibus lilia cœlitus demiſſa ſunt natiuo colore deſtituta, & auro tincta, quale labente ſcuto ab ipſis ſtellis ſolis ve fulgore cõtigit accipi, nam & cœli color aureis lilijs ſparſis varie ſuberat, vt enim tria tantum lilia pingerentur pro multis edixit Carolus ſextus Rex victis Anglis in Armoricis campis dum per otium ternarij numeri dignitatem meditatur, tris numerus ſuper omnia ter Deus vnus ex Nicolao Gillio anno. 1381. cum cõgeſtis per Auſoniũ.* Et Petrus Gregorius in præludijs optimi iuriſconſulti, probiquê magiſtratus lib. 1. cap. 11. num. 2. *Hoc autem lilium à cœlo ſemel conceſſum cum antea Reges Galliæ Buffones pro inſignibus haberẽt, vtrumquè in natura ſigillo abdito reconditum, nunc forſam à me primo ſcripto prolatum, ſiquidem quod non ſemel admiratus ſum in capite Galli Gallinacei in cerebro integrè ſine fractura exoſſato (quod*

*fit*

*ſit facilè in multum elixato) comperies faciè vna Buffonem, quo in dorſum verſo altera facie exprimitur miro artificio lilium, vnde mihi ſymbolum certiſsimum monarchiam vltimam in regē Galliarum deuolui debere, vt pote qui à Deo tantis decoretur cœleſtibus donis, vt quemadmodum à Gallis cœpit poſt inundationē aquarum diſſeminari genus humanum ita in eos vltimum Imperium redeat, fuerunt enim Galli dicti hi, qui in arca Noachi ſalui euaſerunt ideſt inundati, hoc enim Galli nomen Hebraice denotare creditur.*

14 *Inſignia Hiſpanorū è cœlo demiſſa, et lilia cōuenire magis Regi Philippo.*

Hoc igitur pacto explicatis Galliarum ſtemmatibus, licet concedere poſsimus ê cælo demiſſa lilia, ꝙ affirmare non audent boni auctores Galliæ, & inueſtigatores antiquitatum, hoc ſtemma non quadrat Regibus hodiernis Gallorū, qui nō deſcendunt â Clodoueo, cui lilia ſunt cōceſſa: ſed â Hugone Capet, & Philippo Valeſio, & illa inſignia ſunt genuina, & propria noſtri Regis Philippi, qui â Clodoueo recta linea deriuatur, & ita magis ea laude potiri debet, quam Reges Galliarum. Sed quia agitur de armis Hiſpaniarum duplici genere excellere oſtendemus. Primo quod lilia â Deo tributa ſummo prætio habenda propter auctorem Deum opificem omnium rerum concedimus, ſed ea ratio obtinet etiam in Hiſpania, quæ â Deo inſignia habet ê cœlo demiſſa, & in alio excellit, quod in armis illa ſunt potiora, & illuſtriora, quæ animal, vel auem excellentiorem gerunt; vt Leonem Regem animalium, Aquilam auium Reginam, & color aureus eſt ſublimior, quam argenteus, & ita crux Chriſti vexillum, quo iudicandi ſunt omnes, & inſigne, quod ipſe Deus portare debet in die vniuerſalis iuditij, erit ipſa crux ſtemma omnibus prætioſius, vt Caſſaneus prima p. coſ. 38. cōcl. 98. & 99. 5. p. aduertit & Forcatulus lib. 2. de Imperio, & philoſophia Gallorum, & ita crux ipſa nobilior eſt quam lilia. Vnde oſtendendo quod Hiſpania gerit pro ſtemmate crucem Chriſti â cœlo demiſſam, probatum erit, quod excellentiora, & nobiliora arma habet, & vt id dilucidè, & certò conſtet altius repetendum erit, quod traditum apud grauiſsimos auctores reperio ad explicādum, quod & antè Chriſtum natum, & poſt ſtemma Hiſpaniæ fuerit crux: & vt incipiamus ante Chriſtū mortuū, & paſſum fuiſſe crucem Cantabrorum Hiſpanorum ſtemma, & vexillum ex locis non obſcuris, ſed certis declarabimus, licet â nemine animaduerſum viderim, & vt facilius id perficiamus eſt notandum, quod

15 *Quod āte natiuitatē Chriſti Hiſpaniæ prouincia Cātabria crucē in clypeo gerebat, & inſignia ei⁹ erat crux, & à Cantabris ad Imperatores Romanos deducta fuit in labarum.*



quod apud Romanos in vſu fuit mutuare, imitariquê ſigna hoſtium, quos maiori cum labore ſubiugaſſent ad modum triumphi, vt hodie cernimus apud nos exemplum in multis, & in duce Albano, cuius ſcutum armorum ex familia Toleti gerit in circulo vexilla cum armis hoſtium, quos deuicit: & antiquius eſt exemplum in Romanis, qui ante æuum Traiani non vſi ſunt Draconum inſignijs, & poſtea in vexillis, & ſcutis Dracones pictos, vt ſtemma proprium habuerunt, eo quod Traianus bello Dacico Daciam ſubijciens primus ſumpſit, cum Daci illo ſigno vterentur in memoriam victoriæ labore, & fortitudine partæ, vel à Perſis, cum Vopiſcus in Aureliano inter ſpolia à Zenobia capta, & traducta etiam Perſicos Dracones numeret, vt Iuſtus Lipſius vir apprimè doct⁹ obſeruat lib. 4. dialogo. 5. de militia Romana, eodemquè pacto cum Auguſtus Cæſar magnis laboribus, multoquê fuſo Romano ſanguine Cantabros Hiſpaniæ populos debellaſet, eorū inſignia ſibi ſumpſit, quæ in vexillis, clypeis, & omnibus ſignis bellorum ferebat, quæ ſigna a Cantabris Cantabraria dicebātur, & vexilla Labarum, quod labore partum eſſet, inſigne autē huius Labari Cātabrarij erat crux, qua Cantabri deuicti ab Auguſto vtebantur, ſtemma genuinum, & proprium, & eo ſigno vſi ſunt Imperatores Romani poſtea, vt cōſtat ex Tertulliano in apologetico, c. 16. qui liber tempore Seueri Imperatoris ſcriptus extitit ait enim. *Sypara illa vexillorum, & Cantabrorum ſtolæ crucum ſunt, laudo diligentiam: noluiſtis nudas, & incultas cruces conſecrare.* Hæc ipſe de velis illis loquens, quæ in haſtula tranſuerſa labaro alligata crucē quodadmodo veſtire videbātur. Itē & Minutius Fœlix in Octauio. *Ipſa ſigna, et Cantabra, & vexilla caſtrorū quid aliud quā inauratæ cruces ſunt, & ornatæ* Et ante eos Iuſtinus martyr ad Antoninum Pium ſcribens Apologiam ſic ait. *Quin & ſigna veſtra figuræ huius vim præferant, & declarant, vexillorum ſigna dico, aliorūque inſignium, et tropheorum, quæ per progreſſus à vobis in publicum quouis locorum fiunt Imperij, & poteſtatis indicia in his oſtendentibus, licet hoc non intelligentes faciatis.* Quod narrat, cum de figura crucis tractaret, & in lege Honorij, & Theodoſij lib. 2. tit. 7. de collegiatis lib. 14. Codicis Theodoſiani patet his verbis. *Collegiatos, & Vituarios et Nemeſiacos ſigniferos Cantabrarios, et ſingulariū vrbium corporatos ſimili forma præcipimus reuocari.* Quæ verba

16 *Cantabrorū gloria in inſignijs vetuſtiſsimis.*

verba Cantabrarij ſic explicat eruditiſsimus Cardinalis Cæſar Varonius annalium. 3. tomo anno. 312. fol. 70 & 71. dũ declarat figuram labari, in quo crux Chriſti â Conſtantino gerebatur, eratquê ſignum Imperatorum vſque ad Iulianum apoſtatam, qui reuocauit illud ex eodem Varonio quarto tomo anno 362. fol. 18. ſed reſtituit Valet tinianus poſtea, vt anno 364. fol. 169. eodem tomo quarto ipſe aduertit, nam ante Conſtantinum id ſignum crucis erat in vexillis, & labaris Romanorum, & ita reprehendit Adrianum Turnebum lib. 15. ca. 16. aduerſariorum, & alios, qui non percipientes ſignificationem vocis Cantabrariorum mutabant litteram, ex hiſquê patet Cantabros Hiſpanos ante Chriſtum natum vſos fuiſſe ſigno crucis, & vexillo; dum præſagium eſſet, quod illud Hiſpaniam ſaluam faceret omni ſæculo, & imperium eius in cruce ſtabiliretur.

17 *Poſt Hiſpaniã â Sarracenis recuperatam crux fuit ſignum Hiſpanorũ.*

Poſt Hiſpaniam vero â Sarracenis captam, & recuperari inceptam crux fuit Hiſpanorum ſignum, & vexillum, quamuis enim Vaſeus anno. 722. Garibai in vita Pelagij, Palacio Rubios de obtentione regni Nauarræ ſexta part. §. 8. & alij *l* exiſtiment regis Pelagij inſignia fuiſſe Leonem rubrum in campo albo, vt hodie ſunt inſignia regni Legionenſis in ſcuto Regio, & ideo quod Legionẽſem ciuitatem â Mauris recuperauit, figuram Leonis ſibi ſumpſit. Item quod Iheroglipheum eſſet, quia Leo eſt Rex brutorum vigilans, dormienſquê apertis oculis, & ſic adianuas templorum depingitur ex Pierio lib. 19. Iheroglíphico vt exinde intelligantur Reges Hiſpaniarum vigilantes eſſe in fide defendenda, cõſeruanda, & propaganda; & etiam Leo fuit ſtemma Regum Iuda, & ſignum Iacob Geneſeos. c. 49. quo ſignificatus fuit Chriſtus, ex cap. 5. Apocalipſis. *Vicit leo de tribu Iuda.* Et etiam fuit Herculis inſigne, vt idem Pierius lib. 1. de Herculano Leone obſeruat, ſed vt recte Ambroſius Morales, & prudenter aduertit in regno Hiſpaniarum non ſoliti fuere Reges vſque ad Alfonſum Toleti recuperatorem ſcutum cũ armis proprijs ſibi ſumere, tunc enim cœpit vſus ab illo comite Peranzurio inclyto Heroe Aſture, & quilibet Rex ex priuatis rebus geſtis inſignia ſibi ſumebat, itaque Rex Pelagius non Leonis figura fuit vſus, ſed crucis, quam vt ſignum præclarum in vexillis, & clypeis portabat, & in ſepulchro eius inſculp-

*l Monarchia libr. 18. c. 3. §. 5. & Madera de las excelencias de Eſpaña. c. 4. fol. 30.*





ta, vt proprium ſtemma, quia vt alteri Conſtantino magno in cœlo apparuit, Pelagio crux vel ex aliorũ opinione â cœlo delapſa eſt, vt in eo ſigno vinceret, & ex Hiſpaniæ terminis Sarracenos expelleret, dum ipſe forti & excelſo animo exiens â ſpelunca,
18 quæ dicitur Cobadonga in Sarracenos impetum faciens profligauit numero exiguo Chriſtianorum innumeram eorum multitudinem miraculo etiam accedente cœli ſimul, quod ſagitæ, & lapides â Mauris emiſsi reflectebant in iacentes, & infixi ſuis telis occumbebant proelio, poſteaquê ad imitationem cœleſtis crucis in cœlo apparentis, vel delapſæ quã dam ex quercu formauit, quam pro vexillo ferẽs omnes terrebat hoſtes, & ſexaginta milia inimicorum mille Chriſtianis proeliantibus ſolum interfecit, quo ſigno crucis in bellis ſemper vſus fuit, Eccleſijſquê ab eo conſtructis nomen ſanctæ Crucis indidit, vt hodie conſtat in oppido Cangas de Tineo, vbi ſepultus fuit, & in ſepulchro ſcutum crucis ſigno, & ſtemmate eſt inſignitum, quæ crux ſeruata veneratione magna, vt religio, & numen â ſucceſſoribus ſemper extitit, donec Alphonſ[9] magnus eandem crucem auro, & gemmis prætioſis cooperuit, quamuis validam magnitudine vt hodie in Ouentiſi Eccleſia inſigni cernitur, quæ titulum habet crucis Hiſpaniæ, vt ſic magnis diligentijs, & inquiſitionibus adhibitis explorauit iuſſu Philippi ſecũdi catholici, & religioſiſsimi regis Ambroſius Morales ab eo ad eam rem inueſtigandam miſſus, vt ipſe aſſerit li. 13. c. 3. & 9. & lib. 15. cap. 9. hyſtoriæ notans Fauilam Pelagij ſucceſſorem eo ſigno vſum, vt in eius ſepulchro videre licet, & Alphõſum magnum id ſignum in ſcutis, & vexillis gerere, Alphonſumq; dictũ Caſtũ idẽ
19 tidem ſolitum eſſe eo ſigno in bellis ingredi, teſtimonium eſt eius in crucem ſtudium, & propenſio ex illo euidenti, & certiſsimo miraculo crucis Ouetenſis ab Angelis artificibus manufacte, quæ hodie in ea Eccleſia religione, qua decet, cuſtoditur, cũ enim rex pi[9], & catholicus arderet ſtudio fabricandi crucẽ conſpicuam, & ſolemnem collectis gemmis vndiq; ad id opus ſummi prætij, & auri copia, diligentiaquê adhibita ad quærẽdos artifices, illi ſe offerunt Angeli humano aſpectu, artifices ſe eſſe aſſerentes, quos in parte Palatij reliquendo incluſos, vt opus ſecre-

*Crux Hiſpaniæ.*

*Crux Angelorum Ouetenſis.*

to loco perficerent, cumquê nuncios mitteret, vt animum adderet aurificibus, non inuenientes artifices crucem repererunt miro opere conſummatam, gemmis diſtinctam, & corruſco ſplendore totius domus penetralia illuſtrantem adeô; vt non poſſent tantum ſplendorem intuentium oculi tolerare, quod Rex audiens feſtinauit, & tanto ſplendore comperto agens gratias Saluatori conuocato clero, & populo, & Pontifice glorioſſam crucem altari obtulit Saluatoris, & iſta refens Leoni tertio qui ſedi Apoſtolicæ præſidebat, obtinuit, vt in Eccleſia Ouetenſi Archiepiſcopus crearetur, idquê ſatis apparet ex artificio admirabili eius, quæ hodie ab omnibus cernitur in eodem loco, vbi fuit fabricata, vt ex auctoribus vetuſtiſsimis manuſcriptis finitimis illo ſaeculo patet ſanto Pyro, ſancto Iſidoro Iuniori, & alijs, Luca Tudenſi in Alphonſo Caſto libr. quarto Roderico Toletano lib. quarto ca. nono hyſtoriæ, Anacephaleoſi Alphonſi Carthagenæ capit. 53. Vaſeo anno. 792. Morales libr. 13. cap. nono Volaterrano libr. ſecundo commentariorum, Mariana libr. ſeptimo. cap. nono de rebus Hiſprniæ, hyſtoria generali Regis Alphonſi tertia part. cap. decimo Valeriana quarta part. cap. nono Marineo Siculo libr. quinto titul. de ſacris ædibus hyſtoria Pontificali Doctoris Illeſcas lib. 4. cap. vlt. de laudibus Hiſpaniæ.

Item libr. quinto indicarum hyſtoriæ Petrus Maffeus narrat, quod cum Alburquecius in explorandis circa Regionibus hyemem poſuiſſet ad ſolem occidentem, qua Regis Abaſsinorum Imperium eſt, purpureæ Crucis in cœlo ſignum præfulgens aliquanto apparuit quo viſo Luſitani omnes venerabundi procubuere fœlicemquê exitum habuerunt, & libro decimo ſexto ſcribit Luſitanos in periculo magno â Piratininganis poſitos virilis animi fœmina hortatur, vti ſigno Crucis ſe muniant ac proelium committant quo facto tantus ardor, & fiducia inuaſit, vt hoſtes in fugam auerterint intacti omnes duobus exceptis qui non Cruce ſignati â ſagittis infixi ſunt.

Et quia non ſolum Caſtellæ, ſed Aragoniæ, & Nauarræ crux eſt ſtemma, & inſignia: Vnde id acciderit narrant Beuter libr. ſecundo capit. quinto eius



20 *Crux Aragoniæ, & Nauarræ ſtemma eſt.*

eius regni Hyſtoriagraphus, Doctor Illeſcas ſupra, & Tarapha in vita Alphonſi catholici, Zurita prima part. lib. primo cap. quinto annalium Aragoniæ, idquê tribus ex cauſis memoratur. Primo quia cum electus eſſet in Regem Garſia Ximenez recuperauit Ainſam oppidum, quod cum recuperare Sarraceni contenderent maximis copijs paratis, Chriſtianique eſſent animo defecti, apparuit in arbore viridi crux rubea valde fulgens victoriam promittens, qua exultantes, & validi ſuperarunt multitudinem maximam Sarracenorum, & inde, vt Beuter narrat, dictus Rex eſt de Sobrarbe, quaſi ſupra arborem crux fuerit oſtenſa, ſed quamuis æthimologia non ſit certa, quia Sobrarbe Prouincia de Arbe deriuatur, vt Zurita explicat, tamen id miraculoſê accidiſſe conſentiunt omnes, & ea crux eſt inſigne eius regni Aragoniæ. Item eſt ſecunda cauſa, quia Ignatius Ariſta Rex cum multitudine, & copia ingenti Maurorum opprimeretur, â Deo auxilium precans â dextra in cœlo ſereno crucem ſplendidiſſimam vidit, in cuius ſigno ſuperarunt inumeram hoſtium cohortem, & cum antea ſcutum armorum eſſent ardentes ſpicæ ariſtæ dictæ loco earum crucem candidam in campo cœruleo ſereno ſibi ſumpſit, vt Beuter libr. ſecundo. c. 6. Zurita prima part. lib. primo. cap. quinto narrant, & Garibay in eius Regis vita. Tertia victoria inſigno crucis euenit in proelio Oſcenſi; vbi Rex ſanctius Ramirius poſtea non fuit repertus, & ei Petrus filius ſucceſsit, in quo bello diuus Georgius apparuit cum ſigno crucis pro Chriſtianis dimicans, & traditione compertum eſt, quod in equo candido ad pugnandum adduxit quendam equitem, qui eodem die fuit Antiochiæ viſus pugnare, & quia ea in acie quatuor Reges Mauri fuerunt ſuperati, Rex Petrus ſibi, & ſuis poſteris accepit ſtemma, & inſignia crucem ſancti Georgij cum quatuor Regum capitibus, vt Beuter libr. ſecundo cap. 9. & Zurita prima part. libr. primo cap. 32. & crux etiam viſa eſt, cum Fernardus Archipræſul Toletanus dimicauit in expugnatione oppidi Alcala la vieja, & hyſtoria Regis Alphonſi ſeptimi cap. 16.

Item in Sicilia crucem in ſcuto, vt proprium ſtemma habet, quod ab Arcado pro inſignibus, & in

Z 2 maxi-

maximum præmium conceſſum fuit, dum Meſſanæ illuſtri crucem albam in rubro campo dedit, quod â Gothis, & Bulgaris mari terra vê obſeſſus auxilium â cruce acceptum recepiſſet, vt auctores ſunt Thomas Faſcellus lib. 2. de rebus Siciliæ prioris decadis cap. 2. Petrus Gregorius de Republica lib. 12. cap. 16. num. 6. 21

*Crux Siciliæ*

Item & Luſitaniæ inſignia ſunt ſcutum in campo argenteo, & in eo crux cerulea diuiſſa in alia quinquê paruua ſcuta, tum ob memoriam quinquê Regum Sarracenorum, quos occidit Alphonſus primus Rex Luſitanię in agro Douriquè in loco nuncupato cabeças do Rey, ibi enim Iſmaelem, & alios quatuor Reges ſuperauit cum innumera pluſquam quatuorcentum milium Agarenorum multitudine anno 1139. ex Zurita lib. 1. cap. 21. annalium Aragoniæ in prima parte Garibay in compendio hyſtoriæ lib. 5. in Alphonſo primo Raſendo libr. 4. antiquitatum Luſitaniæ: tum etiam quia nocte ante proelium Chriſtus crucifixus Alphonſo primo apparuit ad bellum excitans & ita vna cũ ſignificatione quinq; Regum, quos vicit, præcipua fuit quinque ſcuta depingere in honorem quinquê vulnerum Chriſti crucifixi, qui ei apparuit, vt notat Nauarrus. cap. nouit de iudicijs notab. 3. numer. 152. & etiam triginta argentei, quibus venditus â Iuda Chriſtus fuit in ſcuto continebantur, ſed poſtea vt elegantius eſſet ſcutum in quinque illis paruuis ſcutis, & magno ſcuto incluſi ſunt, & poſtea Alphonſus. III. quia plura oppida recuperauit â Mauris ſeptem aurea Caſtella in campo flauuo addidit circulo ſcuti, vt eleganter recitat Petrus Mariz in dialogis hyſtoricis Luſitaniæ cap. 4. vbi refert præuilegium Alphonſi primi inuentum in archiuo monaſterij Alcobacenſis ab eodem Alphonſo fundato ex Roderico lib. 7. capit. 6. hyſtoriæ, quod ob antiquitatem miſſum eſt Philippo ſecundo, & verba eius huiuſmodi ſunt. 22

*Arma Luſitaniæ quinq; vulnera Chriſti in crucis modum collocata.*

*EGO Aldephonſus Portugalliæ Rex, filius illuſtris Comitis Henrici, nepos Magni Regis Aldephonſi, coram vobis bonis viris Epiſcopo Bracarenſi, et Epiſcopo Conimbricenſi, & Theotonio, Reliquiſque Magnatibus, Officialibus Vaſſalis Regni*



*gni mei: in hac Cruce ænea, & in hoc libro ſanctiſſimorum Euangeliorum, iuro, cum tactu manuum mearum, quod ego miſer peccator vidi hiſce oculis indignis, Deum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum in Cruce extentum, in hac forma. Ego eram cum mea hoſte in terris vltra Tagum in agro Auriquio, vt pugnarem cum Iſmaele & cum alijs quatuor Regibus maurorum, habētibus ſecum infinita hominum millia: & gens mea timorata propter multitudinem, erat fatigata, & multum triſtis: in tantum, vt multi dicerent eſſe temeritatem inire bellum. Et ego mœſtus de eo quod audiebam, cœpi mecum cogitare quid agerem, & habebam vnum librum in meo papillione, in quo erat ſcriptum teſtamentum antiquum, & teſtamentum Ieſu Chriſti: & aperui illum, & legi victoriam Gedeonis, & dixi intra me: Tu ſcis Domine Ieſu Chriſte, quia pro tuo amore ſuſcipio bellum iſtum, contra tuos inimicos, et in manu tua eſt dare mihi & meis fortitudinem vt vincamus illos blaſfemantes tuum nomen. Et ſic dicēs, dormiui ſupra librum: et videbam vnum Senem ad me venientem, dicentēque Aldephōſe, confide, vinces enim, debellabiſque reges iſtos, contereſque potentias illorum, & Dominus oſtendet ſe tibi. Dum hæc video, accedit Ioānes Fernandus de Sauſa vaſſalus meo Cubiculo, dixitque: Surge Domine mi, adeſt homo ſenex, vultq; te alloqui. Ingrediatur dixi, ſi fidelis eſt: Et ingreſſus, ad me noui eſſe illum, quem in viſione videram. Qui dixit mihi: Domine, bono animo eſto, vinces, et non vinceris, dilectus es Domino: poſuit enim ſuper te, et ſuper ſemē tuū poſt te, oculos miſericordiæ ſuæ, vſque in ſextā decimam generationem, in qua attenuabitur proles: ſed in ipſa attenuata, ipſe reſpiciet, et videbit. Ipſe me iubet indicare tibi, quod dum audieris ſequenti nocte tintinabulum dormitorij mei, in quo vixi ſexaginta ſex annis inter infideles, ſeruatus fauore altiſſimi, egrediaris extra caſtra, ſol⁹, ſine arbitris, oſtendet tibi pietatē ſuā multam. Parui, & reuerēter in terra poſitus, et nuncium & mittētem veneratus ſum; et dum in oratione poſitus ſonitum ſpectarem, ſecunda noctis vigilia tintinabulum audiui: et enſe ſcuto armtus, egreſſus ſum extra caſtra. Vidique ſubito a parte dextra, Oriētē verſus, micantem radium, & palatim ſplendor creſcebat in maius, & dum oculos ad illam partē efficaciter pono, ecce in ipſo radio clarior ſole, ſignum crucis aſpicio, et Ieſum Chriſtū in ea crucifixum: et ex vna et altera parte multitudinē iuuenū cādidiſſimorū, quos Sanctos Angelos fuiſſe credo. Quā viſionē dū video, depoſito enſe et ſcuto, et relictis veſtib⁹ et calceamētis, pronus in terrā, me proijcio: lacrimiſq; abūdè miſſis, cœpi rogare pro cōfortatione meorū vaſſalorū, dixiq, nihil turbat⁹. Quid tu ad me Dñe? credēti enim fide vis augere? meli⁹ eſt vt te videāt infideles, et credāt, quā ego*

*quia fonte baptiſmatis te Deũ verũ filiũ Virginis, et Patris æterni agnoui et agnoſco. Erat autẽ crux miræ magnitudinis, et eleuata à terra quaſi decẽ cubitos, Dominus ſuauis vocis ſono, quẽ indignæ aures meæ ſuſceperunt, dixit mihi. Non vt tuam fidem augerem, hoc modo apparui tibi, ſed vt roborarem cor tuum in hoc conflictu, & initia regni tui ſupra firmam petram ſtabilirem. Confide Alphonſe, non ſolum enim hoc certamen vinces, ſed omnia alia in quibus contra inimicos Sanctæ Crucis pugnaueris, Gentem tuam inuenies alacrem ad bellum & fortem petentem, vt ſub Regis nomine in hac pugna egrediaris: Nec dubites, ſed quicdquid petierint liberê cõcede. Ego enim ædificator & diſsipator Imperiorũ & regnorũ ſũ. Volo enim in te & in ſemine tuo imperiũ mihi ſtabilire, vt deferatur nomẽ meũ in exteras gẽtes, & vt agnoſcãt ſucceſſores tui datorẽ regni. Inſigne tuũ ex prætio quo ego humanũ gen⁹ emi, et ex eo quo ego a Iudæis ẽptus ſũ, cõpones: & erit mihi regnũ ſãctificatũ, fide purũ, & pietate dilectũ. Ego vt hæc audiui humi proſtrat⁹ adoraui dicẽs: Quib⁹ meritis, Dñe, tãtã mihi annuncias pietatẽ? quicdquid iubes faciã: et tu in mea prole, quã promittis, oculos benignos pone, gẽtẽq; Portugallẽſẽ saluã cuſtodi: & ſi cõtra eos aliquod paraueris malũ, verte illud potius in me: & ſucceſſores meos, & populũ quẽ tãquã vnicũ filiũ diligo, abſolue. Annuẽs Domin⁹ inquit, Nõ recedet ab eis, neq; à te vnquã miſericordia mea: per illos enim paraui mihi meſſẽ multã: & elegi eos in meſſores meos in terris lõginquis. Hæc dicẽs, diſparuit: & ego fiducia plen⁹ & dulcedine redij in caſtra: & quod taliter fuerit iuro ego Alphõſ⁹ Rex per ſãctiſsima Ieſu Chriſti euãgelia, hiſce manib⁹ tacta. Idcirco præcipio ſucceſſoribus meis in perpetuũ futuris, vt ſcuta quinque in crucẽ partita, propter crucẽ & quinque vulnera Ieſu Chriſti in inſigne ferãt, & in vnoquoq; triginta argẽteos: & ſuper, Serpetẽ Moyſis ob Chriſti figurã. Et hoc ſit memoriale noſtrũ in generatione noſtra. Et ſi quis aliud attẽtauerit, à Domino ſit maledict⁹, & cũ Iuda traditore in inferno maceratus. Facta Cartha Colimbriæ. Tertio Kalend. Nouem. Æra M.C.LII.*

Ego Aldephon  ſus Portugalliæ Rex.

I. Colimb. Epiſcop. — *Gondiſaluus de Sauſa,*

I. Bracharẽ Metrop. — *Procurat. Vimaranen.*

T. Prior. — *Pelagius Menen. Proc. Brac.*

*Suei Martini. Proc. Colimb.*

*Fernandus Petri Curiæ Dapifer.*

*Pet. Pelai Curiæ ſignifer.*

*Velaſc. Sanctij.*

*Alphons. Menẽ Præſ. Vlixb.*

*Menendus Petri, pro Magiſtro Alberto Regis Canclario.*

CAPVT



# CAPVT DECIMVM Sextum, Vbi prȩuilegia alia Regum Hiſpaniæ, & Galliæ circa nobilitatem, & dignitatem recenſentur.

VT VINITOR Qui in vindemiando minutos etiam racemos repetit, & colligit: ego omnia vel tenuia Galliæ, ſi quæ inuenio ſcripta, tradita, & audita bona fide refero, nê videar aliquid prætermittere, quod ad eius dignitatẽ attineat. Vnde proſequendo quod in capite ſuperiori cœpimus, auctores Galli eorũ Regem cæteris, vt anteponant, extollunt ſingulare beneficium in reges Galliȩ â Deo collotum, ab eo enim vexillum miſſum eſſe, quod auri flamma Latino ſermone vocatur, cum ſit ex purpureo ſerico, & ob ſplendorem ex aureo videtur contextum, & auctores alij aſſerunt fuiſſe labarum, & vexillum Conſtantino conceſſum, cum vidit ſignum crucis in victoria, quam â Magentio reportauit, alij affirmant, quod Angelus ê cœlo Clodoueo attulit, & in ȩdibus ſacris beati Dioniſij ſeruatur, vt vexillum ſit regni in periculoſis, & ambiguis pugnis ex Baldo, *a* & alijs, & Carolus Guaguinus lib. 1. cap. 8. hyſtoriæ retulit ſic traditione receptum in Gallia, & quod euanuit, ita vt amplius auri flamma viſa non ſit, eo quod aduerſus Eccleſiam illa vſi ſunt Reges. Tum & Forcatulus lib. 6. fol. 374. de Imperio, & philoſophia Gallorum maximis encomijs commendat auri flammam recenſendo, quod Clodouei ſaculo cathecumenos Chriſtianos illa contexta ex auro, & purpura excitauit valde, ita enim terrebat hoſtes, vt parcȩ viderentur laboraſſe, eratquê floribus liliorum ornata ex cœlipomerijs collectis, & circa medium albicante cruce, quo vexillo Carolus magnus libentius, & fœlicius quam vllo alio vtebatur in bellis aduerſus infideles, & Philippus Auguſtus etiam dum expeditionẽ ad Iheroſolymam capiendam faceret cum Richardo Rege Angliæ eduxit ê templo diuui Dionyſij, & diuus Lodouicus dum Africam proficiſceretur, & Carolus. 6. aduerſus Anglos ex Nicolao Gillio in Phi-

1 *Auri flamma Galliæ.*

*a Bald. cõſ. 127. Graſalius lib. 2. regaliũ Frãciæ. Lucas pena Rub. C. de præpoſitis laborum li. 10. Caſſaneus in conſuetu. Burgũd. in proemio verb. du ſanct. empire, & in cathalogo gloriæ con. 38. concl. 59. in 1 p Guillelmus Benedict. ver. duas habens filias in cap. Rainuntius de teſtamentis numer. 85.*



lippo

lippo Auguſto anno 1490. & 1269. in beato Lodouico, & Carolo ſexto Papyrio Maſſonio lib. 3. in vita Philippi Auguſti.

Hæc inuenitur huius auri flammæ naratio, quæ aliam fidem, quam traditionem ex Carolo Guaguino non habet, & eam è cœlo demiſſam auctores, qui attẽtius hyſtorias ſcribunt, & vera recẽſere curãt, nõ referũt, vt Paulus Æmilius, & alij in vita Clodouei ꝗ exploratum, & a radice cognitũ videtur, eſt, quod Morales lib. 13. cap. 49. in prima part. hyſtoriæ ex Papyrio Maſſonio lib. 3. de geſtis Francorum in Philippo Auguſto fol. 303. narrat, cuius Maſſonij verba, vt conſtet non ab Angelo, nec ex cœlo demiſſam auri flamam eſſe, recenſebo. *Flammulam templo Dionyſij reſtituit. Hoc loco prætereundum non videtur, vt de illa aliquid dicamus. Roberti Regis tabulæ extant in armario Dionyſij, datæ menſe Ianuario, anno regni primo, quibus narrat ſe erga id monaſterium liberaterusſum ſpe obtinendæ de hoſtibus victoriæ, referendæque in templũ Dionyſij Auriflammæ vexilli illius martyris & ſociorũ, Dei beneficio inuicti. Craſſus anno milleſimo cẽteſimo viceſimoquarto publicis tabulis quæ ſuperſũt, agnoſcit Comitatum Vilcaſſinum eſſe in clientela & iuriſdictione Dionyſij, Ruſtici & Eleuterij, martyrum: & Comites Vilcaſſinos retroactis temporibus ius habuiſſe ferendæ in bellis Flammulæ: idem Craſſus deuoluto ad ſe Comitatu, eo bello quod aduerſus Henricum Cæſarem acerrimum parabatur, Flammulam non vt Rex, ſed vt Comes ab Præfecto illius monaſterij alacriter ſuſcepit. Sed præſtat Sugerij viri clariſſimi, qui Craſſo admodum charus fuit, verba inſerere. Quoniam beatum Dionyſium ſpecialem patronum & ſingularem poſt dominum regni protectorem, & multorum relatione & crebro cognouerat experimento, ad eum feſtinans tam precibus quàm beneficijs pulſat, vt regnum defendat, perſonam conſeruet, hoſtibus more ſolito reſiſtat, & quoniã hãc ab eo habẽt prærogatiuam, vt ſi regnum aliud regnum Frãcorum inuadere audeat, ipſe beatus & admirabilis defenſor cum ſocijs ſuis, tanquam ad defendendum, altari ſuo ſuperponatur, eo præſente fit tam glorioſè quàm deuotè. Rex autem vexillum ab altari ſuſcipiens quod de Comitatu Vilcaſſini, quo ad eccleſiam feodatus ſpectat, votiuè tanquam à domino ſuo ſuſcipiẽs pauca manu contra hoſtes vt ſibi prouideat, euolat, vt eum tota Francia ſequatur potenter inuitat: Hæc Sugerius. Ac ne quis ſibi perſuadeat Flammulam aliud fuiſſe quàm vexillum Dionyſij, Armoricanus in deſcriptione Buuinerſis pugnæ ſic ait.*

*At Regi ſatis eſt tenues criſpare per auras*
*Vexillum ſimplex cendato ſimplice tectum,*

*Splen-*



*Splendoris rubri; quali celebri Litania,*
*Vtitur incertis Eccleſia ſancta diebus:*
*Flamma cui cum ſit Francis vulgò aurea nomen,*
*Omnibus in bellis habet omnia ſigna præire,*
*Quod Regi præſtare ſolet Dionyſicus Abbas,*
*In bellum ſumptis quoties proficiſcitur armis,*
*Idq; gerit tollens equitum præfectus in altum,*
*Vectus equo, cunctas ſuetus præcedere turmas.*

*Ex his perſpicitur quid flammula, qualiſq; fuerit; & ex libro duodecimo Ioannis Villanei, vbi de eodem vexillo ita ſcriptum reliquit. Philippus ſextus eduxit è templo diui Dionyſij vexillum ex auro & flamma, quod educi inde non ſolet niſi pro ſummis Regis, regniq; neceſſitatibus, idq; ex auro & purpura compoſitum eſt.* Quod ex Suggerio Craſsi Regis hyſtorico recitat Regnatus Chopinus lib. 2. de domanio Franciæ tit. 14. num. 14 & de ſacra politia libr. 2, tit. 2. nu. 16. Et ita ex naratione hac conſtat, & vetuſtiſsimis annalibus eſſe vexillum hanc auri flamam dicatam beato Dionyſio Galliæ patrono, quod ex illius templo in oppreſsionibus Galliæ educunt Reges. Auriflammam cuiuſdam vexilli ſpeciẽ eſſe apud antiquos ſcriptores Romanos conſtat ex Vegetio lib. 3. c. de re militari. *Muta ſigna ſunt Aquilæ, Dracones vexilla, flammulæ, Ruffæ, Pinnæ,* & lib. 2. c. 1. *Equitum alæ quod protegant acies, quę nunc vexillationes vocantur, quia velis, hoc eſt flammulis vtuntur.* Gregori⁹ Zedrenus Gręcus Latinè verſus ſic ait. *Vexillationes Romanorum equites, vexilla paſsim panni; ſeu vela purpura, & auro in quadratam formam effecta, hæc adaptantes longis haſtis circum Principes in orbem euntes eos tegunt, ſint autem illa, quæ nunc flammulæ dicuntur.* Quod & declarat Iuſtus Lipſius de militia Romana lib. 4, dialogo. 5. fol. 170.

2 *Hiſpani vexillum è Baſilica diuui Iſidori Regũ Patroni educunt.*

Hiſpani autem non ita diligentes in rebus eorum extollendis, euoluẽdo hiſtorias non minus laudis. & gloriæ in vexillis huiuſmodi inuenient, ſicut enim auri flamma in Gallia è templo beati Dionyſij, vbi ſeruatur, educi ſolet. ita apud nos in Legionenſi vrbe in Baſilica beati Iſidori ex Regio ſanguine orti, ac Regum patroni vexillum, quod ibi ſeruatur educi ſolet, quo inſignes victorias conſecuti ſunt, idquê delatum eſt in expugnatione Antequeræ â Ferdinando Infante Caſtellæ poſtea Regni Aragonumex ca. 112. hyſtoriæ Regis Ioannis ſecundi: & in vſu eſſe eo vexillo vti refert Morales lib. 12. cap. 21. hyſtoriæ deſcribens ibidem contextam figuram beati Iſidori

equi-

equitem veſtitu Pontificali alia manu cruce, alia enſe ornatum. Eſſeque vexillum ſericum mira arte claboratum, & vetuſtiſsimis carminibus celebratam victoriam refert hyſtoria Alphonſi cap. 51. & 52. fratris Prudentij Sandoual. Diuus enim Iſidorus Hiſpaniæ defenſor, & patronus, ſicut beatus Iacobus, eſt, & ita Alfonſo octauo ſeu ſeptimo Imperatori Regi. Hiſpaniarum, dum obſeſam Baetiam haberet, nocte apparuit, pollicitus auxiliatorem fore die ſequenti, victoriamque conſecuturum, quod inito proelio cōpletum eſt, in quo viſus eſt adiutor Iſidorus, & victoriam obtinuit Rex capta Baetia, vt auctores ſunt Rodericus *b* Lucas Tudenſis, & alij, cum enim Regio Gothorum ſanguine eſſet ortus, Regum fautor apud Deum oſtenditur, dum enim Alphonſus Toleti expugnator ægrotaret tribus ante mortem Regis diebus fontes aquarum ex lapidibus templi Legionenſis in ædibus ſancti Iſidori manarunt, vt idem Rodericus, *c* & alij teſtantur, & eodem pacto Ferdinando primo cognomento magno olim obitus nuntiauit, dum recte valeret ex eiſdem *d* auctoribus.

3 *Diuus Iſidorus Hiſpaniæ patronus.*

*b Rodericus lib.7. capi. 11. Valeriana 4.par.cap.108. Generalis Hiſpaniæ hiſtoria 4.part.cap.4. Mariana lib.10.c. 18. Lucas Tudenſis in Alphonſo.*

*c Rodericus li.6.c. 35 Generalis 4.pa. c 3 in fin. Mariana lib. 10.c.7. Valera 4.par.c.106 Venero anno 102. in enchiridio. Lucas Tudenſis in Alphōſo.*

*d Rodericus lib.6. ca.14. Generalis 4. par.cap. 1 ad finem. Mariana lib.9. c.5. Lucas Tudenſis in Ferdinando.*

Sed apud Hiſpanos legitimum, & notum vexillum eſt Chriſti crux, illo enim ſigno, & Vexillo Pelagius inſtaurator Hiſpaniæ fœlices victorias reportauit, eaque crux, qua vſus eſt in proelijs Sarracenos ſuperans in Baſilica ſancti Saluatoris Ouetenſis, vt depoſitum ſacrum Hiſpaniæ cuſtoditur, ſicuti diximus capite ſuperiori, & ita triumpharunt Reges Hiſpanię ſæpe vexillo crucis in pluribus bellis aduerſus Arabes, vt eſt illa memorabilis pugna anno 1212. in oppido Nauæ Toloſanæ ab Alphonſo nono habita, cuius memoria in titulo triumphi ſanctæ crucis celebratur Hiſpaniæ ſingulis annis menſe Septembris, cum viginti quinque ex Hiſpanis non deficientibus ducēta millia Maurorum ceciderint in bello cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti præeunte, vt ſunt verba Roderici, qui in eo bello adſuit libr. octauo cap. decimo. *Crux vero Domini, quæ coram Toletano Pontifice conſueuerat baiulari, praeferente eam Dominico Paſchaſij canonico Toletano per Agarenorū acies miraculoſè tranſiuit, & ibidē illaeſo baiulo ſine quis vſque ad finem belli, ſicut Domino placuit, perdurauit, erat autem in vexillis Regum imago beatae Mariae Virginis, quae Toletanae Prouinciae, & totius Hiſpaniae ſemper tutrix extitit, et patrona, in cuius aduentu acies illa mirabilis, & turba innumerabilis, quæ hactenus ſatis immobilis permanebat, & rebellis noſtris obſtiterat cæſa gladijs fugata lanceis, victa ictib⁹ terga dedit.* Idem Anacephaleoſis Carthaginæ cap. 80. & *e* alij, ſimiliter de beatiſsima Virgine Maria celebratur Cęſarauguſtæ patrociniū, cum ad expellendos ê ciuitate Sarracenos viſa ſit in medio Angelorum pro catholicis pugnare, in eiuſque miraculi, & auxilij memoriā eo loco templum diuuæ Marię dicatum, quod porticus dicitur, conſtructum eſt; & apud Indos Araucos abdicaſſe eos a proelio, ne perirent Chriſtiani; vidiſſeque puriſsimam Virginem aliquos canit Alphonſus Erzilla cant. 5. ſuntquê hyſtoriæ hiſce teſtinoijs plenæ.

4 *Crux Chriſti vexillum auri flamma q; eſt Hiſpaniarum, et ea ſeruatur in Ouetenſi Eccleſia.*

5 *De victoria Alphonſi noni ſigno crucis parta.*

6 *Imago beatæ Mariæ Virginis in vexillis Hiſpaniæ, & ipſa Patrona, & tutrix in pugnis.*

*e Hiſtoria generalis 4.p.c.9. Palentina 3.p.c.35. Mariana lib.11.c. 24. & 25. Valera, 4.p, cap. 110. Zurita lib.2.c. 60. annalium. Illeſcas in Pontificali hyſtoria lib.5.c. vltim.*

Item & fœlix in Æthiopiam appulſio Luſitanorum ad crucem refertur apparentem mane rebus omnibus illis deſperatis, ad portum enim, vbi crux apparuit, peruenerunt accipientes exitum fortunatū, & ſecundum, cum Rex Æthiopiæ, qui alijs quadraginta præeſt, crucis obſeruandus mirificê illos ſit amplexus, vt Daminanus â Goes Luſitanus in commentarijs Indiarum refert, & ex eo Petrus *f* Gregorius, ſimiliter frater Laurentius Surius ex hyſtorijs Luſitaniæ in commentarijs rerum in orbe geſtarum fol.6. refert quemadmodum Petrus Aluarus Luſitanus Indiarum Orientalium explorator in prouincia Braſilia primum crucem affixit in faſtigio arboris admodum proceræ, atquê ad eius imam partem ſacrificium miſſæ peragi curauit, & regioni nomen ſanctæ cruces indidit, & ita translatum eſt illud ſignum ad Idotorum cultores, & apud eos maximo prætio habitum, & certum eſt multis Indiæ locis cruces eſſe collocatas, & indè confugiſſe Dæmones, nec ſolita Indis reſponſa dediſſe.

7 *De vexillo crucis, & victorijs ſignô eius adcquiſitis.*

*f Petrus Gregorius lib.12.c. 16. nu.5. de Republica.*

Habentque Hiſpani non tantum ê cœlo delapſum, ſed omnibus cœlis glorioſius vexillum, cum Darocēſi vrbe ſeruentur ſex hoſtię conſecratæ, vbi in carnis, & ſanguinis figura inſpicitur Domini noſtri Iheſu Chriſti corpus, cum enim ſex duces exercitus Aragonenſium vellent ſumere corpus verum Domini noſtri de manu Abbatis Darocenſis celebrantis rem diuinam in Caſtello dicto chio circa Valentiam, nec poſſent quia ſubito in eos inuehit impetus Maurorū. Abbaſquê ſolicitus in lintheo corporalium ſex conſecratas hoſtias abſcondit, & cum victoria habita eas quæreret, infixas corporalibus in viuam carnem oſtēdentes reperit, miraculoſeque Darocam delatæ ſunt, quo

8 *Vexillū Hiſpanorū corpus Domini noſtri Iheſu Chriſti in hoſtijs conſecratis Darocæ ſeruatis.*

quo & Vrbanus quartus ea de cauſa inſtituit feſtum corporis Chriſti, vt auctores ſunt Petrus Beuter, & 9
eſt hyſtoria priuata huius rei, notatque *g* Zurita.

*g Villegas c. 52. de vitis ſanctorũ. Beuter lib. 2. c. 42. Zurita lib. 3. c. 47. Marineus Siculus de laudibus Hiſpaniæ lib. 5. tit. de ſacris ædibus.*

*Præuilegiũ Regis Franciæ ſtrumas ſanandi.*

Aliud extollunt ſingulare beneficium â Deo Regibus Franciæ conceſſum Galli, quod valetudinem recuperant morbo cheradum, ſiue ſtrumarum infecti tactu manus Regis Franciæ dictis his verbis. Deus ſanat te, & Rex Franciæ tangit, vt celebrat excellens concionator Franciſcanus Panigarola in concione habita Pariſijs anno 1572. in conſpectu Regis Caroli adducta auctoritate Prophetæ. *Manum tuam extendes ad ſanitatem, & ſigna, & prodigia erunt*, & teſtimonio Euangelij. *Super ægros manus imponent, & bene habebunt*, & S. Thomas lib. 2. de regimine Principi c. vlt. Quod & iuris conſulti *h* eius regni prædicant vbiquè, & poſteris tradũt id tribuentes, quod oleo ſancto cœli ſit inũctus, alij alijs, & diuerſis cauſis & Petr⁹ Greg. in præludijs libr. 1. c. 11. ſcribit anno. 1565. vidiſſe a Carolo. IX curari Toloſæ: nec deſunt qui detrahere gloriæ Gallorum velint, id euenire dicentes occaſſione aeris Gallici curandis ſtrumis ſalubris, & ita omnes aerem mutantes, & ad regionem Galliæ venietes valetudinẽ recuperare: ſed ego ſerio id accidere gratia cõceſſa â Deo optimo maximo ei⁹ obſequio deditis, regib⁹ Galliç & fidelib⁹, prçſertim tributa eſt diuuo Lodouico, adeo quod in oppido Poblete in regione Hiſpana Catalonię, vbi brachium veneratur diuui Regis Lodouici, quos laborantes ſtrumis tangit brachiũ illud, ad ſanitatem reducit, Certa autem eius rei fides videtur originẽ ducere â ſanctitate beati Marculphi, cuius præcibus Regibus Galliæ concedit Deus hoc beneficium ex his quæ adducit Morales. 3 part. lib. 13. cap. 49 & Robertus Coenalis hyſtoria Gallica libr. 1. deſcriptionis Galliæ perioche. 14. fol. 110. his verbis. *Deinde ex cœleſti præuilegio curandi à beato interceſſore Marculpho impetrato, quod Regni Francici ſucceſſores in hunc vſque diem ſiuuntur.* Papyrius Maſſo- 10
nius lib. 3. de geſtis Francorum fol. 347. in Lodouico Rege ſicait. *Igitur Ludouicus vita ſanctiſſimè acta dignus poſt obitum iudicatus eſt, qui inter diuuos referretur. Longum eſſet enumerare Xenodochia templaque ab eo condita Lutetiæ & alijs Galliæ locis, quæ cæteri ſcriptores numerãnt. Itaque, illis omiſſis pauca adijciam de cheradum morbo. Cherades Græci, nos ſtrumas vocamus: quæ nihil aliud ſunt, quàm glandulæ induratæ. Nangius vita Ludouici narrat, cùm deceſſores Reges in*

*h Monachus, et Dominic⁹. c. 2. depræbẽdis in 6. Selua de beneſ. 2. p. q. 23. nu. 3. Guillelmus Benedictus c. Rainuntius ver. duas habens filias. glo. in pragmatica ſanctione verb. Dei gratia. Caſſaneus. 5. p. conſ. 1. et 31 verſi. Lilia Franciſciſcus Marchis q. 456. n. 32. et 1024 nu. 6. & 338. Caro. Graſalius lib. 1. iure 4. regalium Franciæ, Genebrardus in chronico libr. 3. anno. 498.*

*Origo ſtrumas ſanandi.*

*tan-*



*tangendis ſtrumoſis ſigno Crucis vſi non eſſent, illum primo vti cœpiſſe. Hanc vim Regibus Galliæ à Deo datam, vt ſolo tactu ſtrummas ſanent pro re certa habetur, ad eoſque ex vltimis Hiſpaniæ finibus ſtrumoſi accurrunt. Marchulphi precibus tantum eos poſſe conſtans fama eſt. Itaque ad eius templum in agro Laudenſi Reges quam primum vncti ſunt, ſolent proficiſci. Marculphus apud Baiocaſſes in Lugdunenſi ſecunda; quæ Neuſtria & Normannia eſt, nobili natus loco. Clotarij ſecundi & Childeberti temporibus vixit, id ex Sigeberti Chronicis perſpicitur, & eius vita, quæ ab æditũo ad nos Lutetiam miſſa eſt.* Ex qua explorata hyſtoria conſtat poſt Clodoueum hanc gratiam Regibus conceſſam: Illud tum â diuuo Ludouico additum eſt, vt crucis ſigno medela tactus regij fulciretur, nenon Regię potius quam cœleſti maieſtati ſalutare miraculum tribueretur ex Gillio in Lodouico. IX. cũ crucis ſignũ adeo mirabilia vbiq;, & ſemper cooperetur. Narrat Nicephor⁹ li. 18. c. 20. hiſtorię Ecſiaſticę: cũ Coſroes de Perſis rebellãtibus illuſtrẽ victoriã obtinuiſſet, & Turcas captiuos ad Mauritiũ Imperatorẽ Oriẽtis dono mitteret Mauritius eos ſigno crucis in frõte inſignitos cernẽs ſcicitatus eſt, quã ob cauſã circũferrẽt ſigna, quę nõ colerẽt, tũc reſpõdiſſe fertur Perſidẽ nuper peſtilẽtia graui laboraſſe, vnde edoctos ſe â quodã chriſtiano, vt ſe tali ſtigmate præmunirẽt, ꝙ experiẽtia ſaluberrimũ declarauit, & Zonaras li. 3. annaliũ cõpunctos liquato mox atrumẽto Turcas prominẽte cruce narrat aduerſus famẽ. Forcatulus autẽ li. 1. fol. 59. de Imperio, & philoſophia Gallorũ altius alõgiori initio memorat originẽ hęc proferẽs. *Clodoueo intimus, et fideliſſimus vir fuit Lanicetus nomine, quo armigero plurimũ vtebatur frigoris, et æſt⁹ iuxta patiẽte atq; cõſiliorũ hoſtiliũ exploratore is quãtũuis ſtrũmis morbo tã fœdo, quã pertinaci correptus eſt glandulis cõcretis circa guttur tumẽtibus, cũq; Ruſticorũ experimẽto Corneli⁹ Celſus li. 5. de re medica c. 28. admonuiſſet, ſiquis anguẽ ediderit liberari, idq; fruſtra hi: tẽtatũ eſſet, et medicina inſuper herbis, et ferro adurente armata, ac vi morbi totiẽs ſuperata præ pudore deliteſceret, per quietẽ viſũ eſt Clodoueo Regi ſe guttur Laniceti permulcere, et attrectare, ac cõfeſtim cœleſtẽ ſplendorẽ ruttulis flãmis totũ cubile impleri, et ibidẽ Lanicetũ nullius cicatricis nota remanẽte ſanũ, et integrũ euadere lætior ſolito Clodoueus, et pro amici ſalute anxius cũ primũ diluxit ſurgẽs Deo primũ operat⁹ periculũ fecit an tactu ſuo morbũ auellere quiret, vt quidẽ accidit plaudẽtibus omnibus, et Deo gratias agẽtibus dulciſſimo hymno, et pro*

Aa *re*

*re nata acõmodato, quod Dei ſuauiſſimũ beneficiũ, et ſanãdi ſtrumas facultas, vt hæreditas ad liberos, & poſteros Reges Gallorũ ſempiterna ſeriè tranſmiſſa, & rè diuina prius facta. illud tamẽ quendã ex plebe Alexãdrina oculorũ tabè notũ Veſpaſiani Imperatoris genibus aduolutũ remedium cæcitatis popoſciſſe gemitu ac monitu Serapidis Dei, quẽ, dedita ſuperſtitioni gẽs ante alios colit, rogaſſet, genas, & oculos ſputo reſpergere dignaretur, alius manu eger eodem Deo auctore vt pede Cæſaris calcaretur, orauit, qui aliquantis percunctantius denique cogitans peracti remedi gloriã penes ſe fore irriti ludibrium penes miſeros, nec vltra quicquam incredibile ratus lætus iuſſa exequitur ſtatim cõuerſa ad vſum manus, & cæco reluxit dies, quod ſoli Veſpaſiano cœleſtis fauor, & quædam inclignatio numinum acceſſit non poſteris. Item & Gunthramanus Gallorum Rex ex Gregorio Turonenſi lib. 9. cap. 21. ſucurrit Maſſilienſibus lue dira, & peſte vaſtatis Deum infenſum pacare docens oratione in Eccleſia habita, & diutina continentia, vt nihil niſi panem hordaceum cum aqua munda ſumerent, vigilarent frequenti prece, & mulier præbens in aqua fimbrias indumenti regalis, quaſdam abſtulit, reſtituit filio quartana laboranti ſalutem, & laruas aufugiſſe ab eo auctor eſt Gregorius dicto loco, & declaraſſe crimina.*

11 *Qui Reges morbis remedium adhibeant.*

Et Dio li. 53. refert Agripã ſanaſſe a morbo grauiſsimos annulo tradito ab Octauio Auguſto, ꝙ adducit teſtimoniũ Renatus Chopinus lib. 2. tit. 9. nu. 8. de domanio Frãciæ. Plutarchus in vita Pyrri Regis Epirotarum recitat. *Splene laborãtibus medebatur Galli ſacrificio albi facto, et reſupinis iacẽtibus dextro pede preſſis, nec quiſquã adeo Vilis, aut adeò pauper erat, cui huiuſmodi auxiliũ poſtulãti denegaret.*

12 *Reges Angliæ ſalutem conferũt ſtrumoſis, & comitiali morbo laborantibus.*

Et idẽ Forcatulus li. 7. ex Polydoro Virgilio lib. 8. fol. 143. Angliçe hyſtoriç recitat Reges Angliç ſtrumis, & comitiali morbo laborãtibꝰ ſalutẽ cõferre, ꝙ patet ex illius verbis, vbi agit de Edouardo Rege Angliæ. *Solebat rex Edouardus diuinitꝰ ſolo tactu ſanare ſtrumoſos, hoc eſt, ſtrumã patiẽtes: eſt enim ſtruma morbꝰ, quẽ Itali ſcrophulã vulgo vocãt, a ſcrophis, quæ ea mala ſcabie afflictãtur, id eſt humor, in quo ſubtꝰ cõcretæ quædã ex pure et ſãguine, quaſi glãdulæ oriũtur, ac vt plurimũ per pectꝰ, et guttur ſerpit. Quod quidẽ immortale munꝰ, iure quaſi hæreditario, ad poſteriores reges manauit, nã reges Angliæ etiã nũc tactu, ac quibuſdã hymnis nõ ſine cærimonijs priꝰ recitatis, ſtrumoſos ſanãt. His diuinis indicijs Edouardꝰ Deo lõgè chariſſimꝰ effectus, iã vigeſimũ quartũ prope annũ regnarat, cũ ei, vt cõſtãs fama eſt, allatꝰ fuit à quibuſdã Hieroſolymis veniẽtibꝰ annullꝰ, quẽ ipſe diu antea pauperi clã dederat, qui pro amore, quẽ erga diuũ Ioannẽ euãgeliſtã habebat, eleemoſynã petierat. Sic ijs diuinis monitis mors regis annũ*





*tiata eſt, qui haud multo poſt morbo affectꝰ, per quietẽ à Deo optimo maximo illud ipſũ edoctꝰ animã cælo rediddit, poſt annũ quã regnare cœperat, quartum & vigeſimum. Sepultus eſt in templo Vueſt monaſterij, ac breui poſt tempore inter diuuos relatus. Ille annulus in eodẽ templo, multa veneratione perdiu eſt ſeruatus, quôd ſalutaris eſſet membris ſtupentibus, valeretq; aduerſus comitialem morbum, cùm tangeretur ab illis, qui eiuſmodi tentarentur morbis. Hinc natum, vt reges poſtea Angliæ conſueuerint in die paraſceues, multa cærimonia ſacrare annulos, quos qui induunt, hiſce in morbis omnino nunquam ſunt.* Quod cõfirmat Renatus Chopinus lib. 2. de domanio Franciç tit. 9. nu. 8. eam autem annuli virtutem ex eo eueniſſe quidam aſſerunt, quod Ioſeph ab Arimathia Angliæ hoſpes, & patronus expellebat Dæmones ex corporibus hominũ, aliaſq; veneni ęgritudines ſanabat herbis ex fontibus librorum Salomonis cognitis, cũ tempore Ioſephi ab Arimathia, & Ioſephi hyſtorici adhuc vigeret memoria herbarum, quibus expelleretur Dæmones per annulos, vt auctor eſt Ioſephus lib. 8. cap. 2. hiſce verbis de Salomone loquens. *Quin & eam artẽ diuinitus cõſecutus eſt ad vtilitatẽ & medelã hominũ, quæ aduerſus dæmones eſt efficax. Incantationes enim cõpoſuit, quibus morbi pelluntur: & coniurationũ modos ſcriptos reliquit, quibus cedẽtes dæmones ita fugãtur, vt in poſterũ nunquã reuerti audeant: atq; hoc ſanationis genꝰ nũc vſquè plurimũ apud noſtrates pollet. Vidi enim ex popularibus meis quendam Eleazarum, in præſentia Veſpaſiani & filiorum & tribunorum reliquorumq; militum, multos arrepticios percurantem. Modus verò curationis erãt hic. Admoto naribus dæmoniaci annulo, ſub cuius ſigillo incluſa erat radicis ſpecies â Salomone indicatæ, ad eius olfactum per naſum extrahebatur dæmonium: & collapſo mox homine, adiurabat id, ne amplius rediret, Salomonis interim mentionem faciens, & incantationes ab illo inuentas recitans. Volens inde Elezarus his qui aderant oſtendere ſuæ artis efficaciam, non longè inde ponebat poculum aut pelubrum aqua plenum, imperabatquè dæmonio hominem exeunti vt his ſubuerſis ſignũ daret ſpectantibus quod reliquiſſet hominẽ.* Et Hiberni hoc habẽt ſingulare beneficiũ â Ioſepho ab Arimathia collatũ, ꝙ nullũ eſt animal venenoſũ in prouincia illa, immo terra ex illa ad alias regiones adducta liberat ab his animalibus veneno infectis, ꝙ quidã tribuũt ex eos ꝙ herba, & radices â Salomone demõſtratas adduxerit, quibus omnẽ regionẽ liberauit hoc dãno. Sed ego nõ ſapiẽtię Salomonis, nec herbis abeo edoctis, ſed ſanctitati eximiæ Ioſeph Arimathia tribuendum cenſeo.

13 *Rex Hiſpaniæ ſtrumas ſanat, expellitq; dæmones.*

Hoc autem ægros ſanandi immortale munus diuinitus collatum eſt â Deo optimo maximo etiam Regibus Hiſpaniæ, nam Reges Aragoniæ ægrotis morbo ſtrummarum ſalutem contuliſſe auctor eſt Beuter lib.2.c.50. Et quod Reges Hiſpaniæ ſigno crucis expellerent Dæmonia notat Caſſaneus in cathalogo gloriæ mundi.5.parti conſi 1. verſi. prouiſum etiam eſt â Deo, & Carolus Tapia in Rub. de conſtitutionibus Principum capit.1 nu.3.

14 *Reges Franciæ inter diuos relati.*

Addunt Galli ſibi ſolis hanc gloriam tribuentes, q̄ ex Regibus nulla alia natio habet inter diuuos Reges relatos niſi Gallia vt Carolus Graſalius regaliũ Frãciæ iure.3.li.1.memorat cx Carolo magno, Dagoberto, & diuuo Lodouico, ſed & Angli habent Regem Edouardum, qui miraculis claret, & canonizatus eſt ex Polidoro Virgilio lib. 8. Anglicæ hiſtoriæ, & alijs, vt ſupra retulimus, & Carolus magnus, Dagobertuſquè, qui merito vt ſancti venerantur non ſunt canonizati, nec Carolus magnus Gallus, ſed Germãnus fuit: ſed diuus Lodouicus tãtum ſanctus eueniẽs ex inſtitutione, & doctrina, qua eum educauit Blanca eius mater, dum paruulus in regno ſuccederet filia Regis Alphõſi. VIII. ſeu ix Caſtellæ, qui in bello memorabili de las Nauas de Toloſa victoram obtinuit, vt ex eius hyſtoria, & omnium Gallorum Guaguini, Pauli Æmilij, Maſſonij, Nãgij, Gillij, & Domini de Ionuila patet in diuuo Lodouico.

15 *Angli, & Hiſpani habent Reges ſanctos.*

Item & regnis Hiſpaniæ, in Caſtellæ Aragonię, Luſitanię prouincijs plures Reges ſanctitate florentes extiterunt, vt Hermenegildus Princeps Hiſpanię martyrio pro fide tuenda coronatus, & canonizatus ex omnibus Hiſpanis hyſtoricis *i* & Gallis: & tandẽ beatus Gregorius Papa dialogo.3.cap.31. id celebrat, & refertur in decreto Gratiani.c. cœpit Hermenegildus.24.q.1. ex regioq; ſanguine extitere ſancti excellentes Theodoſia coniux Regis Leouuigildi patris ſancti Hermenegildi, & mater eius martyris, & ſanct⁹ Iſidorus Hiſpalenſis preſul, ſanctus Fulgentius ſanctus Leander Hiſpalenſis, ſancta Florentia, quorũ mentionem facit Morales lib. 12.c.5. Item & Rech
aredum ſanctum fuiſſe Regem confirmat Innocentius Papa cap. maiores. §. item quæritur de baptiſmo, & Siſebutum, Vuambam, Pelagium, & Regem Alphonſum catholicum, in cuius obitu voces Angelorum auditæ ſunt canentium antiphonam. *Ecce quo*

*i Rodericus lib.2.c.14. Anacephaleoſis c.26. Gregorius Turonenſis lib.9.c.64 S. Antoninus.2 p. tit.12.c.1. Morales li.11.c.67. Freculphus li.2 lt. in chronico Frãciæ.c.25. Monarchia lib.18.c.2. Varonius in martyrologio die 14. Aprilis, & Beda.*



*que modo tollitur iuſtus, & erit in pace memoria eius.* Vt Sebaſtianus Epiſcopus Salmanticenſis auctor ei æquati ſinſtimus affirmat, *K* & alij. Et de Rege Ferdinãdo, qui Hiſpalim recuperauit, quod ſanctus eſſet omnes aſſerunt, & Garibay libr.13.c.6. & de Alphonſo octauo in eius obitu, vt diximus, manauit fons aquarum tribus diebus in altari diuui Iſidori ex lapidibus viuis: & de Rege Ferdinando primo ex reuelationibus notant Rodericus lib.6.cap.14. Anacephaleoſis c.74. & de Carolo quinto Imperatore reuelatum eſt ſanctis, quod eius anima ſalua facta fuit, cum regnũ, & omnia propter quietem Dei reliquerit poſt victorias aduerſus turcas plures partas, & 52. Reges Caſtellæ finem ſanctum habuiſſe refert Bozzius de ſignis Eccleſiæ lib.20. ſigno.89. ca.8. Zeruera diſcurſo.3.cap.16. de obitu Philippi ſecũdi & Aragoniæ Petrus catholicus, Inicus Ariſta ex Zurita in eis.

*K Rodericus lib.4. c.5. Anacephaleoſis c.47. Vaſeus anno 376. Morales li. 13 c.14 Mariana lib.7. de rebus Hiſpaniæ. cap.4.*

16 *Cognomen magni.*

Addunt Reges magnos cognominatos habuiſſe Gallos, vt Carolum magnum diuiſſum ab alijs, qui Caroli mani abſque litera g. dicũtur: ſed & Hiſpaniæ fuerunt Ferdinandus magnus ex Garibay lib.11. cap.1. Genebrardo libr. 4. anno. 1031. & Vaſeo eo anno, & omnibus hyſtoricis, & Alphonſus magnus dictus Alphonſus tertius Morales lib. 15. cap.1. Garibay libr.9. cap. 20. Sanctiuſquê magnus dictus Rex Caſtellæ, Aragoniæ, & Nauarræ Zurita libr.1.cap.13. & Petrus magnus Rex Aragoniæ Zurita lib. 4. c. 1. & alij. Et Carolo quinto Regi Hiſpaniarum cognomen â Paulo tertio non ſolum magni, ſed maximi, & fortiſsimi inditum eſt in diplomate, anno 1547. vt habes in cap. 19. in fine num.92. ex Natali Comite hyſtoria ſui temporis libr. 13. folio. 55.

17 *Carolus. V. non ſolũ magnus, ſed maximus dict⁹.*

(?)

 CAPVT

# CAPVT DECIMVM Septimum, quo agitur deberi Regibus Hiſpaniæ primam ſedem ab Eccleſia ex titulo, & iure Regni Iheroſolymitani.

(⁂)

1 *Quod regnũ Iheroſolymitanum primũ locum in Eccleſia temporalẽ obtineat.*

AVCTORES Ipſi Galli côcedunt Regi Iheroſolymitano primum temporalem ab Eccleſia in eius pompis ſolemnibus, & locis publicis deberi locum, & ſedem, vt *a* Corſetus, Carolus Graſalius, & alij notant ideo debitã eſſe primã ſedẽ Regi Galliæ aſſerentes, quod titulum, eius habeat regni. Sed quamuis antecedens, quod regno Iheroſolymitano debeatur prima ſedes, concedamus, cum ibidem Chriſtus prædicauerit, cum hominibus conſuetudinem, & colloquium habuerit, fidem ſeminauerit, Apoſtolos elegerit, ex quorum doctrina, & miſsione cæteræ nationes, vt ex fonte ſuſceperint fidem, ibidemquê lex Euangelica ſit inſtituta, & fundata ſanguine Chriſti glorioſsiſsimo, tamen conſequens, quod titulus & ius eius regni pertineat ad Regem Galliæ negamus, cum potius ex eo titulo, & iure Regi Hiſpaniarum debito, & poſeſſo primus ei debeatur iure locus.

*a Corſſetus de poteſtate Regia quæſt. 14 & 21. Albericus Rub. ff. de ſtatu homi num Aluarotus. c. 1 quis dicatur dux Carolus Graſalius Regalium Franciæ lib. 1. iure. 1. Bart. l. is quod apud hoſtes de legat. 1.*

2 *Regi Hiſpaniæ cõpetit titulus, et ius regni Iheroſolymitani.*

Primo quod Rex Hiſpaniæ ſit in poſeſsione eius tituli, & iuris certũ eſt, cum quotiens Pontifices ſummi ſcribunt Regibus Hiſpaniæ, vt Carolo. V. Imperatori glorioſsiſsimo, & Philippo. II. catholico, & noſtro tertio vel dirigunt executoriales, vel litteras apoſtolicas tam ipſi, quam Rotæ, vel cancellariæ apoſtolicæ iudices ſemper Reges Hiſpaniæ vocant Reges Iheruſalem, non autem Reges Galliæ, vt id experimur re, & facto. Secundo ab ouo, vt dicitur, initiũ faciendo explorati iuris eſt regnum Iheroſolymitanum ad Iolantem quam alij Violantem appellant, pertinuiſſe filiam Ioannis â Brena Regis Iheroſolymitani ex ſtirpe & genealogia Goffredi primi regis Chriſtiani ita ratiocinãdo, nã diligentia, & pio zelo Petri heremite Morina ciuitate apud Belgas anti accidit, qui cum profectus eſſet ad ſanctũ ſepulchrũ cernens quã crudeliter, quam auare Chriſtianis impera

3 *Linea Regũ Iheroſolymitanorum.*



perarctur, quod extremam per omnia vitam agerent, ipſaq; tẽpla ad ſcelus, ludibriumquê parere ægrê ferẽs tantam indignitatem ex Oriente peruenit arguens Chriſtianos Principes, qui occupati vanis in rebus hanc ſui temporis labem ferrent; & eius diligentia, & hortatione Vrbanus Pontifex Claramonte Galliæ vrbe concilium congregauit anno milleſsimo nonageſsimo quarto, quo expeditio decreta eſt ad expugnandam terram, prouinciamquê Iheroſolymitanam vt Chriſtiani ab infima, & infœlici ſeruitute liberarentur, & illa ciuitas ſancta veneraretur *b* â catholicis, quam infideles occupabant & cum plures Principes Chriſtiani vnirentur, vrbs, & prouincia a Chriſtianis debellata eſt, eiſquê tradita expulſis infidelibus, & tunc titulus Regis Iheroſolymitani Godofro Bullon tributus eſt eo renunciato â Roberto duce Normandiæ filio Guillelmi Regis Angliæ; eo quod mortuo Guillelmo abſquê liberis ad eum regnũ Angliæ delatum eſt iure, & Gofredo Bullõ ſuceſsit Balduinus frater Germanus eius ex ſancto Antonino. §. 9. c. 13 tit. 16. ſecunda part. hyſtoriæ, & relatis in margine, & §. 11. proſequitur lineam cæterorum Regum, nam Valduino primo ſucceſsit Valduinus ſecundus propinquus ſanguine Gofredi Bullon, & Valduini primi fratris ſui, & ei electione habita ſucceſsit, dum abeſſet Euſtacius Comes Bononiẽſis frater Grofredi Bullon, qui ignorans, & inſcius an Rex electus eſſet decreuerat expeditionem vltra mare facere pro ſucceſsione ei debita, ſed poſt quam comperta ei fit Brunduſiæ electio conſanguinei magis viſum fuit deſiſtere, cum potius expediret bono publico, & quieti vniuerſali, vt conſeruaretur regnum Iheroſolymitanum, & augeretur, quam vt debilitarentur vires in bellis ciuilibus. Valduino *c* ſecũdo ſucedit Meliſenda maior ex puellis, quæ nupſit Fulconi Comiti Andegauenſi, & alia minor ætate ſoror cõiuncta eſt matrimonio cum Boemundo Principe Antiochiæ. Fulconi ſucceſsit Valduinus tertius filius eius, & illi Amalaricus *d* filius, ſeu frater ex aliquorum opinione, cui hæres extitit Valduinus quartus filius, & illius Valduinus *e* quintus filius ſybillæ ſororis, quæ primo nupſit Guillelmo Marchioni Monteferrato, & ſecũdo Guidoni Luginiano ex ſtirpe Regia Galliæ ex ſancto *f* Antonino, & alia ſybille ſoror Elyſa nomine maritum habuit Honfredum Turonenſem

*b Guillelmus Tyrius lib. 1. c. 17. de bello ſacro Blondus decade. 2. libr. 4. ab anno 1095. cum alijs de Roma triumphante Carolus ſigonius de regnõ Italiæ li 9. in Rege Cõrrado anno 1094. cum alijs S. Antonin⁹. 2. p. hyſtoriæ c. 2. ti. 16. c. 3 § 7. ſabelicus lib. 5. decade. 1. Benedictus Scoltus de Bello contra Barbaros â Chriſtianis geſto pro Chriſti ſepulchro. Chriſtianus Maſſe lib. 16. Platina, & Papyrius Maſſonius in Vrbano Papa. Monarchia lib. 20. c. 8. & 9. Benedictus de Aceoltis. Aretinus de bello contra Barbaros lib. 1.*

*c S. Anton. 2. p. tit. 17. c. 6 §. 3. Paulus Æmilius lib. 6. hyſtoriæ Francorũ Monarchia li. 20. c. 15. hyſtoriæ.*

*d S. Anton. 2. p. tit. 16 c. 13 § fi. & tit. 17. c. 7. § 1. Monarchia li. 20. c. 16. §. fi.*

*e S. Anto. d. c 13. § fi. et tit. 17. c. 9. §. 4 et Vlt. c. 28. & c. 29. §. 1.*

*f S Anton. dicto. c. 13 §. fin. & tit. 17. c. 9. Monarchia dicto lib. 20. c. 9. §. 2.*

Valduino quinto ſucceſsit mater Sybilla, & ſecundus eius maritus Guido Lugſinianus, cuius ſæculo, cũ ab anno. 1099. Iheroſolyma poſsideretur à Chriſtianis per. 88 ſeu. 89. annos capta fuit per Soladinum anno 1187. & anno 1217. ad expugnandam, & recupetãdam reuerſi ſunt Duces Bauieræ, & Auſtriæ, & Rex Hungariæ Andreas adimplens votum â patre emiſſum eam expeditionem aggrediendi, cuius fit mentio in decretalibus cap. licet de voto, eoquê tempore omnium conſenſu titulus regni Iheroſolymitani cõceſſus eſt Ioanni Brenæ duci Viennæ in Gallia, & in Tyro vrbe coronam ſuſcepit, eo quod eſſet ex ſtirpe Gofredi de Bullon ipſe, & ſucceſsio pertineret etiã vxori filiæ Elyſſæ ex primo marito Conrrado Marchione Montisferrati, in cuius ditione Sybilla, *g* vt ſupra diximus, primo nupſit, & Elyſſa ſoror Honfredo Turonenſi. Poſtea cum ſpes ſumma eſſet conſequendi regnum ex ſeditione orta inter Ioannem â Brena, qui contendebat ſtatim expugnandam vrbẽ Iheroſolymitanam abſquè alia pugna, donec recuperaretur, & legatum Pontificis Honorij Cardinalem Pelagium, qui expugnandas prius ciuitates Ægipti aſſeruit, eamquè ſexaginta millia militum ſecuti ſunt cenſuris prolatis aduerſus eos, qui id non facerent, qua diſcordia excitata deſperatus Ioannes â Brena relicta ditione, quam in Syria obtinebat in adminiſtratione conſtituta Italiam reuerſus eſt, vt auxilium â Pontifice, & Regibus Chriſtianis peteret, cumquè eo tempore Federicus Imperator Rex Siciliæ, Neapolitanuſquê opione, & dexteritate in bello, fortitudinequê excelleret ad expeditionem ſancti belli ad eum occurrit conciliatione eius facta cum Papa Honorio. cum quo diſſenſio erat, & vt vinculum fortius, & ſtrictiꝰ eſſet vxorem illi conceſsit filiam Yolantẽ, nuptijs Romæ celebratis, pollicituſquè eſt Federicus intra biennium ſe profecturum Iheroſolymam ad eã expugnãdam, tuncquê Ioannes Brena omne ius, quod ad regnum Iheroſolymitanum, & partes Suriæ habebat, in eum trãſtulit, vt vnitum maneret regnis Neapolitano, & Siciliæ, quod factum eſt Regis ad vitam permanente ei tiulo auctoritate Papæ Honorij. Qua re perfecta ad Cõpoſtellanam Eccleſiam vt corpus beati Iacobi coleret vt peregrinus profectus eſt, & in regnis Caſtellæ ſecundo nupſit Berenguelæ filię Regis Alphonſi decimi Legionẽſis, & ita eſt vnio Sicilię

4 *Ad textum. c licet de voto, de voto Regis Hungariæ.*

5 *Tituꝰ regni Iheroſolymitani Siciliæ regno, & Neapolitano vnitus eſt.*

*g Sanctus Antoninus 3. p. tit. 19. c. 3. §. 1. Monarchia lib. 21. c. 30. §. 4. & 5. & c. 31.*



Sicilię vtriuſquê facta, & regni Iheroſolymitani, & Rex Iheroſolymitanus Federicus eſt appellatus, vt litteris apoſtolicis, & teſtimonio Gregorij Pontificis ſcribit Carolus Sigonius de regno Italiæ lib. 17. anno. 1223. in tertio tomo, & omnes hyſtorici in eo conueniunt duabus Sicilijs Tinacrijs, *h* vt ſunt regna Siciliæ, & Neapolitanum, vnitum regnum Iheroſolymitanum eo iure, & quamuis ſanctus Antoninus tertia part. hyſtoriæ tit. 19. cap. 3. §. 5. Federicum accuſat, quod votum expeditionis non implêuerit, Blõdus aſſerit relatus in margine quod incœpit bellum, & Pandolfus Colenucius lib. 4. c. 6. quod anno. 1227. apparatum inſtituit licet nõ perfecerit & anno 1228. expeditionem fecit, & anno 1229. recuperauit Iheroſolymam concordia cum Soldane per decem annos facta, coronamquê regni ſuſcepit, idemquê Sigonius li. 17. de regno Italiæ anno 1227. & 1228. & 1229. affirmat, & idem ſanctus Antoninus titul. 19. cap. 4. §. 1. confirmat notam Federico imponens, quod ſecũdam expeditionem abſquê Pontificis conſultatione fecerit, pacemquê cum Soldane, non vt decebat, conciliauerit, cum ſepulchrum ſanctum apud infideles maneret.

6 Cum ex annalibus, & chronicis conſtet hoc initiũ, & originem extitiſſe, vt titulus regni Iheroſolymitani annexus, & vnitus eſſet vtriquê Sicilię, reliquum eſt declarare qua de cauſa regnum Siciliæ, & Neapolitanum Regibus Hiſpanię competat, quod ex hyſtorijs Siciliæ, & Neapoli facile eſt inueſtigare eas euoluendo â Federico Imperatore, cui ſucceſsit Conrradus ex eo & Iolante, ſeu Violante ſecunda vxore filia Ioannis Brenæ natus cum Iordanus obijſſet antea, vt ſanctus Antoninus ſupra memorat. Conrradus autem decedens abſquê liberis Corradinũ filium fratris Hẽrrici, qui primonatus erat ex Federico, & in vinculis deceſsit in vita patris inſtituit & quia Corradinꝰ eſſet impubes tenerę ętatis & in Germania maneret Manfredum filium ſpuriũ Federici tutorem ei, & in Neapolitano regno reliquit adminiſtratorẽ, vt hanc lineam deſcribunt Pandolfus Colenucius, Angelus Conſtanzzus in hyſtoria Neapolitana, & Tarcagnota, infortunius, Blonduſquê Alexander ſcultetus inchronologia, quamuis Monarchia Pinedæ lib. 26. cap. 5. ſcribat Corradinum filium fuiſſe Corradi, et Margaritæ Auſtriacæ vxoris, et Martinus Vicianus

*h Platina in Honorio 3. Blondus lib. 7 de cade 2. ãno 1226 Albertus Krantziꝰ lib. 7. Saxoniæ. c. 39 Pandolphus Colenutius in compendio regni Neapolitani lib. 4. cap. 5. Monarchia li. 21. c. 31. Tarcagnota 3. to. fol. 148. & 152. Infortunio fol. 89. hyſtoriæ.*

*Genealogia ab Imperatore Federico, ex qua ad reges hiſpaniæ ius regni Iheroſolymitani pertinet.*

nus in lib.3.chronicæ Valentinæ Manfredum legiti-
mum filium Federici narret, cum ex ancilla nothum,
& ſceleratum appellet Hugonis Falcandi de rebus Si
ciliæ proemium. Cum vero Manfredus tutoris nomi-
ne relicto Regis propij vellet aſſequi, & vi occupa-
uerit regnum Neapolitanũ Pontifices Alex.4. Vrba
nus quartus. Clemẽs quart⁹, ex Platina in eorum vita
inueſtituram regni Neapolitani Caroli duci Ande
gauenſi fratri Regis Galliç diui Lodouici conceſſe-
runt, qui non ſolum Manfredum à regno expulit, ſed
Conradinum adoleſcentem, qui ad recuperandum
regnũ ſibi iure delatum profectus erat, cœpit, in vin-
culaquẽ coniecit, & immanitate fera ab omnibuſquẽ
ſcriptoribus reprehenſa, vniuerſaliq; omnium dolo-
re, & gemitu iuuenem charum omnibus in flore æta-
tis, quę ſpecimen pręhebat ſummę virtutis, capite trũ
cari fecit ſimul cum Duce Auſtriæ pulchro, & gene-
roſo, omnibus naturæ dotibus cumulatiſsimẽ orna-
to adoleſcente Corradini ſocio, cũ vterq; eſſet ex illa
inclyta, & nobiliſsima ſupra omnes Sueuię familia vt
radice, ex qua tot Imperatorũ rami Regum, & Heroũ
procedunt, deſcendens ex linea maſculina, & fœme-
nina ex generoſis Clodoueis, & Pipinis : ſed licet
Corradinus omnium adſtantium, & viuentium ea ęta
te moerore, & lacrymis decederet, non extinctũ om-
nino eius ius fuit, nam vt refert Pãdolfus Colenucius
à Peſaro lib.4.c.22. in compendio regni Neapolitani
eo tempore, quo ei atrox, & violenta mors inferebatur,
alta voce protulit, quod Carolus Andegauenſis
crudeliter, tyranoquẽ iure, & iniuſto quia recupera
re regnum naturalem, & propriam hæreditatem con
tendebat, eum vita priuauat, cum Rex aduerſus Re-
gem ęqualem dignitate ius non haberet : ſed quia
non vt Rex ſed vt tyrannus id efficiebat, Deum vlto
rem poſcebat, in quo fiducia poſita erat, qua propin-
qui eius necis adeó ſeuæ vltores eſſent, & chirotecã
ex manu iecit ad populum in ſignum inueſtituræ alta
voce clamans, quod regnum, & hęreditatem relinque
bat Federico Caſtellæ filio amitæ ſuæ, vt Aeneas Syl
uius, qui poſtea Papa Pius extitit, ſcribit in hyſtoria
quam edidit, quod illam chirotecam ſeruauit quidam
nobilis equeſtris ordinis ex circunſtantibus, & Regi
Aragoniæ Petro tradidit.

Neapolitano, & Siciliæ regnis à Carolo Andega
uenſi expugnatis iugum Gallorum à ſe expellentes
Sici-



Siciliani viri Petrum Aragonenſem maritum Con-
ſtantiæ filiæ Manfredi in auxilium vocantes ei tradi-
derunt Pontificis ſuaſione regnum, vt proemium Hu
gonis Falcandi de rebus Siciliæ aſſerit, & ei inducijs
habitis cum Carolo Andegauenſi ſucceſsit Federi-
cus filius, ita vt Siciliæ regnum apud Aragonenſem
familiam, & Neapolitanum apud Gallos maneret; &

8 *Linea regũ Siciliæ.*

ideo regnum Siciliæ in regia ſtirpe Aragonenſi cõti
nuatum eſt, i ita Federico hæres filius Petrus exti- *i Monarchia Pinedæ lib.26.c.6.*
tit in regno, & Petro gnatus Lodouicus, & Lodoui-
co fratres eius Federicus tertius qui nupſit Conſtan-
tiæ filiæ Regis Aragoniæ Petri, & illi ſucceſsit Ma-
ria filia, quam duxit in vxorem Martinus filius alterius
Martini fratris Ioannis Regis Aragoniæ, Martinuſ-
que defectu Federici filij regnum moderatus eſt, nu-
pſitque Blancæ filiæ Regis Nauarræ, & ſucceſsit de
inde Martinus pater eius Rex Aragoniæ, & illi ſuc-
ceſſor extitit Ferdinandus nepos ex fratre in Siciliç,
& Aragonię regnis, & ei Alphonſus. V. magnani-
mus cognomine, qui vtranquẽ Siciliam vltra, & citra
Pharum coniunxit, & ita copulata ſunt regna Neapo
litanum, & Siciliç, & cum à tẽpore, quo ſeparata ſunt
narratus ſit ordo ſuccedendi in regno Siciliæ, de reg-
no Neapolitano agendum erit.

9 *Linea regũ Neapolitanorum.*

Neapolitanum autem regnum, cum Carolus Ande
gauenſis teneret, reliquit in eo ſucceſſorem Robertũ
filium tertio loco natum alijs primis in vita eius dece
dentibus, & cum lis ageretur à Carolo nepote ex Ca
rolo Martello primogenito, qui repreſentans patrẽ
maiorem natu ſuccederẽ contendebat cum Rober-
to, pro quo cõſuluit in celebri quæſtione de patruo, &
nepote inſignis ille iuriſconſultus Bartholomeus à
Capua ex Angelo Conſtanzzo in principio lib.5. hy
ſtoriæ, & Pandolfo Colenucio lib.5.c.7. cuius editio
vitium habet dum legitur, quod conſuluit pro Rober
to Baldus, cum fuerit cõſulens Bartholomeus Capua,
& tandem ob publicam regni vtilitatem obtinuit Ro
bertus, qui regnauit poſt obitum Caroli patris Nea-
poli, & Roberto ſucceſsit Regina Ioanna prima nep-
tis, quæ adoptauit in filium dum deficerent liberi Lo
douicum ducem Andegauenſem, ſed Vrbanus ſextus
Pontifex regno priuauit eam, & inueſtiturã eius con
ceſsit Carolo Durazzo qui regnum obtinuit ei in ſuc
ceſsit Otho Ladiſlaus Bonifacio nono Pontifice ad
iuuante, & illi Ioanna ſecunda ſoror, quæ vidua erat
mari-

marito Guillelmo duce Auſtriæ defuncto, quæ adoptauit Alphonſum quintũ Aragonenſem ei tradens regna Neapolitanum, & Siciliæ; quæ ipſe obtinebat, & in eo coniuncta regna manſerunt id confirmãte Martino quinto Pontifice, vt ſcribunt Zurita annalium Aragoniæ lib. 13. cap. 6. & 7. Pandolfus Collenucius in compendio regni Neapolitani lib. 5. c. 20. & quamuis poſtea conceſſerit Lodouico duci Andegauenſi, tamen iterum adoptionem Lodouici inutilem declarauit, & confirmauit anno 1423. adoptionẽ Alphonſi ex Iheronymo Zurita lib. 13. cap. 7. & cap. 16. & 17. & 19. & libr. 14. cap. 12. Pandolfo Collenucio. cap. 22. ex qua variatione decernenda cauſa tam lite iudicibus nominatis relicta eſt, vt Zurita aduertit lib. 14. cap. 12. 37. & 38. quam etiam bello quo Alphonſus regnum Neapolitanum obtinuit ſuperatis Lodouico, & Renato ducibus Andegauenſibus; cui anno 1443. inueſtituram Neapolitani regni conceſſit Eugenius Papa coniungens vtramquê Siciliam in Alphonſo quinto ex Zurita libr. 15. capit. 18. & 32. Bartholomeo Facio de rebus geſtis ab Alphonſo. V. Neapolitano Rege: & Alphõſo quinto ſucceſsit Ferdinãdus eius filius ſpurius â patre nominatus, cui Papa Pius ſecundus in regno vtriuſquè Siciliæ coronã conceſsit, & illi ſucceſsit Alphõſus ſecũdus Rex Neapolitanus filius, cui coronam, & inueſtituram conceſſit Alexãder ſextus Pontifex, qui regnum Ferdinando filio reliquit, cum ad illud expugnãdum pergeret Carolus octauus Rex Franciæ, & bello excitato Ferdinandus auxilio catholici Regis Hiſpaniarum Ferdinandi, & illius ducis cognomento magni Gũdiſalui Fernandez â Cordoua defendit regnum. Et Ferdinando ſucceſsit Federicus patruus eius, quem auxilio Regis Catholici Ferdinandi â regno expulit Lodouicus vndecimus Galliarum Rex diuiſione auctoritate Alexandri ſexti facta, vt inueſtitura regni Neapolitani, & Iheroſolymitani Regi Franciæ concederetur, & Calabria, & Apulia Regi catholico manerẽt cum Rex Siciliæ eſſet legitimus, quod ita intelligeretur, vt ius ſaluum remaneret Regi, ex iure Alphonſi patrui, quod ſibi & deſcendentibus, & in defectu eorum tranſuerſalibus competeret ad regnum Neapolitanum conſequendum vt conceſſerat Eugenius Papa ex Zurita lib. 4. cap. 43. in hyſtoria Regum catholicorum, poſtea autem diſſenſione eueniente expugnatũ eſt



eſt â Rege catholico regnum Neapolitanum, eaquẽ facta eſt expugnatio quia fœdera, & conditiones non ſeruauit Rex Franciæ: ſed bellum intulit Regi catholico in comitatu Roſellon, vt notat Petrus Mexia libr. 1. cap. 3. in hiſtoria Caroli quinti quod conſecutus eſt diligentia, & fortitudine magni ducis Gundiſaluui Ferdinandez â Cotdoba, & facta fuit inueſtitura vtriuſquè Siciliæ Tinacriæ, & Iheroſolymitani regni â Pontifice maximo Iulio ſecundo, ex Zurita libr. 9. capit. 11. Regum catholicorum, & Huberto Goltzio genealogiam ſcribẽte, & Ferdinando Catholico ſucceſsit filia eius Regina Ioanna, & ei gnatus Carolus quintus Imperator, cui Catholicus Philippus ſecundus filius extitit ſucceſſor, & ei Philippus tertius catholicus, & maximus, qui diu regnet, & fœliciter, cui duobus titulis, & iuribus ſanguinis pertinet ſucceſsio tam ex linea legitima Alphonſi Regis Neapolitani, cui regnum ſibi poſteris, & tranſuerſalibus conceſſum erat fœudi iure, quam ex linea Federici iniuſte priuati, & Ferdinandi filij ducis Calabriæ, qui obijt dum vicerex in Valentina ciuitate eſſet, tum etiam ex inueſtitura Pontificum, & Iulij. II. qui declarauit, vt Zurita, c. 11. lib. 9. Regũ catholicorum aduertit cauſſas legitimas inueſtituræ. & priuationis Regũ Franciẹ, cũ nec cõditiones fœudi, nec iuramentũ fidelitatis ſeruaſſet, quãuis Andreas Palladiꝰ, & alij auctores fauẽtes Gallis aliũ ordinẽ ſeruẽt in ſucceſsione narrãda.

9 *Reſpondetur obiectioni regum Frãciæ.*

Nec ſupra dicto iuri â Pontificibus probato, & confirmato & in rem iudicatã tranſacto obſtare poteſt, ꝙ â Regibus Francorom obijci ſolet, tum ꝙ Põtifices inueſtituram conceſſerunt Carolo Andegauenſi regni Neapolitani, & Iheroſolymitani ꝙ poſtea auferri abſq; cauſa non potuit ex reg. id quod noſtrũ eſt ſine cauſa noſtra â nobis auferri nõ poteſt, tũ etiã ꝙ eidẽ Carolo alia via titulus regni Iheroſolymitani â Pontificibus conceſſus eſt, cũ ſub ditione Turcarũ eſſet, vt notãt Bart. l. id ꝙ apud hoſtes delegat. 1. Carolus Craſſalus lib. 1. regaliũ Franciẹ iure. 1. cauſa autẽ ex hiſtorijs ea videtur ꝙ anno 1276. Maria filia Principis Antiochiæ reſignauit ius ei competẽs ad regnũ Iheroſolymitanũ in Carolum Andegauẽſem ex quo coronã ſuſcepit, ad Syriamq; miſsit gubernatorẽ Roggierũ â ſancto Seuerino, qui miniſtros nomine Caroli elegit, & fidelitatis iuramentum â vaſallis recepit auxilio

Albertini Moureſini Veneti in Acrenſi vrbe, quo iure etiam Pandolfus Collenucius in compendio Neapolitani regni libr. 5. cap. 1. affirmat regno Neapolitano ius regni Iheroſolymitani competere, fatetur tamen quod nunquam inuenire potuit euolutis hyſtorijs quo iure ad Mariam regnum Iheroſolymitanum pertineret, & Angelus Conſtanzzus libr. 2. fol. 29. in Hiſtoria Neapolitana ſolum aſſerit, quod Regina Iheruſalem quæ adhuc Anthiochiam moderabatur, auxilium â Pontifice petens, ad recuperandam ſanctā regionem omni ſolemnitate adhibita ius ſuum Carolo conceſsit, non tamen nominat Mariā, nec Reginam, quæ tunc erat, neq; quo titulo, & iure, & quia Ioanna ſecunda poſtea Lodouicum Andegauenſem adoptauit, Reges Galliæ ius ad Neapolitanum regnum ſimul cum Iheroſolymitano ſibi cōpetere contendunt.

Sed dictis obiectionibus ſatisfieri poteſt. Primo quod Pontifex nunquam Corradino legitimo ſucceſſori Neapolitano abſtulit ius regni, nec illo priuauit, ſed Manfredum ſolum declarauit priuatum: vnde Carolus eijciendo vi armata Corradinum â regno violentus poſſeſſor extitit, nec ſibi ius adcquirere potuit, nec titulum legitimum, & iuſte Corradinus inueſtituram per chirotecam demiſſam, & hæreditatem tranſtulit in familiā Regum Hiſpaniæ. Item licet Carolus Andegauenſis ex duobus titulis, & cauſsis ſuperius relatis ius haberet legitimum ad regna Neapolitanum, & Iheroſolymitanū adoptione Ioannæ ſecundæ poſtea Alphonſus Rex in Neapolitano regno ſucceſsit, quam & donationem aceptatam iure non potuit ipſa Ioanna, & id quod ſemel donauit & placuit poſtea diſplicendo reuocare ex iuris regulis, quod ſi contendatur potuiſſe, & in Lodouicum Andegauenſem tranſtuliſſe, eadem ratione potuit reuocare adoptionem in dictum Lodouicum factam, & transferre in Alphonſum, vt iterum fecit primā confirmando, & ita eodem iure, quo Carolus Andegauenſis ſucceſsit, eodem vti poteſt regnum Hiſpaniarū, tum etiam iure Siciliæ regni, ꝙ ſemper Regi catholico Ferdinādo delatū fuit, & ab eo poſſeſſū, & ei regno vnitū eſt Iheroſolymitanū â Ioanne Brena ſicuti Neapolitano, quia vtriq; Siciliç Tinacriç annexū fuit, & diuidi, ſeparariq; non potuit, quinimo etiā poſtea Iulius. II. declarauit ſentētia in rē iudicatā trā

ſacta,



facta, & titulo inueſtiturę cōceſſo iure fœudi dictū regnū Neapolitanum Regi Catholico Ferdinando competere ſimul cum Iheroſolymitano, ex quibus, & poſſeſſione de qua non eſt dubitatio, & propietate, & iure titulus hic ad Reges Hiſpaniæ, & Philippum noſtrum tertium pertinet. Item vt aduertit Petrus Mexia in manuſcripta hyſtoria Caroli quinti Imperatoris maximi libr. 1. cap. 3. Manfredus, qui anno 1268. regnauit in regnis Neapoli, & Siciliæ vnicam gnatam Conſtantiam habuit, quæ nupſit Petro Regi Aragoniæ, quem ſpoliauit regnis Carolus Andegauenſium dux, ſed ius ſemper manſit apud Conſtantiam, ex qua Alfonſus Rex Neapolitanus, & Ferdinandus Catholicus Rex Aragoniæ originem duxerunt, & eo iure Petrus Rex Aragoniæ Siciliam obtinuit. Item licet Caroli Andegauenſium ducis eſſet iuſta ſucceſsio Ioanna ſecunda Regina Neapolis, vt dictum eſt, Alphonſum adoptauit ratione iuris ei competentis Eugenio quarto approbante, & quamuis poſtea ea adoptauerit Lodouicum Andegauenſem tamen, vt dictum eſt, ea adoptio nulla fuit, cum prima reuocari non poſſet, & etiam fuit conditionalis, ſi ea decederet ſine liberis & ipſe abſquê deſcendentibus, ſuccederet Renatus frater eius, & cum ille abſquê liberis decederet priuſquam Ioanna ſecunda expirauit conditio, & nō impleta fuit, quia adoptatus priuſquam adoptans deceſsit, & ſic adoptanti non potuit ſuccedere, & ius, quod ex hac adoptione contendunt habere Reges Galliæ, nullum eſt. Item Regi *Alfonſo filius* ſpurius Ferdinandus non potuit ſuccedere: ſed Ioannes Rex Aragonum frater legitimus, qui pater Ferdinandi catholici extitit.

(?)

# CAPVT DECIMVM octauum, quo agitur de iure Regis Hiſpaniarum, quod liberum habeat, & abſolutum dominium in regno non agnoſcẽs in eo temporalem ſuperiorem, & quod cæteris antecedere debeat cum Imperij titulum in regno habeat, & nouo orbe, & ius ad Imperium Orientale: & quod tempore quo Galli erant ſubditi Imperio, Hiſpani erãt liberi ab illo.

1 *Rex ſimilis Deo eſt, dum nõ agnoſcit ſuperiorem in humanis.*

MAXIME Regiæ dignitati cõuenit habere ſui regni integrum, ac plenũ dominium, & regimen: nec quidem immerito quia pars humani boni, & decoris eſt libertate frui, & diuinum munus eſſe pleriq; ſacrarũ litterarum ſcriptores tradunt, quod ratione ſatis demonſtrari ad oculum poteſt, quia ad imitationem cœlorum, in quibus vnus Deus eſt ſuperior, cui omnia quæ in illis ſunt, & quæ in inferiori orbe continentur, plene obediunt, & recognoſcunt numen diuinum â quo cuncta procedunt: eodem pacto in humanis ipſe Deus vniuerſorum auctor, & naturæ parens vt eius vicarios, & Deos corporeos conſtituit Reges in prouincijs ſingulis, quibus ſubditi ab eis moderati fidelitatem vt ſuperioribus ſacramento religionis præſtito polliceantur, ipſe vero nulli ſuperiori iurent, nec agnoſcant, quantoq; imitator Deo proximior extiterit non recognoſcendo aliud dominum, cui ſubditus ſit in humanis, ſolum agnoſcendo in ſpiritualibus Eccleſiam vt dominam, & reginam, cum id ſit verê regnare ſeruire Deo, & Eccleſiæ tanto magnitudo, & amplitudo eius erit excelſior, & omnibus ſublimior, vt de Ecphante Pithagorico commemorat Stobeus ſermone 46. dicens. *Virtus autem quæ ſuis rebus cõtentos facit ſumptuoſitatem, et quæ ſequntur eã haud quaquã probat, ſed cũ ipſa princeps quædam ſit præeſt quidem omnibus, ſubeſſe vero nulli poteſt, quod primũ Dei deinde Regis propriũ eſt, vt nulli ſubijciantur, ſibi vero ipſi imperẽt.* Vnde & Aphtargis Græce vocatur Rex ab argin ꝙ eſt ſibi imperare, & aliorum Imperio nõ ſubeſſe, idẽq; Stobe⁹ de Diogene Pythagorico. *Rex autẽ Imperiũ gerẽs nulli obnoxiũ, & lex viua exiſtẽs Dei figurã inter homines repreſentat.* Quod & Horatius

ex-



exprimit dũ deſcribit Regẽ perfectũ nulli ſubditum.

*Vno minor eſt Ioue diues,*
*Liber, honoratus, pulcher, Rex denique Regum.*

Martialis lib. 2. epigramate. 50.

*Qui Rex eſt Regem maximê non habeat.*

Tertulianus in lib. ad ſcapulam. cap. 2. *Et hominem â Deo ſecundum, & quicquid eſt â Deo conſecutum, & ſolo Deo minorem.* Ex quibus colligitur quod Reges Hiſpaniarum ſint ab initio rerum ſuarum liberi Domini plene temporalium, qui nulli ſubijciuntur Imperatori, nec Regi vt alij Reges, ſed ipſis alij Reges ſubijciantur, ſitquê in regnis Imperator, & dominus plenè, & abſolutè ſolum in ſpiritualibus Eccleſiam vt obediens filius matrem agnoſcens, alijs debent Regibus ipſi antecedere ex Sylueſtro Aldobrandrino in princ. n. 24. inſt. decurator. & quia eadem libertas, & titulus â regibus Galliæ contenditur, ſintquê in ea quæſtione tam diſidentes ſententiæ, vt per Occeani immenſum pelagus videamur nauigare, in quo auxiliante Deo portum tutum aſſequemur rem explorando.

2 *Primaopinio circa Imperatorem à Regibus recognoſcendum.*

Prima opinio eſt aliquorum auctorum vltramontanorum, Italorumquè, & Germanorum, qui aſſerunt quod quamuis abſolute, & de facto Reges Hiſpaniarum, Galliarum, & Angliæ non recognoſcãt Imperatorem, iure tamen omnes illi ſubditi ſunt, quod adeò extendunt Imperatoris ſtudioſi, & eius ditioni dediti, vt aſſerant Reges non recognoſcentes in peccato mortali manere, & ſententiam illorum, qui defendũt eſſe liberos ab ea recognitione, eſſe erroneam, quod affirmant gloſſæ, *a* & doctores.

3 *Secunda opinio quoad Reges Franciæ, & eius veritas.*

Secunda fuit ſententia ꝙ reges Frãciæ eſſent ſubditi imperio: Reges autẽ Hiſpanię liberi, vt gloſſator antiquus decreti in c. Hadrianus. 2. verb. ſingulas 63. diſt. notat Oldralduſq; conſ. 63. & 69. Bernardinus Scobius in auth. habita. C. ne filius pro patre. §. eius miniſtris nu. 4. oſtẽdẽs ꝙ rex Frãciſcus Galliæ ſubditus erat Carolo. V. Imperatori, & ita declarauit Bonifacius. VIII. Pontifex in extrauag. vnã ſanctã de maior. & obed. inter cõmunes: ſed hęc opinio pręter id ꝙ vſus docet nõ eſſe receptã ſententiã, & in poſeſſione ſunt reges Gallię nõ recognoſcendi Imperatorẽ Innocẽtius tertius Põtifex ante Bonifaciũ octauũ in c. per venerabilẽ qui filij ſint legitimi declarauit de rege Frãcię loquẽs, ꝙ nõ recognoſcit Imperatorẽ his verbis. *Inſuper cũ Rex ſuperiorẽ in tẽporalib⁹ nõ recognoſcat.*

*a Glo c. venerabilẽ de electione ver. trãſtulit, & c. venerabilẽ qui filij ſint legitimi ve. recognoſcat Bart. l. hoſtes. ff. de captiuis Ant. Gabriel plures referẽs lib. 5 cõmuniũ tit. de adequirendo rerũ dominio concl. 3. Alciat⁹ lib. 2. diſp. ca. 22. Cagnolus in proemio digeſtorum nu. 64. Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore q. 52.*



Et

Et in eo quod Bonifacius octauus diſponit clem ens
quintus poſtea in extrauag. meruit de præuilegijs in
ter communes decreuit nullum præiudicium ex illo
decreto Bonifacij Regibus Franciæ inferri, omneſq;
auctores Galli,& Hiſpani citramontani receptis, &
cõmunibus ſentẽtijs probantr eges Galliæ liberos eſ
ſe ab Imperio,nec recognoſcere ſuperiorem, in qua
re eſt integer tractatus Ignei an Rex Franciȩ recog-
noſcat Imperatorem, idquê defendunt Caſſaneus in
cathalogo gloriæ mundi quinta part. conſ. 28. & in
conſuetudinibus Burgũdiæ in princ. verb.du ſaninct
empire,Molineus in proemio cõſuetudinũ.n.29. Frã
ciſcus Marchis deciſ. 1024. Carolus Graſalius libr.1.
regalium Franciæ iure.6.Lezerier lib.1.de primoge-
nijs quæſt.12. Nicolaus Feſtaſius de æſtimo.4.part.c.
7.num.44 Petrus Gregorius lib.ſexto de Republica.
c.13.n.22. Anaſtaſius Germonius de ſacrorum immu
nitatibus lib.3.cap.13,num.51.

4 *Tertia opinio eſt quoad Hiſpaniam, & veritas eius.*

Tertia opinio eſt aliquorum Galliæ auctorum, qui
adeò infeſti noſtris Hiſpanis exiſtunt, & eorum glo-
riæ cupidi quod ſolam Galliam eſſe liberam ab Impe
rio vellent, & Hiſpaniam ſubditam vt Frãciſcus Mar
chis deciſ.369.num.5.autumat, qui ſibi repugnat dum
deciſ.1024.Hiſpaniam fatetur ab Imperio immunem
& Bald.l.1.ff.de officio prætoris, qui ſibi aduerſatur
pluribus in locis,aliquando enim Franciam ſubditam
imperio conatur cap.1. de pace iuramento firman-
da in fœudis,& alibi defendit Hiſpaniam, Galliamq;
eſſe regna libera ab Imperio. Deniquê quod Hiſpa-
nia ſit libera,& immunis, nec ſuperiorem reconoſcẽs
in temporalibus comunis eſt omnium, & concors ſen
tentia in Citramontanis, & quibuſdam Vltramonta-
nis Italiæ,& Galliæ vt notant gloſ. cap. & ſi neceſſe
de donat.inter virum,& vxorẽ, vbi doctores,& gloſ.
verb.perſingulas.cap.Hadrianus.2.63. dict. Oldral-
dus conſi.69.Fulgoſius, Alexander, Iaſſo nu 25.& a-
lij in l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure. Felinus nu. 11.
cap cum non liceat de præſcript. Ant. Gabriel lib.5.
communium tit.de adequirendo rerum dominio con-
clu.3.num 4.Caſſaneus 5.part. conſ.24.numer.179.&
conſ 27.& 28.Aſflictis in proemio conſtit.quæſt.2.n.
7.Balbus de præſcrip.1.par.quintæ partis quæſt.2.n.
5 Menochius conſ.2.nu.103.& 92.num.3.lib.1.Moli-
neus in proemio conſuetudinum Pariſienſium.nu.30
Couar.c.1.practica.Nauar.c.nouit de iudit. notab.3.
num.



num.31.Velluga in ſpeculo Principum Rubr.6.num.
3.& Rubr.11.§.his igitur num.1.& Rub.12 §. quædã
num.70.Palacio Rubios Rubr. de donat.inter virum
& vxorem in princ. Auendaño.1.part.c.1.num.1. So-
to.lib.4.de iuſt.& iure.quæſt.4. art.2. Et inde aduer-
tunt quod Imperator Sigiſmũdus adeò ſtudioſus vti
litatis publicæ,& chriſtiani nominis amplificandi ex
titit, quòd ipſemet ad conciliũ Conſtãtienſe congre
gandum peragrauit regna,& Reges ad id ſuadens,vt
ſciſma tolleretur,& ibidem,quis eſſet legitimus Pon
tifex ex illis,qui de Pontificatu contendebant, decer
neretur, cumquê ea de re colloqueretur cum Ferdi-
nando Rege Aragonũ in Nizzenſi, & Perpinanenſi
ciuitate,poſtea cum litteras Rex Aragoniæ, & lega-
tos mitteret ad ſynodum Conſtantienſem proteſta-
tus eſt quod id non Imperatoris auctoritate præſta-
bat,ſed vt id,quod decet catholicum, & fidelem Prin
cipem,exequeretur,quia nõ recognoſcebat in tempo
ralibus Imperatorem,vt id notant Fulgoſius,& Iaſo
nu.25.in l. ex hoc iure.ff.de iuſt.& iure, & Guerre-
rius Piſo de Romanorum, & Venetorum magiſtra-
tuum inter ſe comparatione num. 17.& ex hyſtoriæ
veritate Zurita lib.12 annaliũ in Rege Ferdinando
c.37.& 48.& 51.& 53. anno 1455. vbi de collocutio-
nibus,& proteſtatione diligenter agit, & inuictiſſi-
ſimus Carolus.V.Imperator dum Hiſpaniæ regnum
obtineret in omnibus regni actis proteſtatus eſt, ꝙ
nihil vt Imperator decerneret: ſed vt Rex Hiſpaniæ
ab Imperio liber non recognoſcens Imperatorem,vt
in archiuo Septimacenſi cuſtoditur diploma huiuſ-
cæ proteſtationis,& refertur apud Petri Mexiæ hyſ-
toriam manuſcriptam lib.1.c.16.& miſſa eſt ſchedula
regia omnibus cancellarijs,& audientijs ſupremis,vt
habetur in ordinationibus huius Granatenſis preto-
nij ſummi fol.338.hiſce verbis.

DON Carlos por la gracia de Dios, Rey de Ro-
manos,futuro Emperador ſemper Auguſto,y Rey
de Caſtilla, y de Leon, &c. En vno con la muy alta
y muy poderoſa Reyna doña Iuana mi ſeñora madre.
Por quanto deſpues que plugo a la diuina Clemen-
cia (por la qual los Reyes Reynan) q̃ fueſſemos ele-
gido Rey de Romanos, futuro Emperador, y quede
Rey Catholico de Eſpaña (con que eramos bien con-
tentos) fueſſemos promouido al imperio, contino

que nueſtros titulos ſe ordenaſſen, dando a cada vno ſu deuido lugar. Fue neceſſario (conformandonos cõ razon, ſegun la qual, el Imperio precede a las otras dignidades ſeglares, por ſer la mas alta y ſublime dignidad que Dios inſtituyó en la tierra) de preferir la dignidad Imperial, a la Real, y de nombrarnos ẽ intitularnos primero (como Rey de Romanos, y futuro Emperador) que la dicha Reyna mi ſeñora: lo qual hezimos mas apremiado de neceſsidad de razon, que por voluntad que dello tenemos, porque con toda reuerencia y acatamiento la honramos, y deſſeamos honrar y acatar: pues que (demas de cumplir el mandamiento de Dios, a que ſomos obligados) por ella tenemos, y eſperamos tener, tan gran ſucceſsion de reynos y ſeñorios como tenemos. Y porque de la dicha Prelacion, no ſe pueda ſeguir, ni cauſar perjuyzio, ni confuſion adelante a los nueſtros reynos de Eſpaña, ni a los Reyes nueſtros ſucceſſores, ni a los naturales ſus ſubditos que por tiempo fueren. Por ende queremos que ſepan todos los que agora ſon, o ſeran de aqui adelante, que nueſtra intencion y voluntad es, q̃ la libertad y exempcion que los dichos reynos de Eſpaña, y Reyes de ellos han tenido, y tienen, de que han gozado, y gozan, de no reconocer ſuperior, les ſea aora, y de aqui adelante obſeruada y guardada inuiolablemẽte, y que gozẽ de aquel eſtado de libertad ẽ ingenuydad que al tiempo de nueſtra promocion, y antes, mejor y mas cumplidamente tuuieron y gozaron, y deuieron tener y gozar libre y pacificamente; y que por preferir y anteponer los titulos de nueſtras dignidades el del Imperio, no ſeamos, ni ſomos viſto prejudicar a los dichos reynos de Eſpaña en ſu libertad y exempcion que tienen, porque aquello, ni otros qualeſquier autos que aora, ni de aqui adelante ſe hagan de lo que antes ſe hazia, ſolia y deuia hazer, aunque ſean conſentidos tacita, o expreſſamente, no lo dezimos, ni ponemos en ſeñal de mayor ſubjecion, ni ſumiſsion, ſino por guardar el honor y orden a cada vno deuido: ſegun lo qual ſe deue preferir el Imperio (en qualquier perſona que eſte) a todas las otras dignidades ſeglares, aunque no le ſean ſujetas; quedando toda via en ſu fuerça y vigor la libertad y exempcion a los dichos reynos de Eſpaña deuida. Y porque eſto ſepan todos, y de nueſtra voluntad, y de los dichos actos de aqui adelante pueda auer



auer duda (como haſta aqui nunca jamas la ha auido, ni ay) mandamos dar eſta nueſtra carta firmada del nueſtro nombre, y ſellada con nueſtro ſello: la qual queremos que valga; y tẽga fuerça y vigor de pragmatica ſanction, y declaracion general; o como mas conuenga a los Reynos de Eſpaña. Dada en la ciudad de Barcelona, a cinco dias del mes de Septiẽbre, año del Naſcimiento de nueſtro Saluador IESV Chriſto, de mil y quinientos y diez y nueue años. Yo EL REY. Franciſco de los Cobos ſecretario de ſu Ceſarea Catholicas Mageſtades la fize eſcreuir por ſu mandado. Mercurius de Granatinata. Petrus Epiſcopus Paleñ. Licenciatus don Garcia. Licenciatus Zapata. Doctor Caruajal. Regiſtrada Antonio de Villegas.

Et l.8.tit.1.lib.6.recopilat. cauet Carolus. V. quod præuilegia conceſſa ab eo vt Imperatore non proſint ſubditis Regiæ ditionis, ſi vt Rex Caſtellæ non conceſſerit. Idemq; de Carolo magno quod proteſtatus eſſet dum regnum Galliarum teneret, licet tentaret regnum vnire Imperio ſcribunt Paulus Æmilius in Carolo magno, & Molineus in proem. cõſuet. Pariſiẽſium num. 30. Firmianus de gabellis. 1. part. eaquê de cauſa Hiſpaniæ legibus Regijs ſancitum eſt vt l.2.tit. 1. lib 2. recop. vt ius ciuile Romanorum non ſeruetur, nec allegetur vt lex: ſed vt doctrina ſapientũ, ꝙ idẽ legibus Vuiſigothorum decernebatur vt. l.9. titul. de iudic. lib.2. legum Vuiſigothorũ, & notant glo. verb. per ſingulas cap. Hadrianus 2. diſt. 63. & glo. l. 1. tit. 18. part. 2. Palacio Rubios, & Velluga ſuperius citati & Rub.6.num.3. & alij, Camillus Gallinius de verb.
5 ſignificat. lib. 10. cap. 35. nu. 25. Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore quæſt. 53. nu. 6. ſed cum non ſufficiat aſſerere aliquid, quamuis auctoritate doctorum probetur, niſi id fundetur iure, & ratione, reliquum eſt vt euoluamus originem, & cauſſas, cum nullum aliud regnum adeo iuſtum, & legitimum titulum habeat, & abſquê violentia ſicut Hiſpania; ſed quia in hoc ſunt variæ rationes aliquas commemorabo.

*Rationes quare Hiſpania ſit ab Imperio immunis & libera, iuriſq; deciſiones, et teſtimonia.*

6 *Prima ratio quod Hiſpania ſit ab Imperio libera.*

Prima erit, quod cum Hiſpania â Sarracenis eſſet violenter occupata Hiſpani ipſi abſquê auxilio Imperatorum, & aliorum Regum regnum é faucibus Infidelium liberarunt, & eripuerunt proprio ſanguine redimentes, caputquè, & fortunas exponentes, & cũ eſſet infidelium regnum, qui recuperat illud, quod alterius

terius eſt ſuum facit Angelus in. l. hoſtes. C. de captiuis Doctores in. l. 1. ff. de adcquirenda poſeſsione, ꝙ notant gloſſatores antiqui iuris canonici, & quidam huius regni auctores, glo. verb. per ſingulas. cap. Hadrianus .2. diſtin. 63. gloſ. l. 1. tit. 18. par. 2. Palacio Rubios, & Belluga, Camillus Gallineus, & Caſtaldus locis allegatis, ſed quamuis hęc ratio ex ſe ipſa iuſta ſit non eſt originalis; quia antequam Hiſpaniā Arabes occupaſſent, libera erat, & vt immunis, & nō recognoſcens Imperatorem ipſa ſe defendit, & redemit, vt aduertit Nauarrus. ca. nouit de iudicijs notab. 3. n. 167. Ioānes Garſia de expenſis, & Meliorationibus. c. 9. n. 70. Gutierrez ſecundo tomo practic. li. 3. q. 13. & hoc eſt quod glo. verb. per ſingulas dicto. cap. Hadrianus notat, quod ideo Hiſpania nō ſuberat Imperio quia ſe ipſam abſque Imperatore liberauit, cū conſtet multo antè liberam fuiſſe.

7 *Secūda ratio.*

Secunda ratio redditur ab omnibus ferê annalium ſcriptoribus de rebus Hiſpanię quod in concilio Florentino â Papa Victore ſecundo declaratum eſt Hiſpaniā ab Imperio liberā eſſe, nec recognoſcere in tēporalibus ſuperiorem, idquè ea occaſsione exortum eſſe narrat quod cum Henrricus tertius Imperator ea ex cauſſa quod Pontifex eſſet eiuſdem regionis cum eo publicam coram illo petitionem, & querelam pro poſuiſſet aduerſus regnum Hiſpaniæ, Regeſquè eius, quod non eum vt Imperatorem, & ſuperiorem recognoſcerent, cumquê Pontifex decerneret â Regibus Hiſpaniæ recognoſcendum, vt ſuperiorem ſimul cum iuſſu & decreto Pontificis Imperator non ſolum iure, ſed armis vtens auxilium ab Eccleſia temporale, & â Rege Galliæ petens, pergenſquê aduerſus Hiſpanos cum exercitu Eccleſiæ Galliarū, & Imperij obuiam ei fecit Rodericus Diaz ille inuictiſsimus Cidus nuncupatus, quem nulla reticebit ætas nec delebit obliuio cum exercitu decem mille Hiſpanos complectēte, vt cauſſam tueretur Regis Ferdinādi primi vt fidelis ſubditus, & regni vt Hiſpanus fortis, & non ſolum eijecit ab Hiſpania Imperialem exercitum, ſed vſquê ad Toloſam iter per Galliam faciens omnia vaſtabat, ex qua parte comitem Rodericum, & Aluarum Fañez Miñayam, alioſquê nobiles legatos miſit ad Pontificem circa eam contentionem allegās pro Hiſpaniarum libertate legitimas & certas cauſſas, quibus diſceptatis de iure in conſi-

lio



lio Florentino conſentiente Imperatore â Pontifice fuit declaratum iure Hiſpaniam liberam eſſe ab Imperio, nec ei debere recognitionem vtquê Res tranquillas redderet Robertus Cardinalis ſanctæ Sabinę miſſus eſt â ſede apoſtolica legatus â latere, & Imperator etiā legatos miſsit, quod accidiſſe anno milleſsimo quinquageſsimo ſeptimo Garibay notat lib. 11. c. 7. hyſtoriæ, & Mariana lib. 9. c. 15. anno 105. de rebus Hiſpaniæ Hiſtoria generalis Hiſpaniæ 4. part. in hyſtoria Ferdinandi magni, & Didacus Valera 4. p. hiſtoriæ. c. 38. & traductor Bodini de Repub. lib. 1. c. 11. & tempora concilij Pontificis, & Regis Hiſpaniæ videntur ſatis congruere, ſed Platina de vitis Pōtificum in Victore ſecundo, & Onufrius Panuinus in chronico Eccleſiaſtico anno milleſsimo quinquageſſimo ſeptimo deceſiſſe Pontificem Victorem ſecundum affirmant, & Henrricum ſecundum Imperatorē Sueuum ratione, cuius etiam erat Pontifex, & Victori. ſecundo ſuccesſit Stephanus Papa Gallus natione, & Hērrico ſecūdo Henrricus tertius Imperator; & ita Garibay decipi potuit, dum pro Hērrico ſecundus, Henrrici tertij facit mentionem, cum Victor, & Henrricus ſecundus eodē tempore floruerint Hērricus autem tertius poſtea. Itemquè & temporis numeratione, & ſerie falli potuit nam anno milleſsimo quinquageſsimo ſexto concilium Florentinum celebratum eſt ex Platina, & Onufrio Panuino; & anno milleſsimo quinquageſsimo ſeptimo obijt Ferdinandus primus, & ei in regno ſuccesſit Sāctius filius eius ex Alphonſo Carthagena in anacephaloſi cap. 75. & Generalis 4. part cap. 2. Deteriuſq; Pineda in Monarchia Eccleſiaſtica li. 18. c. 3. §. vlt. lapſus eſt aſſerens tēpore Vrbani ſecundi Pontificis id contigiſſe, cum & Platina in Vrbano ſecundo ille Pontifex anno milleſsimo octuageſsimo octauo in Pontificatu gubernauerit, quod non potuit ea ætate accidere, quia ille bellum cum Henrrico tertio Imperatore geſsit, & eo ſeculo concilium Florentinum nō fuit congregatum; idemquê auctor modo ait modo negat, nam poſtea lib. 18. cap. 24. §. vltimo affirmat accidiſſe anno poſtremo Ferdinandi primi, qui animam egit anno milleſſimo ſexageſsimo ſexto, & anno 16. Henrrici tertio Imperatoris, & anno ſecundo Victoris ſecundi. Vnde conſtat quam varia ſit hęc annorum computatio cum alia antea facta, & corrigitur etiam error Beu-

8 *Error Garibay in tēporum ſerie.*

9 *Error Pinedæ in Monarchia.*

ter.

ter.c.33.affirmantis accidiſſe anno milleſsimo trigeſ 10
ſimo. Addit autem huic narrationi frater Alphonſus
Venero in enchiridio temporum fol.95. & generalis
hiſtoria Regis Alphonſi.4.p.c.1.quod Cidus Roderi
cus Diaz â Biuar in hac expeditione duxit captiuum
Remonem comitem Subaudiæ,qui filiam obſidem de
dit in pignus, quo ad vincula rediret, â quibus libe-
ratus eſt, ex qua poſtea rex Ferdinandus gnatum ha-
buit Ferdinandum,qui Cardinalis fuit promotus Pô-
tifice Patrino exiſtente,cuius filij matre non nomina
ta fit mentio in anacephaleoſi.c.73.& cum adeó diffe
rāt tempora,nec Archiepiſcopus Rodericus ſcriptor
annalium Hiſpaniç mentionem faciat eius hiſtoriæ,
nec alij priſci,& graues auctores valde dubitō d fide
eius, tum quia nec in concilio Florentino, nec apud
Paulum Æmilium, Guaguinum, Maſſonium in Hu-
gone, Roberto, Henrrico primo & Philippo primo
Regum Franciæ eſt aliquid ſcriptum de pugna inter
Gallos,& Hiſpanos,hac de cauſa nec eſt veroſimile
ab eis hoc tam memorabile factum reticeri,nec Hiſ-
pania,quæ iam diu libera erat,initium ex euentu iſto
potuit habere libertatis & quãuis vera eſſet hiſtoria
quæ ab alijs de dita opera aut vt fit humana negligen
tia prætermiſſa ſit, tamen Rex Hiſpaniæ bellum mo-
uit,non vt nouue Hiſpaniam ab Imperio liberaret,
ſed vt liberam ab initio,& immunem conſeruaret. 11

*Error Beuter, & hiſtoriæ generalis Hiſpaniæ.*

Alia ratio redditur a Pineda auctore Monarchiæ
Ecclesiaſticæ lib.18.c.4.§.6.quod Pontifex Grego-
rius tertius Leonem Imperatorem priuauit Imperio
Latino,& Occidentali, & regna ab eius obedientia
exemit,ex qua libertate Hiſpania,Galliaq; immunita
tem habuere: ſed hæc ratio non ſolum in Hiſpania,
& Gallia,ſed omnibus Chriſtianis regnis locum ha-
bebit, ex alioquê ampliori,& illuſtriori titulo Hiſpa
nia libera eſt. 12

*Alia ratio.*

Alia â iuris interpretibus, & foro verſatis adijci-
tur cauſſa,quod immemorialis conſuetudo,quæ titu-
lum præceſiſſe indicat,& vim eius habet ex.ca. ſuper
quibuſdam de verborum ſignificatione.l.2.§. ductus
aquæ.ff.de aqua quotidiana, & æſtiua, induxit, vt á 13
tempore memoriam hominum excedente Hiſpania
ſit libera ab hac recognitione, vt Felinus notat. cap.
cum non liceat de præſcript. Camillus Gallinius de
verborum ſignificatione lib.10.c.35.num.16.Caſtal-
dus de Imperatore quæſt.53.nu.65.

*Altera ratio.*

*Tituli obtinendi regna.*

Quid



14 Quid autem ſentiã nõ ex ſordidis riuulis, & lacunis
ſed ex ipſis fontibus ſplẽdidiſsimis hauriã, q vt radici
tus intelligatur,preloquij loco erit aduertẽdũ, q ſex
precipuis cauſis, & titulis regnũ obtineri poteſt.l.9.
ti.1.p.2.Vellarminꝰ li.1.c.7.de trãslatione Imperij.Pri
mus eſt ius belli,quo Cyrus, Alexãder magnus, Iulius
Ceſar,& Romani regna ſibi queſierũt nõ alio titulo,
quã vt is habenas Imperij teneret,qui armis potẽtior
eſſet omne ius in illis cõſtituẽdo,& ita Euripides in-
quit in Phoeniſis, quos verſus Iulius Ceſar conuertit
ex Suetonio in Iulio.c.30.& Cicerone.3.officiorum.

*Primus iure belli a ſe.*

*Nam ſi violandum eſt ius, Imperij gratia*
*Violandum eſt,alijs rebus pietatem colas.*

Et hic titulus â ſe ipſis tributus dicitur iuxta illud
Senecæ in tragedia Herculis furentis.

*Ius eſt in armis,opprimit leges timor.*

Et alibi ibidem.

*Quod ciuibus tenere te inuitis ſcias,*
*Strictus tuetur enſis.*

Eaq; occaſione omnia regna obtineri ſcribit Tertu-
lianus in apologetico aduerſꝰ gẽtes.c.25.*Ni fallor enim
omnes regnũ, vel imperiũ armis quæritur, et victorijs propagatur*
De quo iure agit Petr. Greg. de Rep.li.7.c.17.& 18.

Secũdus titulus eſt,quãdo nõ â ſe,ſed ab alio accipi-
15 tur,vt quãdo â Deo tribuitur regnũ ſpiritu ſuo dictã
te,& oſtẽdẽte quẽ velit regnare vt in regno Dauidis,
Moiſis,Aarõ,& ſimilibꝰ,& quãdo Petro cõceſsit prin
cipatum,& monarchiã Eccleſię, Vellarminus ſupra.

*Secundus ab alio, vt à Deo.*

16 Tertiꝰ titulꝰ eſt qui ab hominibꝰ datur,vt ſucceſsione
ſanguinis,ſicut Salomõ filiꝰ ſucceſſit Dauid patri, &
ſucceditur ferê in omnibus regnis Chriſtianorũ ho-
die Hiſpania,Gallia Pollonia, & receptior ſucceſsiõ
aſpectu melior videtur ex Ancarrano cõſ.339.qui Gẽ
tilis honor â bonis auctoribꝰ appellatur,cũ veniat âgẽ
te,& familia,& Princeps ex Principe naſcatur,vt ex
arbore annoſa, & trũco noua, quę antequã antiqua
decidat,radices,& vires accepit,& ita minori diſcrimi
ne ſumitur Princeps, quã quęratur vt Cornelius Ta-
citus ſecundo hiſtoriæ admonet, de qua ſucceſsione
Iuſtus Lipſius politicorum lib.2.c.4.agit,Petrus Gre
gorius lib.7.de Republica.c.4.

*Tertius ab hominibus, vt ſucceſsione.*

Quartus titulꝰ ab homnibꝰ datus,vt qui tribuitur per
electionẽ,quę diuerſis modis fit, aliquãdo per exerci-
17 tũ, & omnẽ populũ cũ deceat ex Plinio in Panegeri-
co Imperaturũ omnibꝰ,ex omnibꝰ eligi debere,vt Veſ
paſianꝰ fuit electus,& alij Imperatores acclamatione

*Quartus ab electione.*

Cc ex

ex Iuſto Lipſio lib. 2. politicorũ. c. 4. & Petro Grego rio lib. 7. c. 15. de Republica; aliquãdo per ſortẽ vt li. 1. Regũ. c. 10. Saul electus eſt, & Petrus Gregorius. c. 18
14. d. li. 7. recitat plures: quãdoq; etiã ex electione nõ omnino libera, ſed ad certã ſpeciẽ hominũ relata, vt ex certa familia fiat electio, & ſucceſſoribus Regis, vt Salomõ electus eſt ex filijs Dauid: & in Gothis mori- 19
bus, & lege receptũ erat Auguſtinus đ Ancona đ poteſtate Papę. q. 37. ar. 3. & Caſtaldꝰ đ Imperatore. q. 8.

*Quintus ex nominatione*

*Sextus à Papa.*

Quintus titulus ex nominatione Principis, qui ſucceſorem nominabat, vt Marcus Antonius Imperator nominauit Luciũ Verũ ſibi ſucceſſorẽ, & Diocletianꝰ Maximianum creauit, Gratianus Theodoſiũ, & in. Gothis in Hiſpania veſtigia huius ſucceſsionis extãt

Sextus titulus eſt cũ Princeps Eccleſiaſticus, vt Papa vel alij auctoritate ſua creant Reges, vt Pontifices formã eligendi, Imperatorẽ Occidentalem dederũt, poſtquã Gregorius. III. â Leone Imperatore ſegregauit, & Leo. III. â Gręcis in Carolũ magnum tranſtulit, & ſucceſſores quibus coronã tribuere Pontifices, eoſq; nominabant electione, vt Stephanus. IIII. Pontifex coronã dedit Lodouico filio Caroli magni, & â Paſchali Papa ſuccepit coronam Lotharius ſucceſſor Lodouici, & â Sergio ſecundo Lodouicus filius eius, & â Ioane octauo Carolus Caluus, & deinceps, donec Ioannes. XII. vel. XIII. Pontifex eligens Othonẽ Imperatorẽ in Germanos tranſtulit Imperium ex textu. c. Hadrianus. II. cum alijs diſt. 63. c. venerabilẽ de electio. clemẽ. ne Romani đ electione, donec Gregorius. V. ſeptẽ electoribus tribus pręlatis Magũtino, Colonienſi, & Trecerenſi, & quatuor laicis Comiti Palatino, Comiti Rheni, Duci Saxonię & regi Bohemię glo. pẽ. c. ad apoſtolicæ de reiudicata li. 6. Caſtaldo de Imperatore, q. 8. dedit poteſtatẽ eligẽdi imperatorẽ, quem coronare, & confirmare debeat Pontifex ſummus, ex Vellarmino de trãslatione Imperij id exactê Appoſitêq; declarãte Petro Greg. đ republi. li. 7. c. 15. Reſtauro Caſtaldo đ imperatore q. 6. 7. 8. & 9. cũ alijs.

Cõmemoratis igitur hiſce titulis, & cauſis regnũ ob 20
tinẽdi, & quęrẽdi ex nullo eorũ Hiſpania ſubdita eſt Imperio: nã vt de primo titulo, quo ius eſt in armis, agamꝰ iure gẽtiũ omnes ſui iuris gẽtes regẽ cõſtituere ſibi poſſe receptũ eſt, & decretũ legibus, ex. l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure hiſce verbis. *Iure gentium fuerunt diſcretæ gentes, regna condita, dominia diſtincta, bellaquè introduct c.* cap. ius gentiũ diſt. 1. *Ius gentiũ eſt ſedium occupatio.*

*Iure gentiũ gẽs libera regẽ ſibi aſciſcere licet.*



*patio.* Et lib. 1. Regum. c. 8. Samuelis hiſtoria videtur â Deo id probari, cũ ad populi poſtulationẽ inuitus Samuel regiũ ius ſancire, ac cõteſtari Dei monitu iuſſus eſt: ideq; alijs gẽtibus tributũ diuina permiſsione Eſaias Propheta in Cypri regis perſona notat. c. 45. cum itaq; vnaquęque gẽs alteri nõ ſubiecta regẽ ſibi aſciſcere queat, regnaq; ſint antiquiora Republica Romana; ita dum iuſte Hiſpani legibus, & regibus â ſe electis gubernarẽtur, Iuliꝰ Cęſar, Romaniq; iure belli eos in poteſtatẽ redigere conati ſunt, idq; vi, & armis efficiẽtes, vitioſaq; poſſeſsione ex. l. vitia. C. đ adcquirẽda poſſeſsione adcquirẽtes regnũ, cũ iure liceat *b* vim vi repellere, & excutere â ſe iugũ tyrãnice impoſitũ, quãuis dum vires defecerunt, id tulerint, cũ nullum aliud contra immanem belluam Tyranidis ſit remedium cordatis, & prudẽtibus, quã dum non poſsint auferre, ferre, vt plura cumulat Iuſtꝰ lipſius li. 6. politicorũ. c. 5. tamẽ dũ vt ſapientes ferre tutum cõſuluerunt, cũ potuerunt auferre licuit, ad iniuriã enim propulſandã licitũ eſſe bellũ Gicero lib. 1. de officijs ſic indicat. *Atq; in Republica maximè ſunt cõſeruanda iura belli, nã cũ ſint duo genera decertãdi vnũ per diſceptationẽ, alterũ per vim, cũq; illud propriũ ſit hominis, hoc belluæ, cõfugiendũ eſt, ad poſterius ſi vti nõ licet ſuperiore, quare ſuſcipienda quidẽ bella ſunt ob eã cauſſam, vt ſine iniuria imperẽtur natura.* Nec iure conqueri debẽt, vt ꝙ illi vſi ſunt iure in adcquirendo regno, patiãtur idẽ ius *c* in auferendo, & libertatẽ adijciendo ex eodem Cicerone li. 1. de officijs. *Cauẽda eſt gloriæ cupiditas, eripit enim libertatẽ, pro qua magna nimis*
21
*viris omnibꝰ debet eſſe cõtẽtio*: quare rectê iure ius poſtliminij cõſtitutũ eſt, *d* quo ad antiquũ ſtatũ redire, & iuſto bello quærere id ꝙ iure prędationis ſpoliatũ eſt & ita ius regni Hiſpaniæ honeſtũ, & iuſtũ eſt, ꝙ ex eo cõfirmatur, nã cũ Hiſpania â Sarracenis vaſtata fuerit eãq; incolę hiſpani vindicarint, & redemerint Imperatoribꝰ nõ auxiliãtibꝰ, nec defendẽtibus ex doctrina Bal. titulo de allodijs ius omne amiſſerunt, inquit enim. *Quando populi nõ habent lumen, & ſuffragiũ Imperatoris oportet, quod ipſi ſicut ipſis ſi vt lumẽ, et qui nõ habẽt ducẽ, ipſe eſt ſibimet dux.* Et ita recte Hiſpani ſe protegentes ducẽ, & Regẽ crearunt deficiente auxilio, *e* & exercitu Imperatoris. Nequê obijci poteſt ꝙ licet Hiſpanis hoc ius recuperandi, ꝙ bello amiſerunt, licuerit, Gothis vi occupãtibus non licuit, ſed primo nũc de Hiſpanis agimus, qui iure belli, & libertatis quęſitæ Regẽ crearũt

*Iure gentiũ, & poſtliminij Hiſpania â Romanis reſtitui potuit.*

*b l. vt vim. ff. de iuſti. & iure. c. cũ dilecto de ſententia ex com. lib. 6.*

*c c. cũ omnes de cõſ. tit. l. 1. ff. quod quiſque iuris. Coſtalius lib. 1. aduerſariorũ ad l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure.*

*d Innocẽtius c. quod ſuper de voto Caſſaneus cathalogo 5. p. cõſ. 28. Nauarrus c. nouit de iudit. nota. 3. â nu. 161 ex l. 1. & toto tit. ff. de captius & poſthliminio reuerſis. c. ab exordio 35. diſtint. l. auctoritatem. l. ſiqua C. de fundis & Salt. lib. 11. iuncta l. origo, ff. quod vi, Nauarrus cap. nouit notab. 3. num. 114. de iudicijs.*

ſed & non ipſis ſolũ, ſed Gothis ſicut Romanis licuit, cur enim Gothi Hiſpanias, vt Romani occupare non potuerũt aliorũ nationum ritu, & exemplo. Etenim ſi Aſsirij, Perſæ, Medi, Scythę, Parthi, Macedones, Afri, Romani, Frãci, & alij ſuis egreſsi finibus aliena regna euertere, bellaquê de Imperij dignitate gerere prçclarum exiſtimarũt, laudẽq; in ea re aſſecuti ſunt, quis plane dubitet alijs nationibus ſiue Gothis, ſiue Sueuis aduerſus Imperium licuiſſe, cum nõ magis bella inferre Romanis, quam Gothis ſit iure gentium conceſſum, ſed inferre bella, referreque, ac vices fato rependere, ac victorem olim populum ſubigere, ſibi virtute iure tributum erat, quod Paulus Oroſius lib. 7. cap. 28. recenſet loquens de Gothis, Vuandalis, Sueuis, Alanis. *Irruptæ ſunt Hiſpaniæ cædes, vaſtationeſque paſſæ ſunt nihil quidem nouum hoc enim nunc per bienium illud quo hoſtilis gladius ſæuit ſuſtinere à Barbaris, quod per ducentos quondam annos paſſæ fuerant à Romanis etiam ſub Imperatore Galieno per annos propemodum duodecim Germanis euertẽtibus exceperũt.* Hoc enim humanarũ rerũ, & regnorũ volubilitas, & viciſsitudo poſtulat, vt ſtandi, cadendi, reſurgendiq; cauſſam ad ſummi Dei prouidentiam referamus, nec ſemper in ſceptri dignitate ſtandum putet. Vnde ſi ius belli Imperatoribus deficit, de cæteris titulis, quod deſint, dubium non eſt, cum nec ſucceſsionis, nec electionis, nec vocationis à Deo habeant, nec nominationis à Principe, qui id poſsit facere, nec à Põtifice ſummo, nec iure naturali, vel gẽtiũ, vel humano Pontificũ, nã de legibus ab eis cõditis, in quibus nõ eſt auctoritas, vel poteſtas cõdẽdi, nõ eſt curandum immo iure canonico, Põtificumquê decretis liberam eſſe ab Imperio Hiſpaniã probare conabor.

22 *Eodem iure Gothi, quo Romani occuparunt Hiſpaniam.*

23 *Iure canonico probatur, liberam eſſe ab Imperio Hiſpaniam.*

Primo inducitur textus ſancti Gregorij primi Papę in c. 1. de probationibꝰ, quã inductionẽ factã hucuſq; nõ vidi ibi enim Gregoriꝰ ſcribit Recharedo regi Vuiſigothorũ, nã quãuis in voluminibꝰ decretaliũ ãtiquis ſit error editionũ nã ſupraſcriptione legitur. Tãcredo regi Vuinceſtrię in emẽdatioribꝰ codicibus, & editione Gregorij 13. accurata, & expolita diligẽtia omniũ doctiſsimorũ virorum is error expulſꝰ eſt, & legitur Recharedo regi Vuiſigothorũ, & Antoniꝰ Auguſtinus Tarracõẽſis prçſul omni antiquitatis genere, & veritatis indagatione inter omnes excellẽs id adnotauit priꝰ in ſcholijs ad eũ textũ in collectionibus Eccleſiaſticis collect. 1. certiſsimũq; eſt ex originali. Vnde



de illis textꝰ deſũptꝰ eſt, cũ ſit beati Gregorij li. 1. epiſ. 126. in regiſtro epiſtolarũ diuui Gregorij, in qua epiſtola agitur præter alia de fœdere, & pactis initis Athanagildi Regis Gothorũ Hiſpaniæ cum Imperatore Iuſtiniano, quæ vt refert Ambroſius Morales li. 12 c. 4. illa extitere, quod cum inter Agilam, & Athanagildum circa ſucceſsionem regni contentiones ortæ eſſent, Athanagildus auxiliũ à Iuſtiniano petiuit vt auctor eſt beatus Iſidorus in chronico Gothorum era 593. pollicituſq; eſt, quod ſi præſtaret, eius Imperio quędã oppida Hiſpanię ei ſubmitteret, qua occaſione Iuſtinianus Liberiũ Patriciũ in Gallia cõmorantẽ cum exercitu miſsit, & interim Agila à ſuis interfectus fuit, Athanagilduſq; abſq; illo exercitu in Regẽ ab omnibus acceptus ex Vaſeo anno 754. Iornande de Gethis circa finem, Ioanne magno libr. 16. de regno Gothorum. Morales lib. 11. c. 55. Monarchia li. 18. c. 2. §. 1. & cum Athanagildus oppreſſus abſq; procerum, & regni aſſenſu conſilio vê non poſſet capitula ſtatuere cum Iuſtiniano, exercituſq; Iuſtiniani non victoriam obtinuiſſet, nec profuiſſet, Athanagildus, ſucceſſoreſq; eius Romanis conãtibus occupare ea oppida reſiſtere cœperunt, cuiꝰ diuiſsionis terrarũ videtur fieri mentio in legibus Vuiſigothorũ l. 16. tit. 1. de diuiſsionibus & terris ad placitũ datis li. 10. l. 8. tit. de los repartimiẽtos li. 10. foriſuzgo. Ioãnes Garſia. c. 9. n. 69. de expẽſis, & meliorationibus: cũq; circa hãc diuiſsionẽ et pacta inita inter Iuſtinianũ, & Athanagildũ lites verſarẽtur Recharedus ſcripſit beato Gregorio, vt ex archiuo hęc pacta, & capitula deducere iuberet, cui epiſtolę reſpondit Gregorius dicta epiſt. 126. lib. 1. epiſt. cuiꝰ pars deſcribitur in c. 1. de probat. ne ſolicitus ſit hæc pacta inquirẽdi in archiuo, quia omnes ibidẽ reconditę ſcripturę cõbuſtę fuerũt, & cũ eis ipſorũ pactorũ inſtrumenta, ex qua hiſtoria, & textu duo patẽt, quę euidẽti ratione concludunt. Primo ꝙ Athanagildꝰ à Iuſtiniano nõ auxiliũ poſtulauit vt ab Imperatore ſuperiore, ſed vt ab amico ęquali, neq; corã eo vt Imperatore lis verſabatur, neq; pollicitus eſt Athanagildus recognitionẽ cum regno; ſed quædã oppida paciſcendo eodẽ pacto, vt cũ alio Rege finitimo, quæ omnia probat, & refert beatus Gregoriꝰ Papa pro cõperto habens, & ſcribens Gothos liberos eſſe, & Hiſpanos ab Imperio. Itẽ cũ in cauſſa propria Rex, & Imperator iudex ſit (ex l. proximê. ff. de his quę

24 *Ponderatur textꝰ c. 1. de probat.*

 in

in teſtamento delētur.l.& hoc Tiberi⁹.ff.de hęredib⁹ inſtituendis. Abbas, Decius, & Felinus.cap.cum veniſſent de iudicijs. Iacobatius de concilio lib.3.art.1. Martinus Laudenſis de Principe notab.108.Reſtaurus Caſtaldus de Imperatore quæſt. 91. etiam ſi reus ſit, ex Aretino, Felino,& Decio, notab.3.in capit.1. de probat. Vnde ſi Imperator eſſet ſuperior circa illam diuiſionem ab eo peteretur regiſtrum ex archiuo,& coram eo lis agetur,ſed quia non erat agebatur coram Gregorio Pontifice,qui inter pares, & æquales Reges iudex eſt cap.nouit de iudicijs cap. per venerabilem qui filij ſint legitimi.

25 *Ponderatur textus c grādi de ſupplenda negligencia prælat. libro.6.*

Secundo ponderatur textus Innocentij quarti. c. grandi de ſupplenda negligentia pręlatorum lib.ſexto, qui inſcribitur proceribus, & nobilibus Luſitani regni,& in eo curator Regi Luſitanorum creatur â Papa cum eo indigeret, datuſquê eſt frater eius Comes Bononiæ Gallicæ,& ex hiſtorijs patet quod Rex is fuit Sanctius ſecundus, qui ſepultus iacet in Toletana Eccleſia,cuius fit mentio apud Rodericum lib.7. cap.6. & Alphonſum Carthagena in anacephaleoſi cap.75.& in hiſtoria Regis Alphonſi decimi. c. 7. & frater Germanus curator Alphonſus vocabatur, qui vxoris Matildę cauſſa comitatum Bonienſem in Gallia obtinebat Genebrardus ex Vaſeo anno 1253.lib. 4.in chronico,& ita in illo textu Ancarranus, Francus, & doctores alij ibidem dubitant,quare Imperator temporalem curatorem non dedit Regi Luſitanorum,cum ſit in temporalibus ſuperior,& rationē reddunt,quod Hiſpania, cuius pars eſt regnum Luſitaniæ,non eſt ſubdita Imperio, nec recognoſcit Imperatorem vt ſuperiorem, ſed cum in regno ſcādala, ſeditioneſquê excitari poſſent euitandi peccati cauſſa Pontifex inter Reges conſulitur, iudexquê eſt cap. nouit de iudicijs, vt recte aduertit Parladorius ſecunda par. rerum quotidianarum cap. 21. cui textui cum ſatisfacere non poſſet Carolus Graſalius lib.1. regalium Franciæ iure 63. inuidus Hiſpaniæ aſſerebat id eo id accidiſſe, quia Luſitaniæ regnum eſt Eccleſiæ fœudatarium, & ſubditum in temporalibus, quod tamen alienum eſt â iure, & veritate,cum ſit legitimi iuris,& liberi, nec recognoſcit aliquem ſuperiorem in temporalibus ex ſpeculatore tit.de fœudis.§.1.Andrea Siculo conſ.11.num.15.vol.1.ſed Pontifex dedit curatorem,vt iudex inter Reges eſt & euitandæ ſedi-



26 *Ponderatur textus.c.ſolitæ, De maiorit. et obediētia.*

ſeditionis:& peccati cauſſa; & ſicut inutilem Regē Childibertum in Gallia priuauit regno tradiditq; imperij habenas,& clauum Pipino ca.alius.15.quæſt.6. ita in Luſitania inutili Regi curatorem dedit.

Tertio confirmatur ea ſententia ex textu innocentij tertij indecretalibus cap. ſolitæ de maior,& obedient. qui dirigitur Conſtantino Imperatori,& dum Pontifex probat quod habetur cap.duo ſunt 96.diſt. vt vna ſit poteſtas ſpiritualis, quæ apud Pontifices manet, & alia temporalis apud Reges loquens de temporali inquit. *Non negamus quin præcellat Imperator in tēporalibus in illos dūtaxat, qui ab eo recipiūt temporalia*, illis animaduerſis verbis in illis animaduerſis verbis, *in illos dūtaxat*, quod Pontifex non dixit generaliter quod in temporalibus præcellit in omnes, ſed regulam propoſuit quod præcellat Imperator cum limitatione tamen,quod non generaliter in omnes præcellat, ſicut Pontifex in omnes præcellit in ſpiritualibus; ſed in illos dumtaxat,qui ab ea recipiunt temporalia regna ſcilicet & fœuda, & eum recognoſcunt in ſuperiorē, nō vero in alios, poteſtas enim ſpiritualis in vno Pōtifice reſidet vt capite,temporalis licet vna ſit data â Deo tamen in plures diuiditur,& ita loquitur, Pontifex excipiendo Reges,qui non recognoſcunt. Imperatorem, quod ſignificat dictio duntaxat,quę reſtringit,& limitat.l.obæs.C.de prædijs minorū vbi doctores,& intereos, qui nō recognoſcunt Imperatorē in temporalibus ſunt rex Hiſpaniæ, Frācię,& Anglię.

Confirmatur eadem ſententia ex confeſsione Iuſtiniani Imperatoris in.l.2.C.de oficio præfecti prætorio Africæ illis verbis. *Iubemus etiam vt in traiecto, qui eſt contra Hiſpaniam, qui Septa dicitur quantos prouiderit tua magnitudo de militibus vna cum tribuno ſuo homine prudente, & deuotionem ſeruante Reipublicæ noſtræ per omnia conſtituas, qui poßint & ipſum traiectum ſemper ſeruare, & omnia quæcumquè in partibus Hiſpaniæ vel Galliæ, ſeu Francorum aguntur viro ſpectabili duci denuntiare, vt ipſe tuæ magnitudini referat. in quo traiectu etiam Dromones quātos prouideris ordinari facias.* Et quamuis ex illa lege Carolus Graſalius lib.1.regalium Franciæ iure, 6.de ducat Iuſtinianū in quibuſdam partibus Galliæ, & Hiſpaniæ dominiū habere non in omnibus, tamen id colligi non poteſt ex littera, & genuinus, legitimuſquè videtur ſenſus quem Moline⁹ in principio conſuetudinū Pariſiēſiū num.30. ſcribit quod Iuſtinianus conſtitui validum exer-

27 *Ponderatur. l.2.C.de officio præfecti prætorio Africæ.l.1.C. de ſūma Trinitate.l.mercatores C. de commercijs, & mercatoribus l.ſi C. de eunuchis nouella.8.*

exercitum iuſsit in traiectu, qui eſt contra Hiſpaniã, qui dicitur Septa, & nunc Zeuta in illa extremitate Africæ, quæ Gadibus opponitur, vbi eſt portus Zeutæ nunc regni Luſitani, & ibi iubet dromones conſtitui id eſt naues veloces, & curſorias ſic dictas â Dromo hoc eſt curſu ex Iſidoro lib. 19. ætimologiarum. c. 1. Caſsiodoro 2. & 4. & 5. variarum, Zonara to. 3. in Mauricio, vt denuntiarent quicquid fieret in Hiſpania, & Gallia, eo quod eſſent finitimæ regiones, & in quas nullum Imperium habebat, vt ſibi caueret ab illis, & Africa recenter â Vuandalis duce Beliſario vindicata tuta maneret, quod idem patet ex Iuſtiniano ex l. 1. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica ibi. *Quos clementiæ noſtræ regit Imperium*, dictione illa, *quos* perpenſa, quæ reſtringit ex. l. ea tamen adiectio. ff. de verborum ſignificat, vt ſignificet quod non omnes regit Imperium ſuum, ſed aliqui erant quos non regebat, vt Hiſpanos. Item Honorius, & Theodoſius in. l. mercatores. 4. c. de commercijs & mercatoribus fatẽtur regna non eſſe Imperio ſubdita ibi. *Mercatores tam Imperio noſtro, quam Perſarum Regi ſubiectos*, & ibi. *Nullus igitur poſthac Imperio noſtro ſubiectus.* Nam nõ generaliter in omnes ſtatuunt, ſed in ſubditos Imperio, cum ſint plures non ſubiecti Imperio, idemquê habetur l. fin. C. de eunuchis ibi. *Extra loca Imperio noſtro ſubiecta.* Et in nouella 8. quæ eſt in auth. vt iudices ſine quo, quo ſuffragio Iuſtinianus numerans prouincias ſibi ſubditas, vbi præſides, & præfectos conſtituebat, nõ numerat Hiſpaniam cum ſibi ſubdita nõ eſſet, vt Guidus Pancirolus in notitia Imperij Occidentali. cap. 3 aduertit. ex quibus ſatis probatum manet Hiſpanos potuiſſe Romanos â patrio eijcere ſolo redimentes regnum vi expugnatum, & vim vi repellendo.

28 *Titul⁹ ex cõceſsione Imperatorum.*

Sed vltra hunc titulum iure belli, & gentium aliũ habet Hiſpania ex conceſsione Imperatorum, cum Iulius Cæſar expugnare Hiſpaniam omnem non potuiſſet, Cantabros enim, & Aſtures deuincere non potuit, & ita octauius Auguſtus bellum in eos parauit, vt Paulus Oroſius his verbis recitat lib. 6. cap. 20. *Anno ab Vrbe condita DCCXXVj. Imperatore Auguſto Cæſare ſexies, & bis Marco Agrippa cõſulibus, Cæſar parum in Hiſpania per ducentos annos actum intelligens ſi Cantabros, atq; Aſtures duas fortiſsimas gentes Hiſpaniæ ſuis vti legibus ſineret aperuit Iani portas, atquè in Hiſpanias ipſe cum exercitu profectus eſt. Cantabri, & Aſtures Galletiæ prouinciæ portio ſunt, qua*



*qua extentum Pyrinei iugum haud procul ſecundo Occeano ſub Septentrione deducitur. Hi non ſolum propriam libertatem tueri parati, verum etiam finitimorũ prærripere auſi Vacceos, et Gurgonios, & Aurigonas aſsiduis irruptionibus populantur* Et poſtquam Cãtabros obſidione famis conſumptos narrat, & vlteriores Gallecię partes quæ montes, ſyluiſquè conſitæ Occeano terminãtur obſiderent Romani, nec tolerare poſſent, nec vincere ipſi certatim ad voluntariam mortem confugerunt, alij igne, alij ferro, alij veneno eligentes potius mori, quam quod Romani eos ſeruuos appellarent, & de Aſturibus inquit. *Aſtures vero poſitis caſtris apud Aſturam flumen Romanos, niſi proditi, præuentiquê eſſent, magnis conſilijs virtutibuſquè oppreſsiſſent.* Quod idem conſtat ex Liuio libr. 47. & Lucio Floro in epitome ad finem, Epiſcopo Gerundenſi libr. 10. hiſtoriæ. Marineo Siculo de rebus Hiſpaniæ lib. 10. & Morale libr. 6. & ita eo anno, & tempore quo Hiſpaniam redegit Auguſtus in poteſtatẽ pax in vniuerſo orbe extitit, & natus eſt Chriſtus Deus homo factus propter homines, vt Oroſius dicto loco aſſerit. *Igitur eo tempore id eſt eo anno quo firmiſſimam veriſsimamquè partem ordinatione Dei Cæſar compoſuit, natus eſt Chriſtus, cuius aduentu pax iſta famulata eſt.* Et ita exijt edictum â Cæſare Auguſto, vt beatus Lucas narrat, quod vniuerſus orbis deſcriberetur, quod non parus gloriæ Hiſpanis cumulus adijcitur vt non domiti ſint donec Chriſtus naſci paratus eſſet, cum eius potius voluntati, quam Romanis ſubijci videretur, ex eoquè tempore Hiſpania iuri Romanorum ſubdita fuit, eorumque legibus gubernabatur, prætores, pręſides creãdo, proconſuleſquê vt Pompeius teſtatur. l. 2. §. poſt aliquod. ff. de origine iuris ibi. *Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, item Hiſpania, deinde Narbonenſi prouincia totidem prætores quot prouinciæ in ditionem venerant, creati ſunt.* Et Vlpianus. l. relegatorum. §. interdicere. ff. de interdictis, & relegatis, ibi. *Moecio enim Probo Præſidi prouinciæ Hiſpaniarum reſcripſerunt.* Et patet. l. in Luſitania. ff. de cenſibus, & notitia Imperij Occidentalis. cap 3 donec imperarunt Arcadius, & Honorius filij magni Theodoſij diuiſſo Imperio vt Occidentalis clauum teneret Honorius, & Orientalis Arcadius, cũquè in Occidentali ingrederentur Barbaræ, & peregrinæ nationes Vuandalorum, Alanorum, Silingorũ Sueuorum, & ex Gallia intima Hiſpaniæ occupaſſent, Honorius potentiam eorum ex horreſcens cum Alarico

Alarico rege Gothorum de pacis conditionibus deliberans pacto conuento conceſsit ſibi & ſuis Hiſpaniæ, & Galliç regna, vt ſibi expugnarent, & â Barbaris cæteris vindicarent nationibus, ex qua Honorij donatione, & expugnationis, iuriſque conceſſione Alaricus expellendo alias nationes ſibi & ſucceſſoribus, & Hiſpanis adcquiſiuit Hiſpaniam, vt auctores ſunt Rodericus lib. 2. cap. 4. ſanctus Antoninus ſecunda par. tit. 11. cap. 6. Alphonſus Areualo in Palentina vita Athanarici Morales lib. 11. cap. 6. & 7. cum alijs. Garibay lib. 8. cap. 1. Couaru. c. 1. pract. num. 1. Menchaca lib. 1. controuerſiarum. c. 2. Forcatulus de Gallorũ imperio & philoſophia lib. 6. fol. 389. Itemquê cum primum Alarico certamen conceſſum eſſet expugnãdi Hiſpaniam, & pacis conditione deliberatum, ac pacto conuento actum. Ataulfus vt Romæ dominus magis ad poſsidendam Romam, & appellãdã Gothicã quã ad expugnãdã proficiſceretur data eſt ei vxor Galla Placidia, quã captiuã habebat Alaricꝰ ſtrenua, & inſignis fœmina ſoror honorij, filia Teodoſij magni, & dotis nomine regna Hiſpaniæ, & Galliæ ſunt, conceſſa, & pacto data vt Italia propria libera relinqueretur, illaquè incredibili prudentia, & ſermone miti & blando permulcens maritum, pacem cũ Honorio ita compoſuit, & ex Italia in Gallias migrauit, & facta eſt quędam permutatio vt Carolus Sigonius lib. 10. de Imperio Occidentali anno 411. & 412. explicat, Stephanus Forcatulus de Gallorum imperio, & philoſohia lib. 6. fol. 389 & 390. ex Paulo Oroſio libr. 7. cap. vlti. Traditionem autem ab Honorio Alarico factam Iornandes de rebus Gethicis his verbis deſcribit. *Enim vero cum ciuitate Veſegothorum aplicuiſſet exercitus, & ad Honorium Imperatorem, qui intus reſidebat, legationẽ miſiſſet, quatenꝰ ſi permitteret vt Gothi pacati in Italia reſiderent ſic eos cũ Romanorũ populo viuere, vt vna gens vtraquæ credi poßit, ſi autem aliter bellando quis quem valebat expelleret, etiam ſecurus qui victor exiſteret, imperaret. Honorius Imperator vtramque pollicitationem formidans, ſuoquè cũ ſenatu inito conſilio quo modo eos extra fines Italos expelleret, deliberabat, cui ad poſtremum ſententia ſedit, quatenus prouincias longe poſitas id eſt Gallias, Hiſpaniaſquê quas iam pene perdidiſſet, Gizerizíquè Vuandalorum Regis vaſtaret irruptio, ſi valeret Alaricus ſua cũ gente ſibi tanquam lares proprios vindicaret donatione ſacro oraculo confirmata conſentiunt Gothi hac ordinatione, & ad traditam ſibi patriam proficiſcuntur, poſt*



*poſtquorum diſceßum nec quicquam mali in Italia perpetratum.* Quod & confirmat Ioannes magnus lib. 15. cap. 14. & 15. & 17. hiſtoriæ Gothorum & Nicolaus Rauallus Archiepiſcopus Vpſalẽſis in proteſtatione pro Eurico Gothorũ Rege concilij Baſilieſis edita apud Ioãnem magnum lib. 16. â cap. 28. cum alijs is. cap. 29. inquit. *Sublato Athanarico Conſtantinopoli è medio Alaricus præficitur, qui recto tramite Italiam petens Rauenam vſquè fœliciter peruenit, & cum impetraſſet ab Honorio Gallias, & Hiſpanias iam à Vuandalis pene deſtructas,* & infra. *Vnde ita factum eſt vt fugatis inde in Africam Vuandalis Gallias, Hiſpaquê adcquireret.* Et Vuolfangus Lazius libr. 10. de gentium migratione, Mariana lib. 4 cap. vlt. de rebus Hiſpaniæ Alberto Kranzio lib. 1. Sueuiæ, Iacobo Zuinglerio in Scandinauia Garibay lib. 7. cap. 58. & lib. 8. cap. 1. & deinde Auitus Imperator id Theodorico Regi Gothorum confirmauit dum ei ad imperiale culmẽ obtinendum praſto, & auxiliator eſſet vt colligitur ex diuo Iſidoro in chronico Gothorum, & notant Morales lib. 11. c. 30. & Iornandes de rebus Gothicis, ideo rectê de Eurico Rege Gothorum loquens, cum Geſericus Vuandalorum Rex Africa contentus manet, ait. *Hiſpanias, Galliaſquè ſibi iam iure proprio tenens, ſimul quoquê & Burgundiones ſubegit.* Ponderato verbo iure proprio iudicante eſſe ita proprium, vt nullum agnoſceret alium directum, nec propriũ Dominum, Vnde ex dictis colligitur tam iure gentium belli iuſti quam donatione, & permutationis contractu, quam etiam Imperatorum, & fortius Pontificum decretis Hiſpaniam iure optimo liberam ob omni recognitione Imperij manere, vt concludit Ioannes magnus lib. 15 ca. 26. loquens de Eurico Rege Gothorum Hiſpaniarum. *Debent igitur vniuerſa Hiſpaniarum, & Galliarum regna Gothicæ gentis fortitudini non paruas gratias, quod tunc primum per eam aduro Romanorũ Imperio liberata nunquam poſtea libertatem amiſſerunt, ſed in maiorẽ gloriã conſcenderunt.*

30 *Quod prius Hiſpania libera fuit ab Imperio quã Gallia.*

Ex qua declaratione ita iure fundata colligitur aliqua, quæ nobilitant regna Hiſpaniarum. Primo ꝙ Hiſpania prius libera ab Imperio extitit quam Gallia, & ideo vt antea libera antecedere debet, idquè probatur nam quamuis eodem tempore Honorius Imperator Alarico, & Ataulfo Hiſpanias Galliaſq; conceſsit, & Ataulfus vtrumquè regnum obtinuiſſet, vt Iornandes de rebus Gothicis commemorat, tamen ipſe Ataulfus Gallias Honorio donauit, & in ditione Roma-

Romanorũ iterum conſtitutæ ſunt, vt auctor eſt Ioãnes magnus lib. 15. c. 14. in Gothorum, ſueuorumq; hiſtoria hiſce verbis: *Tali ergo modo Galliæ venienti Ataulfus quamuis iam confirmatus eſſet in regno Galliarum, attamẽ quemadmodum prius Romam, & totam Italiam in manu illius Honorij Imperatoris, quem hiſtorici inertiſſimum fuiſſe affirmant, libere reſtituerat, ita nunc Gallias ſuorum Gothorum laboribus, & periculis adcquiſitas expulſis inde fortiſſimis gentibus ad manus eiuſdem Imperatoris gratis donare nõ dubitauit.* Sed quando Gallias donauit Hiſpanias pro patrimonio ab Imperio liberas retinuit ex eodem auctore inferius. *Nam Imperator Honorius cum iam Ataulfi beneficio liberam teneret Italiam, & Gallias cogitauit per ſummã ingratitudinem, quomodo Ataulfum ex Hiſpanijs eijceret, Gothorũquê nomen penitus inde amoueret, ſed non erat tam fluxa fides Hiſpanorum, vt ſinerent Gothos tanta iniuria per ingratiſſimũ Imperatorẽ affici, iã enim ſedes ibi fata quietas pro ſẽpiterna Gothici regni gloria diſponebat, &c.* Interim vero dum Clodoueus dictus Lodoinus, ſeu Lodouicus regnauit Galliæ, & Alaricũ Gothũ ſuperauit, quandoq; Galli Romanis, quandoquê Hiſpanis vt Eurico Regi parue re ex Roderico Toletano lib. 2. cap. 10. Ioanne magno lib 15. cap. 25. hiſtoriꝍ Gothorum generali, Hiſtoria Hiſpaniæ ſecunda part. c. 29. & diuuo Iſidoro era 504. & poſt Clodoueum etiam in Gallia Narbonenſi Gothi regnarunt vt de Leouuigildo, Athanagildo, & Recharedo Iſidorus in chronico Gothorum refert Ioannes magnus lib. 16. c. 7. cum alijs, Mariana libr. 5. c. 7. cum alijs de rebus Hiſpaniæ, et Romani partem tenebant, vt diximus c. 9. & . 10. ſed in Hiſpania quãuis Romani contenderunt aliqua oppida occupare, tamen Siſebuto rege incœpit omnino liberari ex Ioanne magno libr. 16. cap. 14. dicens de Siſebuto. *Hic eſt enim qui Hiſpanos a Romano imperio ita liberauit, vt nunquã amplius Romano Imperio ſubiecti fuerint teſte Matheo Palimerio in ſupplementis Euſebij, & Iheronymi.* Et Cintila Rex perfecit ex Luca Tudenſi in ſecunda part. hiſtoria Iſidori era 661. dicens. *Poſtquam vero apicem faſtigij Regalis conſcendit vrbes reſiduas, quas in Hiſpanijs Romana manus retinebat prælio concerto obtinuit, multiſquê triumphis gloriam præ cæteris Regibus fœlicitate mirabili reputauit, totius Hiſpaniæ infra Occeani fretum monarchiã tenuit primus.* Ioãnes magnus lib. 16. c. 1. dicens. *Romanos ſæpius, quam fœlicius Hiſpanias impugnantes ita repreſſit, et proſtrauit vt relictis omnib⁹ ciuitatib⁹, et terris, quas vel olim vel nuper poſt Siſebuti*





*mortem occupauerant, in Italiam trepidi remearent, nec vnquam poſtea ſubiugandis Hiſpanijs animum adhiberent; itaquê Cinthila primus Gothorum Regum ſua ſingulari virtute, & prudentia totam Hiſpaniarum monarchiam integræ libertati reſtitutam ad ſuum principatum fœlici victoria perduxit.*

31 *Quod Reges Hiſpani Imperatores dicti ſunt.*

Secundo ex dictis colligitur quod cum Reges Hiſpaniæ ſint ſuperiores in regno non recognoſcentes in temporalibus alium ſuperiorem, Imperatores in regno ſint ſuo Abb. cap. quæ in Eccleſiarum num. 6. de probat. Redin. de maieſtate Principis verb. Imperator numer. 36. habetquê præuilegia Imperatorum de quibus l. 2. titul. primo part. 2. Caſſaneus. quinta part. conſ. 24. in cathalogo gloriæ mundi Caſtaldus de Imperatore quæſt. 110. merito ex illis aliqui Imperatores Hiſpaniarum vocati ſunt, vt Rex Sãctius cognomento magnus, in quo & vxore Caſtellę, Legionis, Luſitaniæ, Nauarræ, & Aragoniæ regna, & ducatus Cantabriæ in vnum conuenêre, & maxima pars Vaſconum in gallia, quam vendidit Comiti Pictauienſi, & ita his vnitis Imperatoris titulo acclamatus eſt, & vocatus Iheronymus Zurita lib. 1. annalium Aragoniæ cap. 13. & Garibay in proemio hiſtoriæ Regis Sanctij maioris, idque Garibay ibidem & lib. 8. c. 32. aſſerit Imperatorẽ dictũ Sãctiũ maiorem appellatum, eodemquê titulo Ferdinandũ magnum appellatum affirmat idem Garibay li. 11. c. 1. & 7. & Alphonſus ſextus eo inſignitus eſt nomine ex Zurita libr. 2 cap. 2. annalium Aragoniæ quod anno. 1084. Garibay libr. 11. cap. 17. refert auctoritate Vrbani ſecundi Pontificis id factum fuiſſe in renumerationem, quod præces, & diurnum Arabum dictum Mozarabe iuſſerit exterminari á regnis Hiſpaniæ admittens ſolum Romano more recitari diuina, quod idem aſſerit idem Garibai in proemio Sanctij maioris, & libr. 8. cap. 32. Genebrardus lib. 4. hiſtoriæ anno 1119. Mariana lib. 11. cap. 4. Item & Alfonſus Rex Aragoniæ, qui vxorem habuit Vrracam filiam Alphonſi ſexti appellatus eſt vt ſocer Imperator Beuter lib. 2. c. 10. Zurita lib. 1. cap. 36. annalium, & Alphonſus ſeptimus ita vocatus fuit ex Anacephaleoſi Carthagenæ. cap. 77. & Roderico Toletano li. 7. c. 7 Garibai li. 11 c. 27. Rexque Alphonſus octauus ab alijs ſeptimus dict⁹ coronatus, inunctuſq; eſt Imperator in Legionenſi vrbe â Raimundo Archiepiſco-

po Toletano, & confirmauit Innocentius ſecundus Papa ex Garibay libr. 8. capit. 14. ſolemnitatemquè coronationis, & vnctionis Imperialis refert eius hiſtoria cap. 30. edita â fratre Prudentio Sandoual, aitquê opinionem fuiſſe plurium approbatam â Pontifice coronationẽ, & beatus Petrus Abbas Cluniẽſis epiſt. octaua ad Innocẽtium appellat Imperatorẽ his verbis. *Imperator Hiſpanus magnus Chriſtiani populi Princeps.* Vt mos fuit vſitatiſsimus coronari, cognominariquê Imperatores, qui Hiſpaniam ſimul obtinuerint, idemquè refert Zurita libr. 1. annalium Aragoniæ cap. 51. & 52. quo titulo nullus alius Rex in Occidente ornatus fuit ob regnum, cum Imperatores alij non ob regna propria, ſed quod Romæ ciuitati præſint, Imperatores dicantur in Occidentali Imperio ex Ioanne Baptiſta Ignatio libr. ſecundo de Romanis principibus in principi. Molineus in conſuetudinibus Pariſienſibus titulo de materia fœudali in principi. num. ſexageſſimo & ſexageſſimo primo.

32 *Potiori iure quã alijs Regibus Philippo 3. debetur titul⁹ Imperatoris, & quare nõ Imperatorũ titulo Hiſpani Reges vtãtur.*

Vnde ſi conceſsione Pontificum titulus imperij Regibus Hiſpaniarum conuenit, & qui illo vſi ſunt ea ratione adducti fuere, quod aliqua regna Hiſpaniæ vnita poſsidebant, vt Sanctius magnus. Rex noſter Philippus tertius Catholicus, & omnium maximus multo potiori iure hoc titulo Imperatoris potiri debet, & præuilegijs eius frui omnes antecedendo Reges, vt Imperator facit, quia non ſolum plura regna Hiſpaniarum coniuncta poſsidet, & tenet, ſed Hiſpanias vniuerſas, quas in Philippo ſecundo noſtra ætas vidit in vno Principe adhærentes, quod nulla â Roderici ſæculo perſpexit. Item & ſi Imperatores triplici corona ornantur, eoquê honorifico, & inſigni titulo condecorantur, quod plura regna gubernent, orbiſquê partem maximam poſſederint: noſter Philippus, qui orbem integrum Indiarum ab Oriente vſquê ad Occaſſum antea ignotum hodie Eccleſiæ ſubditum in ſpiritualibus labore, & diligẽtia, ſumptuquê maximo Regio habet, & vltra Indias Orientales, & Occidentales in Aſia, & Africa, in Europa tot regnorum faſtigia regit, vt in Italia ditionem Mediolanenſem, regna Siciliæ, Corſicæ, Minoricarum, & Maioricarum, Neapolitanum, Calabriam, in Gallia Flandriam, Burgundiam, & in Germania tot ditionum iura habet, & ad regnum Brita-



Britaniæ expugnatio â Pontificibus conceſſa eſt, merito Imperatoris orbis noui, & Europæ nomen ei debetur dum nec Traianus, nec Alexander magnus, nec vllus, vt ſuo loco ex Habrahamo Hortelio diximus, notus fuit, qui tot regna, & ditiones moderaretur, & iuſtiori titulo de eo dicere poſſumus, quod de Cæſare cecinit Ouidius lib. 1. faſtorum.

*Si petat à Victis tot ſumet nomina Cæſar:*
*Quot numero gentes maximus orbis habet.*

33 *Vnde trriginem habuit titulus Imperatoris*

Cum ſit Stylus Imperatorum varijs nominibus ſubactarum gentium decorari, vt patet ex proemio inſtitutionnm Iuſtiniani. Sed attẽdi forſan debet, quod quamuis cum olim duces exercitus Imperatores dicerentur, vt Scipiones, Fabij, & ſimiles ex Cornelio Tacito lib. 3. annalium in fine, & familiaris eſt modus dicendi apud Liuium, & Plutarchum, & commẽtaria Cæſaris, Salluſtium, Ciceronem, & alios, tamen quia poſtea Regum, quorum antiquius eſt nomen, & titulus l. 7. tit. 1. p. 2. Romanis odioſiſſimum vocabulũ eſſet, & formidabile, poſtquam Tarquinius Rex expulſus fuit Liuius lib. 2. ab vrbe condita, ideo Iulius Cæſar, Octauius Auguſtus, eius ſucceſſor, & alij nõ ſunt appellati Reges, ne apud Romanos male audirent ex Dione in Octauio lib. 52. & 53. ſed Imperatores dici cœperunt, & ita Imperatoris nomen, quod antea ad exercitum, & victoriam tendebat, ita vt ex Appiano Alexandrino libr. 2. cap. 12 qui decem mille hoſtes interfeciſſet pugna vna Imperator dici poſſet, non alius, poſtea ad dominium, & potentiam redactum eſt, & ad regimen regnorum, & ex duce generali exercitus, qui Imperator dicebatur, hodie appellatur Regum Rex, & dominus orbis Imperator, cum antea monarchiæ Babyloniæ, Perſiæ, Iudeæ Reges appellarent, qui clauum earum, & faſtigium tenerent. Apud alios autem præter Romanos Regum nomen in vſu eſt, non imperatorum, & eo Reges Hiſpaniæ malunt vti, potiuſquam Imperatoris, quia Rex cum â regendo deriuetur capi. cleros diſtin. 21. cap. ſcelus. ſecunda quęſtio. 1. l. 6. titul. 1. part. ſecunda Pomponius Lætus cap 1. de magiſtratibus Romanis, ſanctus Auguſtinus libr. 5. de ciuitate Dei, Imperator autem ab imperando dicitur. l. 1. titul. 2. part. tertia, & facilius homines reguntur leuiter, placide quod â guberDd 2 nato-

natoribus fieri ſolent, quam imperantur dominio, & ſuperioritate, & ita qui nimia ſeueritate vtebatur imperioſſus dicebatur, vt Titus Manlius imperoſſus dicebatur apud Liuiũ li. 8. ab vrbe cõdita, Agelliũ li. 9. ca. 13. noctium Atthicarum, quia filium eximia aſperitate interfecit, quod euentu fœlici, & fauſto non ſeruauerit diſciplinam militarem ex Valerio maximo lib. 2. cap. 7. *Satius eſſe iudicans patrem forti filio, quam patriam militari diſciplina carere.* Hincquê deducitur ratio quare Chriſtus Deus, & dominus noſter in tota ſacra pagina non Imperator, ſed Rex dicitur, & beatiſſima Virgo Maria Regina, quia potius patroni, & aduocati apud Deum gubernatores, vt paſtores gregis curam ita habentes vt vigilent regendo, & gubernando, quam vt appellemus Chriſtum Imperatorẽ, & Mariam Imperatricem cum ſit nomen imperandi ad terrorem, & formidinẽ impoſitum ex beato Dionyſio, quem refert Aflictis in conſtitutionibus Neapolitanis quæſt. 1. & 2. & hęc cauſſa potiſsima extitit cur non Imperatotis nomen ſumpſerit, non autem vera eſt, quam lib. 8 hiſtoriæ quidam Mediolanẽſis Hiſpanæ nationi hoſtis infeſtus anno 1564. ſcribit, quod denegatus eſt Philippo ſecundo petenti Imperatoris titulus â Pio quarto, quod Eccleſia dum diuiſsit Imperium Occidentale, & Orientale ſit detrimentũ paſſa, quin potius petitum eſt vt ſibi ſumeret hoc nomen vt ei abſque contentione locus dignior, & potior tribueretur, cum nouum orbem poſsideret, & ei eius titulus Imperialis deberetur.

34 *Flauij Gothi nomine vtebantur, quod eſſet titulus Imperatorũ.*

Hinc etiam deducitur ratio, qua Goti moti ſunt vt Flauij titulo vterentur omnes â Recharedo, vt patet in concilijs Toletanis, & alijs, & apud annales eorum ex notatis per Ambroſium Morales libr. 12. cap. 3. id enim ideo fiebat quod Imperatores Flauij etiam dicebantur, vt Iuſtinianus in princ. inſtitutionum,

35 *Error Alciati.*

quod non intelligens Alciatus lib. quinto parergon cap. 3. legebat Sclauicus quaſi Slauios, qui nunc Sclauones dicuntur, vinceret, ſed melius Valduinus Hothomanus, & alij in princip. inſtitutionum iuris ciuilis explicant quod Flauius eſt titulus Imperatorum,

36 *Quid Flaui⁹ ſignificet.*

tum quod Flauium ſignificat rem ſplendidam, & magnificam, ſublimemquè ex Valduino in proemio inſtitutionum verbo Flauius, tum etiam quod

35 *Flauia familia.*

familia Flauia eſſet Imperatorum, quæ â Veſpaſiani Cæſaris præclara origine defluxit ex Suetonio. c. 12

in



in eo, & Domitianus ſe Flauium nominauit familiã paternam, magis quam virtutem oſtentans, & referens, quamquam non defuerint, qui Flauios antiquos operarum vulgares mancipes fuiſſe, & ruri colendo aſſuetos perperam mentirentur, vt eſt inſignis licentia ſcriptorum in Heroum maiores, vt tunc ſibi veroſimilia magis tradidiſſe videantur, cum illos apprime denigrauerint, quorum res geſtæ candorem, & lucem ſingularẽ patefaciunt, vt notat Forcatulus de Gallorum Imperio libr. 3. fol. 170. & ea occaſione Longobardi a Flauio Authari Flauij dicti ſunt, vt dignitatem Imperialem eo nomine indicarent, & libertatem quod neminem recognoſcerent ſuperiorem, vt auctores ſunt Paulus diaconus lib. 3. de geſtis Longobardorum cap. 8. Reginon lib. 1. chronicorum anno 517. Sigonius de regno Italiæ lib. 1. anno 585. in Flauio Authari, & ſanctus Antoninus ſecunda part. hiſtoriæ tit. 11. cap. 9. Varonius. tom. 4. annalium anno 306.

38 *Ius Hiſpaniæ ad Oriẽtale imperiũ*

Addi poteſt etiam ex regula, qui actionem habet ad rem recuperandam rem ipſam habere videtur de regulis iuris libr. 6. quod Rex catholicus Philippus noſter cum actionem, & ius habeat ad imperium Orientale titulus Imperatoris Orientalis competere debet ei & præuilegium. Cauſſa autẽ, ex qua ad eum pertinet iure ſucceſsionis ex hiſtorijs altius repetitis ea videtur, quod Andreas Paleologus, qui Deſpotus Moreæ dicitur filius Thomæ Paleologi alterius Deſpoti legitimus ſucceſſor, & hæres Imperij Oriẽtalis Conſtantinopolitani, & Peloponenſis merito nuncupatus frater Conſtantini vltimi Imperatoris Conſtantinopolitani, qui ei ſuccedebat in imperio, eo quod alius qui deſcenderet ex Imperatoribus Orientis Chriſtianis non ſuperſtes erat hunc titulum, & ius, quod ad eum pertinebat Andreas dictus in Reges catholicos Ferdinandum, & Elyſabeth, & ſucceſſores tranſtulit, vt auctor eſt Iheronymus Zurita fidelisſimus hiſtoriagraphus in hiſtoria Regum catholicorum ibr. 4. capitu. 39. & prius Regi Aragoniæ Iacobo vxor Michaelis Paleologi Imperatoris Conſtantinopolitani donauerat ius, quod dotis nomine Imperium ei competebat ex eodem Zurita libr. quinto annalium Aragoniæ cap. 105. Ex alioquê capite ſucceſsionis ius competit ob comitatum, & ſtatum Flandriæ, cum Valduinus Comes

 Flan-

Flandrenſis Imperator extiterit Conſtantinopolita-
nus ex Blondo libr. 6. decade ſecunda & ei ſucceſsit
frater Henrricus ex ſancto Antonino tertia part. tit.
19. cap. 2. §. 3. Paulo Æmilio lib. 6. Onufrio Panui-
no de Romanis Principibus, Nicetas in fine annaliũ,
Nicephoro Gregora libr. 3. Baptiſta Ignatio libr. 2.
Monarchia Pinedæ lib. 21. cap. 21. 25. 32. 36. & 37. &
Henrrico ex eis exitit hæres filia eius Iolanta, quæ
nupſit Petro Altiſiodorenſi, cui ſucceſsit Robertus
gnatus, & eius obitu inter Theodorum Laſcarum
generum Roberti, & Ioannẽ Ducas generum Theo
dori ſucceſsit Theodorus Laſcarus filius Ioannis Du
cas, & poſtea Valduinus filius Roberti, in cuius Im-
perio bella exorta ſunt, donec Michael Palealogus
expugnauit, & ſibi retinuit, & ita in ditione Flan-
drenſi imperium extitit, quod iure ſuceſsionis com-
petit per 42. ſeu ex alijs per 22. annos ex ſupra cita-
tis auctoribus.

*39 Reſpondetur quibuſdam Gallorum obiectionibus.*

39 His rebus ad fidem hiſtoriæ cumulatis reliquum
eſt, vt aliquibus Gallorum obiectionibus ſatisfacia-
mus, qui vbiquê & omni occaſsione Hiſpanorum glo
riæ detrahere ſtudent, qui vt inuidi eius macreſcũt
rebus opimis, & primo Molineus in procem. conſuet.
Pariſiens. num. 26. & Ioannes Igneus in illo tracta-
tu an Rex recognoſcat Imperatorem ſub. l. neceſſa-
rios. §. non alias tertia part. numer. 383. ff. ad Sila-
nianum, & alij ſcribunt Hiſpaniam ſubditam fuiſſe
Carolo magno Regi Francorum, & colligunt ex. c.
volumus. 11. quæſt. 1. Vbi Carolus magnus numerat
ſuæ ditioni ſubiectos, & inter illos Francos, Gallos,
Germanos, & Hiſpanos. Itemquè & Forcatulus lib.
2. de Gallorum imperio, & philoſophia fol. 112. in-
quit Caroli magni auxilio Africanos Mahumetanos
ab Hiſpania expulſos, & poteſt ponderari conceſsio
Pontificis in cap. Hadrianus el. 2. diſtin. 63. vbi Per
ſingulas prouincias Epiſcopatuum, patronatus iura
donata ſunt Carolo â Pontifice, & in illa dictione
*Per ſingulas* Hiſpania poteſt intelligi, ſed facilis eſt
ſolutio. Primo quod textus dicto cap. Hadrianus el
ſegundo intelligitur ex gloſ. ibi verb. per ſingulas,
qui exteræ nationis vir antiquus gloſſator pro Hiſ-
panis reſpondet, nam conceditur inueſtitura per
ſingulas prouincias illi ſubditas, non vero per non
ſubditas, vt eſt Hiſpania iam â antiqua ætate libera,
& vt omnino libera non â Carolo magno, ſed â ſuis
incolis



incolis recuperata, & in textu dicto cap. volumus Ca-
rolus dum aſſerit ſuæ ditioni Hiſpanos ſubditos non
ideo ſequitur, quod erant ſubditi, cum etiam Reges
Galliæ ſe Reges Angliæ nominent, nequê ideo ſe-
quitur quod ſint eius regionis Reges, immo Hiſpaniarũ
catholicis principibꝰ expugnatio Angliȩ ab Eccleſia
cõceſſa eſt, ſed idẽo potuit Hiſpanos ſubditos nomi
nare, quia aliquas ciuitates Hiſpaniæ â mauris rece-
pit, vt Pampilonenſem, quam euertit, & muros deſ-
truxit, & Barchinonenſem vrbem, quod ideo accidit,
non quod ad regna Hiſpaniæ ius habere contende-
ret, ſed quia cum Gothi Galliam Gothicam Narbo-
nẽſem poſediſſent, & Africã Mauri cœpiſſent cũ Hiſ
paniæ parte â Roderico, Carolus Martellus auꝰ Ca-
roli magni ex Gallia exterminauit eos, ſibiq; cœpit,
quod Carolus magnus proſecutus eſt, & in partes Hiſ
paniæ ingreſſus anno 801. Lodouicus filius Barchi-
nonem â Mauris confecutus eſt bello 12. annis ante-
quam decederet, cum animam Deo anno 813. reddi-
derit, & ex illa parte Barchinonenſis comitatus, &
Catalonię Hiſpanis dicitur imperaſſe ſumendo par-
tem pro toto, vt doctiſsimus Couar. in regula poſeſ-
ſor ſecunda part. §. 10. num. 6, et ex eo Gutierrez. 2.
tomo practicarum lib. 3. quæſt. 13. obſeruant Ioannẽ
Ferrault, Igneum, & alios auctores Gallos arguẽtes
mendacij, & ſi hoc foret etiam ibi Carolus ditioni
ſuæ Imperiali, in dicto cap. volumus, & dicto cap.
Hadrianus el ſegundo ſubditos Francos, & Gallos aſ

*40 Carolus magnus Francis vt Rex non vt imperator dominabatur.*

40 ſerit, cum ipſi contendant, & vere quod ſunt liberi,
nec eis dominabatur Carolus vt Imperator, ſed vt
rex Francorum, vt patet apertè quod Hiſpania non
eſſet ſubdita ei ex teſtamento Caroli magni ſecundo
tomo fol. 83. in annalibus antiquorum Francorum
editis in lucem ex blibiotheca P. Pythoei I. c. vbi cum
diuidat regna inter filios, Hiſpaniam non aſſig

*41 Quomodo Barchinonẽſis comitatus à fœudo liberatus ſit.*

41 nat vlli eorum, ſed vt terminum regni adhibet pro-
ferendo hæc. *Verſus Hiſpaniam, & Occidentem.* Et quam-
uis comitatum Barchinonenſem Hiſpani aliquando
in fœudum â Gallis Regibus obtinuiſſent, tamen cũ
poſtea Regs Aragoniæ ius haberent ad prouinciam
Prouenzæ permutatio facta eſt, vt illi ab illa con-
tentione deſiſterent, & Galli â fœudo Barchinonen-
ſi ex Petro Beuter lib. 4. cap. 7 & Hiſtoria Caroli Re-
gis Nauarræ lib. 3. cap. 6. & antea ſcripſit breui ſermo
ne Rodericus Toletanus lib. 4. cap. 10. ad finem, idq;
Dd 4 cum

cum antiqua quæſtio eſſet Gallorum Rodericus Toletanus dicto capit. 10. & 11. lib. 4. ſentiens ſigillatim vrbes omnes numerans oſtendit quod Carolus non expugnauit Hiſpaniam, nec eius dominus extitit vllo tempore, & id probans numerat vrbes a quibus Regibus captæ, & redemptæ ſint, & cum textus dicto. cap. Hadrianus el ſecundo diſtin. 63. loquatur de Carolo gloſ. ibi verbo per ſingulas ſatis indicat, quod illa cõceſsio Carolo in Hiſpania non conceſſa fuit, quia ille nõ liberauit eam á Sarracenis, ſed Reges eius, immo cum Carolus contenderet vel quod Hiſpania eum vt Imperatorem recognoſceret ſuperiorem, vt Lucas Tudenſis aſſerit, vel quod vellet vt Alphonſus Caſtus liberis carens adoptaret Bernardum nepotem ex Pipino filio Regem Italię in regnis Hiſpanię filium; & ſucceſſorem ex Paulo Æmilio in Carolo magno, et Zurita li. 1. c. 2. & 3 annaliũ Aragoniæ, vel vocat⁹ ab Alphõſo Caſto veniret ad ſucceſsionẽ eius, vt Rodericus lib. 4. c. 10. narrat, & generalis hiſtoria Hiſpaniæ tertia par. c. 10. Valeriana quarta par. c. 9. Mariana lib. 7. cap. 11. de rebus Hiſpaniæ, Vaſeus anno. 42
809. Anacephaleoſis. c. 53. qui omnes aſſerunt Carolum deuictum apud Rõciſuallem, ibique interfectos Rolandum, & alios proceres, quod & Paulus Æmilius, & Carolus Guaguinus in Carolo magno aſſerunt id tribuentes proditioni Galalonis Genebrardus in fine lib. 3 in chronico, & quamuis id ex Papyrio Mauſonio lib. 2. annalium Franciæ in Carolo magno Ambroſius Morales lib. 13. cap. 23. et 48, diuerſo modo ex annorum ſerie, et computatione narret aſſerens non eo in bello Bernardum Carpenſem exiſtere potuiſſe, tamen illi ex Einhardo, vel Reginartho in vita Caroli magni aſſerunt ꝙ cum in ingreſſu Hiſpaniæ victoriam reportaſſet aduerſus Mauros, vt etiam auctor eſt monachus cœnobij ſancti Eperchij, et quidam incertus auctor ex blibiotheca P. Pythoei in reditu Vaſconum inſidijs ſuperatus eſt occiſſo Rolãdo Britanici littoris præfecto, et Anſelmo comite Palalatij, et alijs ducibus ampliſsimis Zurita libr. 1. cap. 3.

*Vt eiectus ſit ab Hiſpania Carolimagni exercit⁹.*

43
Addit Robertus Guaguinus lib. 1. regalium Francia iure. t. ex comitatu Flãdriæ, Galliç Belgicæ fœudatarium Regi Francorum eſſe Regẽ noſtrum comitem Flandriæ, quod tamen hodie iam ceſſat, cum tempore quo Franciſcus primus Rex Galliæ captiuus Hiſpania extitit Caroli. V. Imperatoris catholici, tunc vt liberaretur ea pacis conditio, & fœdus fuit, vt â fœudo liber maneret comitatus Flandrenſis, vt Arnaldus Ferronus, Hubertus Velleius in Franciſco. 1. Guiccardinus in hiſtoria ſui temporis, Iouius, Ioannes Esleidanus, & omnes fatentur Galli, & ſunt pacta in archiuo Septimacenſi Regio recondita, & licet allegentur neceſsitatis oppreſsione celebrata capitula extitiſſe obſeruata manent; nec ea obiectio ad rem attinet, nam quamuis Flandria eſſet fœudum, aut comes Flandriæ ſolueret; Hiſpania diuerſa res eſt ab eo comitatu, & libera, & ea ratione non amittit ius ſuum, vbi de fœudo non agitur, vt aduertit Marinus Frechia de ſubfœudis. §. alia etiam fuit. n. 40. & 41. ſicut clericus ratione fœudi conuenitur coram Laico iudice domino fœudi, non vero vt clericus. ca. cæterum de iudicijs. cap. ex tranſmiſſa de foro competenti, eadem enim perſona poteſt diuerſa ex cauſſa, & iure ſuperior exiſtere, & inferior altero, vt filius ſenator in dignitate pręcedit patrem in filiatione eſt

*Vt Flandrenſis comitatus à fœudo ſit liber.*

44
minor Agellius lib. 1. cap. 2. noctium Atticarum, & ita cum de fœudo ageretur, & comitatu, tunc ceſſaret quæſtio de præcedentia, cum de regno Hiſpaniæ tũc ſuperior Hiſpania indicabitur argumento eorum, quæ notant gloſ. c. quæritur. 2. quæſt. 8. Oſtienſis. ca. indecorum de ætate, & qualitate, immo ſi hoc attenderetur, Rex Francię fœudum debet Regi Hiſpaniarum ex comitatu Toloſę cum comes Toloſę vaſſallus fuerit Regis Alphõſi Aragoniæ, qui domin⁹, & Rex Vaſconũ extitit ex Zurita li. 1. annaliũ c. 13. & c. 40.

*Non quod vna prouincia fœudum debeat regnum liberum ius amittit.*

45
Item nec digna hoc loco eſt alia obiectio Ioãnis Bodini lib. 1. de Repub. c. 9. viri acris ingenij, ſed ita petulantis vt â ſancto officio inquiſitionis damnatus ſit liber ille iuſte Hiſpaniã Francos exiſtimat recognoſcere, quod auxilio eius â Rege Petro Henrricus regnum ſuſceperit, quod quam alienum ſit ab omni ratione quilibet cognoſcere poterit, cum non ſit vlla hiſtoria, qua recenſeatur quod ideo Henrricus recognitionem pollicitus ſit Gallis Regibus, neque vnquam poſtulata fuit, neque concesſa. Neque potuit id quod regni Hiſpanorum erat ſine facto eiuſdem regni, & ceſsione ei auferre. l. id ꝙ noſtrũ. ff. de regul. iuris, neque regnũ, ꝙ maioratus iure obtinetur, potuit pati pręiuditium in ſucceſsores ex facto deceſſoris ſui Molina lib. 2. c. 10. de primogenijs.

*Rex Frãciæ vt comes Toloſæ fœudum debet Regi Hiſpaniæ.*

CAPVT

# CAPVT DECIMVM Nonum, quo oſtenditur debitam antelationem Regibus Hiſpanię ab Eccleſia Romana eſſe, eo quod ab eis ampliora, ac potiora quam ab alijs etiam Gallis acceperit obſequia.

*

DE Hercule Præclare cecinit Boetius libr. 8.

*Herculem duri celebrant labores;*
*Ille Centauros domuit ſuperbos.*

Certaminis enim corona tam ex teſtimonio diuui Pauli, quam omni diuino, naturali, & humano iure iuxta laborum menſuram tribuenda eſt, abundantiuſquè, & fructuoſius ſtipendium amplius laboranti, primaquê *a* ſedes ab Eccleſia plus de ſe benemerẽti concedẽda eſt, vt ipſa grata præſtat patronis, qui Eccleſias ditant, aut erigunt, vt cæteri ad ſibi cõſulendum, & cultum diuinũ augendum inflamentur, *b* æquum enim eſt vt operarius, qui teſte Paulo primo ad Timotheum. cap. 5. dignus eſt mercede ſua quãto in Eccleſia, quæ vinea Domini eſt, vberius, & pinguius laborauerit, tanto præſtantius, & excellentius præmium, conſequatur, cum ex Ariſtotele. 7. politicorum. c. 8. *Prima ſit curatio rerum diuinarum.* Quam Deus ipſe principibus vt omnium nobilioribus ab eo creatis credidit, ita vt non cognitionem, ſed tutelam eis reliquerit decet enim ex Diogene apud Stobeum. *Quod optimum eſt ab optimo coli, & quod imperat ab imperante.* Itaquè omnipotens Deus operarios præcipuos vineæ ſuæ Principes conſtituit, vt eam colant, muniant fidemquê catholicam per omnes orbis terrarum fines extendant, propagent, conſeruent, & defendant, quod idem S. Thomas lib 2. c. 16. & vltim. de regimine Principis docet & qui in fructu hoc ferendo opulentiores, & fertiliores extiterint in ſede honoratiori conſequenda, & ſacris honoribus accipiendis digniores iure optimo iudicandi ſunt, *c* cum & Gentilis auctor Ariſtoteles in Rhetoricis ad Alexandrum protulerit. *Deos proniores eſſe in eos, qui maximè illos colunt*, & Iuſtinus libr. 8. *Ille iure à Dijs proximus habetur, per quem Deorum maieſtas vindi-*

*a l. 2. C. de officio magiſtri officiorũ. l. contra publicam. C. de re militari lib. 12. l. ſemper. § negotiatores. ff. de iure immunitatis. l. vnicuiqꝫ C. de proximis ſacrorum ſcriniorũ libr. 12. cum cumulatis per Boerium de auctoritate magni concilij nu. 145. Mẽchaca in præfat. illuſtrium controuerſiarum num. 85. & 86.*

*b c. 3. de iure patronatu. glo. pen. c. cũ dilectus eodem titu. Couar. c. 36. practicarum.*

*c argum. c. fin. diſt. 96. c. ſicut excellentiam 23. quæſt. 4. c. Principes. 23. quæſ. 5. & 4. Regũ c. 12. & 2. parolipomenõ c. 24. Guillelm⁹ Benedictus c. Rainuntius ver duas habẽs filias nu. 112. Caſſaneus in cathalogo gloriæ mũdi 5. par. conſ. 17.*

1 *Quod ſublimior ſedes ãplius laboranti debeatur.*



*catur*, ideo cum ex Lactantio lib. 5. inſtitutionum c. 20. *Nihil ſit in rebus humanis religione præſtantius, eamquê ſumma vi oportere defendi.* Hoc Reges ſerio ſemper, & vbique curare debẽt, vt ſicut Dei beneficio immortali honore, & ſede antecellũt, ita alios pietate, & religione ſuperent, quod conſequi debent tribus potiſsimum generibus officiorum in Eccleſia præſtandis. Primum eſt obedire præceptis Eccleſiæ, augere fidẽ eius expugnando infideles, & reducendo hæreticos ad gremium eius. Secundum erit Eccleſiam ab hoſtibus liberare, munire, & protegere. Tertium erigere templa ad Deum colendum, & diuuos venerandos ditare, omniaquê ad id conducentia inſtituere.

Primum genus præſtatur ex Lactantio lib. 1. inſtitutionum. c. 20. *Vt nulla alia religio, et veneratio niſi vnius Dei tenenda ſit.* Quę religio vt ipſe ait. c. 28. lib. 4. *Non dicitur a relegendo, vt Cicero, ſed quod hac conditione gignimur, vt generanti Deo iuſta, ac debita obſequia præbeamus, hunc ſequamur, & hoc vinculo pietatis obſtricti Deo & religati ſimus, vnde ipſa religio nomen accepit.* Et ita quod Princeps religioſius præſtare debet eſt, vt ſicut vnus eſt Regum, & populi Rex Deus immortalis, ita vna fides, vna religio, vna Eccleſia ſponſa Chriſti vnum ouile, vnus paſtor vnus grex apud omnes ſint vnum fidelium cor, & anima vna ex cap. 4. actuum Apoſtolorum, quod comendat Paulus c. 4. ad Epheſios. *Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicuti vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vn⁹ Dñs, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omniũ, qui ſuper omnes per omnia, & in omnibus vobis.* Quod quidẽ officiũ, vt rectè geratur, tunc adhibenda ſequentia in hoc primo officiorum genere vnum eſt à ſe ipſo incipere, vt ſicut ab alijs obtẽperari cupiũt, ita ipſi Deo, & præceptis Eccleſiæ obtemperent, ab iniurijs ſe tẽperent, quæ ſunt ęqua, & iuſta faciant. Aliud erit ex Xenophonte in pœdia quod omnes ſubditi Dei metuentes ſint in fide, & religione vna recti, & honeſtis moribus vitam degant, maiorum inſtituta in diuinis tueantur, ceremoniaſquè ſacras retineant. Alterum vero eſt hæreticos ad fidem reducere vel horrationibus, vbi illæ ſufficiunt, cum ſæpe quod ſenſibus inſidet, tollantur ex diuuo Auguſtino epiſtol. 65. *Docendo magis quam iubendo, monendo, quam minando.* Infidibus enim ſi quid diſcrepat non obrumpis per iracundiam, ſed paulatim reducis ad concentum, quod intelli-

2 *Regum officium eſt Eccleſiæ ſubuenire, et curare vt vna fides ſit.*

3 *Tria genera officiorũ quæ Reges præſtare debent erga Eccleſiã.*

4 *De primo genere curandi vt vna ſit fides in Eccleſia expugnantis infidelibus, & hæreticis, & obediẽtia ei præſtanda.*

# CAPVT DECIMVM Nonum, quo oſtenditur debitam antelationem Regibus Hiſpaniç ab Eccleſia Romana eſſe, eo quod ab eis ampliora, ac potiora quam ab alijs etiam Gallis acceperit obſequia.

*

DE Hercule Præclare cecinit Boetius libr. 8.

*Herculem duri celebrant labores;*
*Ille Centauros domuit ſuperbos.*

Certaminis enim corona tam ex teſtimonio diuui Pauli, quam omni diuino, naturali, & humano iure iuxta laborum menſuram tribuenda eſt, abundantiuſquè, & fructuoſius ſtipendium amplius laboranti, primaquê *a* ſedes ab Eccleſia plus de ſe benemerẽti concedẽda eſt, vt ipſa grata præſtatpatronis, qui Eccleſias ditant, aut erigunt, vt cæteri ad ſibi cõſulendum, & cultum diuinũ augendum inflamentur, *b* æquumenim eſt vt operarius, qui teſte Paulo primo ad Timotheum. cap. 5. dignus eſt mercede ſua quãto in Eccleſia, quæ vinea Domini eſt, vberius, & pinguius laborauerit, tantò præſtantius, & excellentius præmium, conſequatur, cum ex Ariſtotele. 7. politicorum. c. 8. *Prima ſit curatio rerum diuinarum.* Quam Deus ipſe principibus vt omnium nobilioribus ab eo creatis credidit, ita vt non cognitionem, ſed tutelam eis reliquerit decet enim ex Diogene apud Stobeum. *Quod optimum eſt ab optimo coli, & quod imperat ab imperante.* Itaquè omnipotens Deus operarios præcipuos vineæ ſuæ Principes conſtituit, vt eam colant, muniant fidemquê catholicam per omnes orbis terrarum fines extendant, propagent, conſeruent, & defendant, quod idem S. Thomas lib 2. c. 16. & vltim. de regimine Principis decet & qui in fructu hoc ferendo opulentiores, & fertiliores extiterint in ſede honoratiori conſequenda, & ſacris honoribus accipiendis digniores iure optimo iudicandi ſunt, *c* cum & Gentilis auctor Ariſtoteles in Rhetoricis ad Alexandrum protulerit. *Deos proniores eſſe in eos, qui maximè illos colunt*, & Iuſtinus libr. 8. *Ille iure à Dijs proximus habetur, per quem Deorum maieſtas* vindi

*a l. 2. C. de officio magiſtri officiorũ. l. contra publicam. C. de re militari lib. 12. l. ſemper. § negotiatores. ff. de iure immunitatis. l. vnicuiq; C. de proximis ſacrorum ſcriniorũ libr. 12. cum cumulatis per Boerium de auctoritate magni concilij nu. 145. Mẽchaca in præfat. illuſtrium controuerſiarum num. 85. & 86.*

*b c. 3. de iure patronatu. glo. pen. c. cũ dilectus eodem titu. Cou. r. c. 36. practicarum.*

*c arg. in c. fin. diſt. 96. c. ſicut excellentiam 23. quæſt. 4. c. Principes. 23. quæſ. 5. & 4. Regũ c. 12. & 2. parolipomenõ c. 24. Guillelm⁹ Benedictus c. Raynuntius ver duas habẽs filias nu. 112. Caſſaneus iu cathalogo gloriæ mũdi 5. par. c. ſ 17.*

1 *Quod ſublimior ſedes amplius laboranti debeatur.*



vindicatur, ideo cum ex Lactantio lib. 5. inſtitutionum c. 20. *Nihil ſit in rebus humanis religione præſtantius, eamquê ſumma vi oportere defendi.* Hoc Reges ſerio ſemper, & vbique curare debẽt, vt ſicut Dei beneficio immortali honore, & ſede antecellũt, ita alios pietate, & religione ſuperent, quod conſequi debent tribus potiſſimum generibus officiorum in Eccleſia præſtandis. Primum eſt obedire præceptis Eccleſiæ, augere fidẽ eius expugnando infideles, & reducendo hæreticos ad gremium eius. Secundum erit Eccleſiam ab hoſtibus liberare, munire, & protegere. Tertium erigere templa ad Deum colendum, & diuuos venerandos ditare, omniaquê ad id conducentia inſtituere.

Primum genus præſtatur ex Lactantio lib. 1. inſtitutionum. c. 20. *Vt nulla alia religio, et veneratio niſi vnius Dei tenenda ſit.* Quç religio vt ipſe ait. c. 28. lib. 4. *Non dicitur a relegendo, vt Cicero; ſed quod hac conditione gignimur, vt generanti Deo iuſta, ac debita obſequia præbeamus, hunc ſequamur, & hoc vinculo pietatis obſtricti Deo & religatiſſimi; vnde ipſa religio nomen accepit.* Et ita quod Princeps religioſſus præſtare debet eſt, vt ſicut vnus eſt Regum, & populi Rex Deus immortalis, ita vna fides, vna religio, vna Eccleſia ſponſa Chriſti vnum ouile, vnus paſtor vnus grex apud omnes ſint vnum fidelium cor, & anima vna ex cap. 4. actuum Apoſtolorum, quod comendat Paulus c. 4. ad Epheſios. *Solliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis vnum corpus, & vnus ſpiritus, ſicuti vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ, vn⁹ Dñs, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omniũ, qui ſuper omnes per omnia, & in omnibus vobis.* Quod quidẽ officiũ, vt rectè geratur, tunc adhibenda ſequentia in hoc primo officiorum genere vnum eſt â ſe ipſo incipere, vt ſicut ab alijs obtẽperari cupiũt, ita ipſi Deo, & præceptis Eccleſiæ obtemperent, ab iniurijs ſe tẽperent, quæ ſunt çqua, & iuſta faciant. Aliud erit ex Xenophonte in pœdia quod omnes ſubditi Dei metuentes ſint in fide, & religione vna recti, & honeſtis moribus vitam degant, maiorum inſtituta in diuinis tueantur, ceremoniaſquè ſacras retineant. Alterum vero eſt hæreticos ad fidem reducere vel hortationibus, vbi illæ ſufficiunt, cum ſæpe quod ſenſibus inſidet, tollantur ex diuuo Auguſtino epiſtol. 65. *Docendo magis quam iubendo, monendo, quam minando.* Infidibus enim ſi quid diſcrepat non obrumpis per iracundiam, ſed paulatim reducis ad concentum, quod

inteli-

2 *Regum officium eſt Eccleſiæ ſubuenire, et curare vt vna fides ſit.*

3 *Tria genera officiorũ quæ Reges præſtare debent erga Eccleſiã.*

4 *De primo genere curandi vt vna ſit fides in Eccleſia expugnatis infidelibus, & hæreticis, & obediẽtia ei præſtanda.*

intelligendum erit, vbi integer populus, vel gens aliqua, & ratio peccent, nã ſi inter fideles aliqui diſſentiant â fide catholica, hi illico puniendi ſunt, vt fit in Hiſpania, vbi autem non audiunt monitionis placidam, ac quietam vocem tunc ex Tacito lib. 3. annaliũ. *Vt rei agi poßint, acie vincendi ſunt*, quia ex beato Auguſtino. *Melius eſt vt pereat vnus, quam vt pereat vnitas*, & l. 4. C. de hæreticis. *Quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuriam*. Et ita Cyprianus de vtili pœnitentia Principes hortatur. *Puniantur â te, ne tu pro illis puniaris*. Quod Mœcenas vir grauis monuit Cęſarem Auguſtum Octauianum apud Dionem lib. 52. *Deum ſemper, & vbique cole vt moribus patriæ eſt receptũ, ad eundẽq; cultũ alios cõpelle, peregrinarũ vero religionũ auctores odio, et ſupplicijs proſequere.* Et hæc bella ſacraerũt in cõterẽdis, & profligãdis hæreticis, cũ pro aris & focis dimicetur & cũ cēſuris Eccleſiæ nõ obediant, cũ gladio ſpirituali iungendum eſt temporale, & temporalia regna, ditioneſquè illis adimi æquum eſt, & iure diffinitum, & lib. 2. Machabeorum. cap. fin. patet quod Iheremias extendit dextram Iudæ, & aureum dicens. *Accipe gladium ſanctum munus à Deo, in quo eijcies aduerſarios populi mei Iſrael* Et libr. 3. Regum. cap. 18. Helias Propheta occidit Prophetas Bahal, & Iehu, item li. 4. Regum cap. 10. Æthnicos autem ad veritatem, & lumen fidei adducere Regibus præceptum eſt, ſed in his cum cogi voluntas nõ poſsit, quia ex Curtio. li 8. *Nemo Rex perinde animis imperare poteſt, ac linguis*, religio debet eſſe ſpontanea, & ita docenda hortationibus Lactantius lib. 5. inſtit. cap. 14. *Quis enim imponat mihi neceßitatem vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi*, & alibi ibidem. *Nihil tam voluntarium, quam religio, in qua ſi animus auerſus eſt, iam ſublata, iam nulla eſt.* Et bene Theodoricus Rex olim apud Caſsiodorum libr. 2. Variarum epiſtol. 27. *Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur vt credat inuitus.* Idemquè iure canonico conſtitutum eſt in capit. ſicut Iudęi de Iudæis, & notant e doctores; & ita in ſacro tribunali Inquiſitionis Hiſpaniarum non puniuntur infideles nõ baptizati, ſed ſolum apoſtatę batizati, qui negant, & deficiunt in fide, quam ſemel profeſsi ſunt, & eam ſeruare vouent, & pollicentur in ſuſceptione ſacri baptiſmatis: igitur Infideles hi non baptizati expugnandi ſunt, non vt credere compellantur, ſed vt hortentur ad vere credendum, cum ex Bernardo

5 *Hæretici vi compellendi ad fidem, Æthnici hortationibus.*

6 *Ad. ca ſicut Iudæi de Iudeis. In ſacro tribunali quæſitionis Hiſpaniarũ non puniũtur nõ baptizati ſed ſolũ baptizati peccantes in fidem et negantes quod in baptiſmate promiſſerunt.*

*e Innocentius, & Antonius, ca. quod ſuper his de voto Anaſtaſius Germoni⁹ de ſacrorum immunitatibus li. 3. c. 13 nu. 33. Petrus Gregorius de Republica lib. 12 c. 4. nu. 11. Iuſtus Lipſius lib. 4. politicorum. c. 4.*

in



in canticis ſermone. 66. *Fides ſuadenda ſit, non imperanda.* Ingenia enim noſtra ex Seneca libr. 1. de clementia. *Vt nobiles, & generoſi equi melius facili freno reguntur.*

7 Alterum, & ſecundum genus, quo obſequia grata Deo Reges Eccleſiæ præſtare debent eſt eam ab hoſtibus liberare, tranquillum eius ſtatum curare, vt ipſa brachium ſeculare ſolet implorare in omnibus ferê negotijs cap. nouimus de verborum ſignificat. c. cum non ab homine de iudicijs, & in concilijs Coſtãtienſi, & Baſilienſi ad ſedandum ſciſma, & tollendum, quantum Sigiſmundus Imperator, & Reges laborauerint, compertum eſt.

*Secundũ genus obſequiorum Eccleſiam ab hoſtibus liberare.*

8 Tertium genus officiorum erga Eccleſiam deſcribitur â Caſſaneo, f & Guillelmo Benedicto, cum Reges erigunt templa Deo, vt ipſe colatur, & diui, vt venerentur, coenobia ædificant hoſpitalia cõſtruunt, Eccleſias ditant, maieſtatem cultus diuini ampliant, militares ordines ad pugnam pro Chriſti fide habendam inſtituunt exemplo Ioiadis Regis Iſraelitæ, qui auctoritate ſua templa inſtaurauit lib. 4. Regum. c. 12. & lib. 2. paralipomenon. c. 24. hocquè officium in Regibus commendatur. c. filijs & nepotibus 16. quæſt. 7. l. ſi in aliquam. ff. de officio proconſulis. l. hæreditas. ff. de petitione hæreditatis.

*Tertium genus eſt erigere tẽplu, & ditare ad Deum colendũ, et diuuos venerandos.*

*f Caſſane⁹ in catalogo. 5. p. conſ. 17. Guillelmus Benedictus. c. Rainuntius verb. ſi abſque liberis tit. de fideicomiſſaria ſubſtitutione num. 34. & 35.*

In hoc autem triplici genere officiorum duo Chriſtianæ Reipublicæ capita Hiſpania, & Gallia cum ad inuicem contendant, vtraquê natio conferenda erit ſigillatim enumeratis vtriuſq; obſequijs erga Eccleſiam, vt inde diiudicari facile poſsit, quæ ſit iure potior Eccleſia.

9 Vt autem aggrediamur rem de qua agimus, in primo genere, quo tractatur de fide augenda, conſeruanda, & defendenda in Eccleſia Galli Reges eximia laude, & encomio digni ſemper habiti ſunt, & habentur apud Romanam ſedem.

*Obſequia regũ Galliæ in augenda, & defendenda fide catholica.*

10 Incipiendo autem ab obſequijs Clodouei proto Chriſtiani Regis eorum ipſe commẽdatur, quod Frãcos adduxerit ad fidem, cum Gothis Arrianis bellum geſſerit, ęgrè ferens Galliæ prouincias ab eis poſsideri, vt ſcribit Gregorius Turonenſis lib. 2. de geſtis Francorum cap. 37. qua de cauſſa Anaſtaſius Imperator, vt Æmilius libr. 2. in Clodoueo. 1. narrat legatos cum corona aurea, patritiatu, & conſulatu miſsit ei, quod defenderit Chriſtianum nomen â Vuiſigo-

*Clodouei obſequia.*

Ee tho-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

thorum furore, & eius laudes ſcribunt Gregorius Tu 11
ronenſis lib.2. de geſtis Francorum c.38. *g* & alij.

*Caroli Martelli obſequia.*

Secundo loco prodijt in medium Carolus Martellus præfectus Palatij ſub Theodorico Rege Gallorum, cuius victoriæ aduerſus Sarracenos Hiſpanos celebrantur, qui Galliam Gothicam inuadebant, & aduerſus Idolatras in Amnia, Strachia, & Aſtrachia & Sueuia inſulis Rheni, & aduerſus Sarracenos Auinionẽ, Narbonam, Arelatum occupantes, & Aquitaniã, Septimaniamq; dictam hodie Lenguadoc, vt hæc, & alia narrant Blondus, *h* & alij.

*g Papirius Mauſſonius li.1. annalium in Clodoueo, & Nicolaus Gillius, & Gaguinus in Clodoueo. Annonius li.1. c.22. Forcatulus de Gallorum Imperio lib.6. fol.381. Sigibertus in a chronico anno.499.*

*h Blondus li.10. decа.1. Sigibertus ab anno 725. Adonis ætate 6. anno. 727. Genebrardus lib.3. anno 730 Ibo Carnotenſis, Æmilius. Gillius, Guaguinus Mauſſonius in Carolo Martello.*

Succeſſit Pipinus, qui depoſito Childerico aucto- 12
ritate Zachariæ Pontifices, vt habetur. cap. alius.15. quæſt.6. Rex Franciæ creatur, plurima bella pro Eccleſia, & fide geſſit aduerſus Longobardos ex auctoribus Gallis in eo, et Genebrardo libr. 3. anno. 756. cum alijs.

*Pipini obſequia.*

Sed longe fœlicior, & laudabilior fuit Caroli ma- 13
gni filij eius, Romanorumquê Imperatoris Auguſti progreſſus, cuius Imperio Eccleſiæ regnum maxima in Septentrione præſertim incrementa cœpit, tunc enim Germania, tunc Saxonia, tunc Dania ſuauitatem Chriſti guſtare cœperunt, tunc Polonię religionis fundamenta publicê iacta ſunt, Bulgaria, Vngaria, Bohemia, Moſcouia, Lithuania, pleræquê aliæ Septentrionis gentes ſe deinceps Chriſto dederũt, & in eo nouum Occidentis Imperium ſurrexit, Sarracenos ê Galliæ finibus exterminauit, & in pluribus Hiſpaniæ oppidis eos vt Barchinone, & Pampilonæ ſuperauit, aliaquè trophea aduerſus infideles conſecutus eſt, vt auctores recenſent Reginus Hincmarus, 190. Carnotenſis, Froduardus, Æmilius, Guaguinus, Anonius, Mauſſonius, Gillius in eius vita, Adonis ætate 6. anno 796. Albertus Krantzius in Saxonia li. 1.c.5. & lib 2.c.14.

*Caroli magni obſequia.*

Lodouicus Imperator filius in fide catholica conti 14
nere regna â patre quęſita fecit, â Siciliaq; Sarracenos expulit ex dictis auctoribus in eius vita, Genebrardo lib.4. anno 844. Sigiberto eo anno, Sigonio de regno Italiæ anno 819. in Lodouico.

*Lodouici Imperatoris obſequia.*

In ſacris autẽ expeditionibus ad recuperandam â Turcis, & Sarracenis terram ſanctam Iheroſolymitanã quantũ reges, & proceres Gallię excelluerint omnibus patet, maximê in bellis ſacris, quæ quatuor præcipua numerantur.

Primum



15 Primũ cœptum eſt regnante Philippo. I. Rege Galliæ ſuadente Petro Eremita Gallo iubente, & excitante Vrbano. II. Pontifice maximo in concilio Claramontenſi ducibus Gothofredo Bilioneſi, ſiue Bullo Gallo oriundo ex Bononia, & Principe Lotharingiæ Euſtatio, & Valduino eius fratribus, Hugone magno fratre regis Francorum, Raimundo comite Toloſe, Roberto comite Normanorũ, & alijs innumeris, in

*Primum bellum ſacrũ ad expugnandã Iheroſolymã regnãte Philippo, 1.*

16 quibus & Alphonſus ſextus Rex Caſtellę numeratur qui et Iheroſolymã recuperarunt, & eius regni Regẽ Gothofredum Bullonem crearunt, aliaſq; ditiones â Turcis *i* eripuerunt.

*Alphonſus ſext⁹ Rex Caſtellæ numeratur in primo bello ſacro.*

Secundũ bellum ſacrũ alij numerant cum Calixtus ſecundus Pontifex capto Valduino. II. Rege Ihero-
17 ſolymitano â Balahac Parthorũ Rege poſt innumeras victorias, ne reliqui Chriſtiani amiſſo Rege opprimerentur, inſtante Veramũdo Patriarcha Iheroſolymitano Venetos excitauit ad opẽ ferendã, qui magna claſſe comparata Dominico Michaele duce anno. 1122. ad Ioppẽ delati eam vrbem obſidione liberant aliaſq; victorias obtinentes inuidia Emanuelis Imperatoris Græci reuerſi Valduinum iam redẽptum, animatumq; *K* relinquunt.

*Secundũ bellum ſacrum.*

18 Tertiũ bellũ ſacrum, ꝙ ſecundum Maſſonius appellat li 3. in Lodouico. VII. dũ valde vrbes Iheroſolymitana, totumq; regnum, & exercitus Chriſtianorum opprimerentur, ne perirent diuuo Bernardo oppidatim, & regionatim ad bellũ exhortãte, Eugenioq;. 3. Pontifice laborante in ea expeditione profecti ſunt Cõrradus Imperator, & Lodouic⁹. VII. dictus Iunior rex Galliæ contracto magno exercitu ex Germania, Gallia, Italia, Hiſpania, Anglia, & ferê omni Europa vbi cum exercitus per Germaniã, & Panoniam itinere facto in Thraciã perueniret, in Aſiã traiectus fame, ferro, errore viarũ, hoſtiumq; dolis maximê interijt. Coacti igitur reges cum reliquijs exercitus in Syriã nauigare ad Iheroſolymã peruenerunt ſalui, atq; incolumes recreatis copijs, cũ Damaſcũ obſiderẽt diſſidio, ac dolo cuiuſdã Aſſyrij obſidionẽ ſoluũt, & cladibus acceptis Gręcorum artibus, & perfidia, & Turcarũ dolis, ſtratagemateq; nulla re memorabili geſta in patriã rediere, vt multi cõmemorant *l* auctores.

*Tertium bellum ſacrum.*

19 Quartũ bellum ſacrum, ꝙ tertium Maſſonius lib 3. annaliũ in Philippo Auguſto appellat, inde ortũ eſt, ꝙ Saladinus Vidonẽ Regẽ Iheroſolymitanũ capiẽs,

*Quartum bellum ſacrum.*

*i Fucherius Carnotenſis c.2, cum alijs in hiſtoria Guillelmus Tyrius de belle ſacro li.1.c,17. Blondus lib.4. dec.2. Platina in vita Vrbani 2. Benedictus Accoltis de bello cõtra Turcas pro Chriſti ſepulchro lib.1. Ritius li. 3. de regno Neapolitano Genebrardus li.4. anno 110. Æmilius li.4. Maſſonius, Guaginus, Gillius, et alij in Philippo.1 Sigibertus in chronico ãno 1096. Zonaras to.3. Chriſtianus Maſſeus lib. 16. hiſtoriæ Sabellicus lib.5 decade.1. hiſtoriæ Venetiæ Krantzius li.5. Saxoniæ.c.14.*

*K Platina in Calixto, 2. S Antoninus. 2.p. hiſtoriæ tit.17. c.6.§.3 cũ alijs Tyrius de bello ſacro li.12.c. 13 & 14. Pontacus, & Palmerius in chronico Monarchia li.20.c.15. §.1. & 2.*

*l Nicetas Choniates li.7. de rebus geſtis Manuelis Comeni Tyrius de ſacr. bello li.16 c.18. Helmodius in chronico Slauorũ.c 61. Platina in Eugenio. 3. Maſſonius, Æmi-*

 ac

*lius, Guaguini⁹, et alij in Lodouico. 7. ſupplementum Sigiberti in chronico ãno 1147 & 1148 Genebrardus li. 4. anno 1145 Sigonius de regno Italiæ lib. 11. anno 1147. in Conrado. 2 Krantzius lib. 6. Saxoniæ. c. 14. Sanctus Antoninus. 2. p. tit. 17. c. 8.*

ac ſuperans in poteſtatem ſuam vrbem ſanctã deditione redegit, quę die Veneris â Chriſtianis capta eo dẽ die amiſſa, & ab Vrbano. 2. Papa recuperata, Vrbano. III. Pontifice perdita, qui nũtio accepto prę mœrore animã egit, Clemẽs terti⁹, poſt Gregoriũ octauũ valde laborauit, vt expeditio ad recuperandam fieret, & cũ auctor eſſet eius expeditionis Federicũ Imperatorẽ, Philippum ſecundum Regẽ Galliæ, Herricum. II. Angliæ, & eo mortuo Ricardum primum, & Guillelmum Siciliæ Regem, & Ducem Burgundię, alioſq; innumeros in vnũ contraxit, factaq; expeditione maiori quã viſa fuerit in Occidẽte ardore, & alacritate animorum crucẽ omnibus recipientibus per Pontificem, poſtea tamẽ Philippi, & Henrrici patris, deinde Ricardi filij diſsidio Philippus reuerſus eſt, & Ricardus Cyprum inſulam, plureſq; vrbes ab infidelibus cœpit, vt colligitur ex multis *m* auctoribus, qui hoc bellum ſacrum commemorant.

*m Blondus li. 6. decade. 2. S. Antonin⁹ 2. p. ti. 17. c. 9. § 18 Polydorus Virgilius libr. 14. in Richardo 1. Æmilius Guaguinus, Maſſonius, & alij in Philippo. II. Sigonius li. 15. de regno Italiæ ãno. 1118 Genebrardus eo anno, & ſupplemẽtũ Sigisberti, monarchia, Pinedæ li. 21 c. 8. §. 2. & c. 9. 8. 3.*

20 *Quintum bellum ſacrum à beato Lodouico rege galliarum.*

Quintũ bellũ ſacrũ â beato Lodouico rege Galliarũ bis expedionẽ faciẽte geſtũ eſt, & in prima captiuitate detẽt⁹ fuit, in ſecũda poſt victos in Africa Sarracenos, & alias obtẽtas victorias animã deo reddidit ex Ioãne Dño Ionuilę in ei⁹ hiſtoria, & alijs *n* auctorib⁹.

*n Blondus lib. o. decade. 2. Palmerius chronico ãno 1266. Genebrardus lib. 4. eo anno, & additionator Sigiberti, Maſſonius Guaguinus, Æmilius, Gillius in beato Lodouico, Sigonius li. 19. c. 20. de regno Italiæ. S. Antoninus. 3. p. tit. 19. c. 5. & 9. monarchia lib. 21. c. 35. §. 1. & lib. 22. c. 4.*

21 *De obſequijs Regum Hiſpaniæ circa Eccleſiam.*

Quibus Regũ Galliarũ obſequijs erga Eccleſiã enarratis reliquum eſt, vt ad res geſtas ab Hiſpanis regibus circa fidẽ Eccleſię augendã, & colendã deueniamus. In quare deſcribenda, vt quę trãslatitia ſũt, & cõmunia omnibus omittamus, illę peculiares Hiſpaniæ cauſſę recẽſendę erunt, in quibus neq; gẽs eſt vlla, neq; natio abſit inuidia, cuius vel plura, vel maiora, vel vt auſim dicere paria in Chriſtianã Rẽpublicã, cuius Roma caput eſt, & in Eccleſiã eius argumenta ſint fidei, pietatis, religionis, & beneuolentię, neq; auderẽ iſta profiteri, niſi & vera eſſe cõſtaret, alioquin ſciebã ſcelus eſſe corã Eccleſia parũ certa dicere, nedũ falſa, cũ mendax impetrator iure optimo gratia apud eam carere debeat. c. ſuper litteris cum alijs de reſcriptis.

22 *Nerua Hiſpanus Imperator edicto ſanxit, ne Chriſtiani trucidarẽtur*

In hac autẽ ſacra ſcena primã perſonã agat Coceius Nerua imperator, quẽ licet Narniẽſem Eutropius li. 10. in Nerua affirmet, cũ Narnia ſit oppidũ in ſexta regione Italię ex Plin. li. 3. c. 14. tamẽ. Sex. Aurelius Victor in Nerua, quẽ Narniẽſem prius dixerat extra Italiã genitũ affirmauit, & ita Hiſpanum fuiſſe, qui Hiſpanũ Traianũ adoptauit omnes aſſerũt, cui Hiſpano Imperatori licet Æthnico Eccleſia gratã memoriã exhibe-



hibere debet. Is enim cũ Domitian⁹ ſæuiſsim⁹ & impi⁹ odio immani in Chriſtianos ſęuierit, alios crudeliter trucidãdo, alios relegãdo, in Inſulaſq; deportãdo, edictiſq; prohibuerit ne fides catholica profiteretur, ipſe Nerua edicto ſanxit vniuerſali, vt religio Chriſtiana publicê profiteri poſſet, exules catholicos præcipuê diuũ Ioannẽ Euangeliſtã in Pathmos Inſulã relegatum reſtituit, vt auctores ſunt omnes *p* hiſtorici.

*p Euſebius libr. 3. c. 15. & 16. hiſtoriæ, Eccleſiaſticæ Nicephorus lib. 3. c. 11. Oroſius lib. 7. c. 7. Dio, et Eutropius in Nerua, Varonius 1. to. annaliũ anno, 98. & 99.*

23 *Traian⁹ Hiſpanus optim⁹ moribus, & edicto ſanxit ne Chriſtiani iniurias, & ærũmnas paterentur.*

Secundo in lucem prodeat Vlpius Traianus, quẽ licet Onufrius Panuinus lib. 1. de Romanis principibus ex vrbe Tudertina in Vmbria natũ aſſerat, tamen errore deceptus eſt ex eo, quod Aurelius Victor in Traiano, & Eutropius lib. 10. in Traiano ſcribunt ex vrbe Tudertina in Hiſpania ortum fuiſſe, ſed certius eſt natum in oppido Italicę, quod eſt prouinciæ Tudertinę in Hiſpania, vt colligitur ex omnibus *q* hiſtoricis. Italicam autem alij dicunt oppidum eſſe hodie, quod Hiſpanê dicitur Seuilla la vieja prope Hiſpalim, vt videntur ſentire Morales lib. 9. c. 28. Pineda in monarchia lib. 11. c. 28. §. 3. in ſecunda par. Alij dicunt eſſe oppidum Azagua in Bætica ex Mariana de reb⁹ Hiſpaniæ lib. 4. c. 5. Alij Pedraza ex generali hiſtoria 1. par. c. 119. Huius Imperatoris ſæculo licet Eccleſia paſſa ſit perſecutionem, plurimiq; martyres cœleſtẽ coronam ſint adepti, tamen in eo adeò iuſtitia, probitas, & omne virtutum genus floruit, vt quęſtio ſit valde anceps in Eccleſia Dei volumine integro diſputata an anima Traiani orationibus beati Gregorij â pœnis inferni ſit liberata, & hiſce verbis laudatur apud Suidam in dictionario hiſtorico littera. T. verbo Traianus. *Traianus Romanorum Imperator adeò bonus, & oſor improbitatis, & iuſtus vt aliquando ſtrictum enſem coram proceribus ſuis præfecto prætorij tradiderit his verbis. Cape hũc enſem, & ſi bonus fuero pro me, ſin malus contra me eo vtitor.* Et tandem ſæuitiam in Chriſtianos reprimens, corũque probitatẽ vt vir probus agnoſcens edicto iuſsit ne perſequerentur, nec ſupplicijs afficerentur catholici, vt Plinius Iunior hortatus eſt lib. 7. c. 8. epiſtolarũ, & conſecutus vt in relatione ad Traianũ de Chriſtianis aſſerit, & obſeruant omnes *r* auctores.

*q Strabo lib. 3. Varonius. 2. to. ãnaliũ in initio, Dio in Nerua in fine, Pacatus in panegerico Theodoſij, Baptiſta Ignati⁹ in Traiano, Euſebi⁹ in chronico ãno 105. Marineus ſiculus li. vlt. ca. 2. & Vaſeus anno 100. in chronico.*

*r Euſebius lib. 3. c. 27. Nicephorus lib. 3. c. 17. Oroſius li. 7 c. 8. Tertullianus in apologetico. c. 2. Varoni⁹. 2. to. ãno. 104 Suidas verb. Traianus. Sulpitius Seuer⁹ ſacræ hiſtor. li. 2.*

24 *Ælius Adrianus Hiſpanus vetuit fieri iniuriam Chriſtianis, & tẽpla Deo condidit.*

Tertio adducitur Ælius Adrianus, quẽ Hiſpanũ affirmat generalis hiſtoria Regis Alphõſi. 1. p. c. 20. & Italicæ eodẽ oppido, quo Traian⁹ natũ eſſerit Vaſe⁹ anno 119. Morales li. 9. c. 31. & alij *ſ* auctores, & municipẽ Traiani appellat Dio in Adriano. Aliqui tamen

*ſ Mariana li. 4. c. 5. Monarchia li. 11. c. 31. ex Eutropio lib. 10. in Adriano.*

mẽ vt Spartianꝰ in Adriano, & Varoniꝰ. 2. to. ãno. 119 Romę natũ aſſerunt ex genere Hiſpano Ælio Adriano Traiani conſobrino parente ; & matre Hiſpana Gadicenſi, is tamen licet initio falſa opinione ductus in Chriſtianos ſæuierit, ad meliorem frugem, & ſententiam rediens vetuit, ne eis fieret iniuria, & Chriſtum vt vnum ex Dijs coluit, delubraquê in eius honorem condidit ; vt patet ex *t* hiſtoricis.

*t ex Lãpridio Varonius. 2. to. anno. 224 & epiſtolã, edictiq; verba recenſent Euſebius lib. 4. c. 3. & 8. & 9. Nicephorus lib. 3. c. 27. Oroſius lib. 7. ca. 8. Iuſtinus martyr. apologetico 2. Scotus lib. 2 chronicon ætate 6.*

Quarto Antoninus Pius Imperator profertur, quẽ Hiſpanum fuiſſe generum Adriani affirmant Marineus ſiculus lib. vltim. cap. 4. Vaſeus anno 140. Originem autem â Gallis duxiſſe auctor eſt Iulius Capitolinus in Antonino Pio & Varonius ex eo. 2. tomo. anno. 140. qui catholicis non fuit infeſtus, ſed fautor eorum ex Euſebio lib. 4. cap. 10. Nicephoro lib. 4. capi. 19. Varonio ſupra : ſed vt Æthnicos Imperatores omittamus, ad catholicos ſermonẽ cõuertamus.

26 *Theodoſius Hiſpanus catholicus Eccleſiã auxit, & fidem ampliauit.*

Primus ex catholicis Imperatoribus in memoriam reducatur magnus ille robore animi, & maior religionis ſanctitate Theodoſius, quem Hiſpanum fuiſſe nemo negat Italicæ natum, Traianoquê ſanguine coniunctum, vt omnes hiſtorici conſentiunt, & Latinus Pacatus in panegirico coram eo habito protulit dicens. *Nam primum mater tibi Hiſpania eſt terris omnibus terra fœlicior.* Idem Claudianus cecinit, vt beatus Ambroſius in oratione funebri Theodoſij concionatus eſt. Is autem, vt Aurelius victor in Theodoſio narrat, Theodoſius dictus eſt â verbo Greco Theos quaſi â Deo datus, vt ſunt verba eius. *Huic ferunt nomen ſomnio parentes monitos ſacrauiſſe, vt Latinè intelligimus à Deo datum, de hoc etiam quibuſdam oraculis in Aſia diuulgatum eſt, vt cum eum Valenti dicerent ſucceſſurum, cuius nomen à* theo *atque Græcis litteris initiaretur, qua cognitione Principij deceptus Theodorus, cum ſibi compertum præſumeret, ſcelestæ cupidinis ſupplicia perfecit.* Et non ſolum nomen ei diuina, & celeſti monitione impoſitũ fuit, ſed vt omnia eius diuina eſſent, diuinitus etiã Theodoſium participem Imperij Gratianus ſibi fecit, cum enim vt ait Caſiodorus in tripartita lib. 9. cap. 4. Hiſpaniæ natus, ac educatus eſſet, & ab illa vt dux exercitus euocatus. *Conceperit in ſomnijs quod ſanctus Melitius Antiochenæ ciuitatis antiſtes clamyde ipſum veſtiret imperiali, & corona caput ornaret.* Cuius electionem ſanctus Auguſtinus lib. 5. cap. 25. de ciuitate Dei commendat, & Claudianus de quarto conſulatu Honori hæc carmina condidit.

27 *Vnde dictus Theodoſius.*

*Hæc*



*Hæc ſunt innumeris per ſe quæ ſita tropheis,*
*Non generis, non ambitione potitus.*
*Digna legi virtus vltro ſe purpura ſupplex*
*Obtulit, & ſolus meruit regnare rogatus.*

Itaquê ſicut Nerua Traianum Hiſpanum adoptauit ad Reipublicę libertatem reſtaurandam, fineſque & terminos Imperij dilatãdos Occidentalis, ita Theodoſium Hiſpanum Gratianus ſibi conſortem coniunxit ad ſuſtinendum, reficiendũ, & ampliandum Imperium Orientale, & præcipue ad fidei catholicæ propagationem, & Eccleſiæ Romanæ triumphum, vt Oroſius libr. 7. cap. 20. demonſtrat his verbis. *Itaquè Theodoſius aflictam Rempublicam ira Dei reparandam credidit miſericordia illius.* Nec ſolum robur animi, & ingentes vires in expugnandis barbaris nationibus, & ad fidem catholicam redigẽdis omnibus aperuit Scythias gentes debellando, Gothos ſuperando, Conſtantinopolimquê tropheo ingrediendo vniuerſiquè Oriẽtis, Occidentis, ſeptentrionis gentes ſubijciendo, ſed ea in re Conſtantinum ſuperauit, quod ille Idolorum delubra permiſsit, ſed Theodoſius funditus euertit, Idolatriamquê penitus extirpauit, & æterna lege ſanxit, vt legitur in. C. Iuſtiniani. l. nequis. C. de ſacrificijs Paganorum, & notant *v* auctores. Nec reticendum vllo quo erit illud humilitatis exemplum, & obſeruantiæ in præſules catholicos, & cenſuras Eccleſiæ, nam cum iracundia concitatus plures neces in Theſalonica exequi iuſiſſet, cenſura notatus â beato Ambroſio ei paruit, neque Eccleſiam ingredi auſus eſt donec veniam ab eo poſtularet, & pœnitentiam publice in Eccleſia gereret, ſtatueretquê legem, quæ habetur in Codice Iuſtiniani. l. vindicari. C. de pœnis, vt ſententia Principis ſuper animaduerſione prolata in dies triginta ab executoribus differretur, quod Gratianꝰ ſcripſit ex hiſtoria Eccleſiaſtica. cap cum apud Theſalonicam. 11. quæſt. 3. & ex pluribus hiſtoricis notat Couar. eruditiſsimus, & piiſſimus vir Hiſpanus libr. ſecundo variar. capi. octauo concilijs congregandis auctoritatem, & auxilium Theodoſius præbuit, Eccleſiæ libertatem auxit, dedit, & reſtituit, religionem catholicam in patrocinio ſuſcepit, Idolatras hæreticosq; profligauit, ac radicitus euellit, & tandem Hiſpania vt aduertit Eugubinus Bozzius de Italiæ ſtatu cap. 5. aduerſus Machiauelum fœlicior omnibus regionibus iudicatur, quod

28 *Conſtantinũ Theodoſius in fide ſuperauit. Ad l. nequis. C. de ſacrific s Paganorum.*

*v Ruffinus lib. 11. ca. 22. in additione ad Euſebium Nicephorus lib. 12. c. 25. Tripartita lib. 9. ca. 27. & 33.*

26 *Exemplum Theodoſij circa obedientiam Eccleſiæ, & cenſurarum eius.*

30 *Hiſtoria. l. vindicari C. de pœnis. c. cũ apud Theſalonicã. 11. quæſt. 3.*

 hoc

hoc tempore in Orientali, & Occidentali Imperio Theodoſium in temporalibus, & Damaſum Papam in ſpiritualibus habuit vt nobiliſsima regio gloriari poſsit tantæ fœlicitatis euentu quanta nulla in orbe terrarum toto omnium ſæculorum decurſu; vt vtrum què imperium Eccleſiaſticum, & ſeculare obtinerent originarij eius, & hoc vnum habuit Imperium Theodoſij, quod eius progenies, & familia diutius imperauit in orbe Romano, quam Imperatoris vllius, qui fuerit ante ipſum cuius laudes receſſent omnes x auctores. Et hodie fœliciſsima memoria eius ab Eccleſia grata, & pia ſupplex pro patria Hiſpana orat, vt patriæ locus concedatur debitus, cum ipſe ab illa prodiēs locum excelſum dederit Eccleſiæ, ſimulq; offert eandem rem petentes Arcadium, & Honorium Imperatores filios, & Theodoſium nepotem omnes catholicos, qui zelo fidei Hiſpano religionem catholicam conſeruarunt, & coluerunt, hæreſeſquê profligarũt, & Idolatriam extirparunt, vt de eis teſtantur omnes y ſcriptores.

30 *Fœlicior omnib⁹ regionibus Hiſpania quod ſimul eodē tēpore Theodoſium in temporalibus, et Damaſum in ſpiritualibus Principes habuerit.*

31 *Progenies Theodoſij pl⁹ durauit in imperio quā vllius Imperatoris ante eũ.*

*x Zonaras. 3. tom, Zoſimus li. 4. hiſtoriæ; Marcellinus in chronico, Claudianus, & Pacatus in Paneoiricis, Beatus Ambroſius in oratione funebri. Varoni⁹ 4. to. ab āno 379 cum alijs, Sigonius lib. 8 in fine & li. 9 in princ. de imperio Occidentali Onufrius Panuinus libr 1. de Romanis principibus Morales li. 10 c. 43. Vaſeus. anno. 382. Mariana li. 4. c. 20. Marineus ſiculus lib. 22. de Imperatoribus qui fuerũt Hiſpani.*

Præter Imperatores, quos genitrix fœcunda Hiſpania plures genuit in medio Eccleſię theatro pro ſe, Conſtantinum Imperatorem producit non Hiſpanũ nec genere nec origine, ſed Hiſpani Oſij conſilio, doctrina, atq; hortatione Chriſtianum inſtitutum, eiuſquê conſilio â Conſtantino fides catholica profiteri publice cœpit, radices egit, congregata ſunt concilia Idolatria extirpata, ędes ſacræ ſunt conſtructæ miro artificio, & diuitijs affluẽtes, Eccleſia locupletata donationibus opulentiſsimis, ditionibus, regnis, aureũque ſæculum illuxit Romanis Pontificibus, & ſedi apoſtolicæ, nam certum eſt, vt diximus c 8. quod Oſij induſtria, & opera Conſtantinus lucem fidei, & veritatis agnouit ex Zoſimo lib. 2. hiſtoriæ, & Euagrio lib 2. cap 40. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, vt ita Oſij ope, religione, & diuina eruditione totus orbis terrarum fidem profitetur.

32 *Arcadius, et Honorius filij, Theodoſij & Theodoſius nepos.*

33 *Oſio Hiſpano Eccleſia debet Conſtātini donationes ei factas eto ſſic ia ei⁹ in Eccleſiam*

*y Oroſius li. 7. c. 24 Paulus diaconus ad Eutropiũ in eorũ vita. Marineus Sicul⁹ ſupra. Morales li. 11 c. 1. cum alijs. Mariana lib 4 c 21. Generalis hiſtoria Hiſpaniæ 1. par. c. 148. Sigonius lib. 11. de Imperio Occident. Nicephorus lib. 13. c. 38 Varonius 5 tom. anno 395. Monarchia lib. 14. c 7. & 8.*

Neque hoc loco abs re erit regnum Hiſpaniæ de cuius dignitate agitur in memoriam reuocare ab eo geſta, & incolis Hiſpanis cum â Gothis, Vuandalis, Alanis, Sueuis, Silingis, & alijs nationibus corruptiſsimis moribus imbutis cruciarentur Hiſpani, omnibuſq; neruis intenderent barbari tunc illi catholicam lædere fidem, & hereſim Arrianam inducere, ſed quamuis opprimerentur ab eis, aſsiduamq; habitationem,

34 *Regnũ hiſpaniæ Gothos Sueuoſq; ad fidem reduxit.*



nem, & cõſuetudinem haberent; ſimul in eadem domo commorantes ex Zurita libr. 11. annalium Aragoniæ cap. 1, tamen ita viguit conſtantia Hiſpanorum in fide catholica conſeruãda, & tuenda, vt nihil illis noceret aliorum perfidia, ſed Vuandalos â ſe abiecit in Africam, & Alanos, Gothos, & Sueuos & alios ſuperatos fide Hiſpanorum ad eam adduxerunt, nam eo ipſo tempore, quo perfidiam Arrianam Gothorũ Reges fouere conati ſunt, nunquam catholici incolæ Hiſpani vllis perſecutionum procellis ab orthodoxę fidei confeſsione potuerunt auelli, vt numeroſus martyrum chorus, & concilium Toletanum ſecundum, Tarraconenſe, Gerundenſe, Ilerdenſe, Cæſaraguſtanum, quæ per ea tempora maximo cum Chriſtianæ Reipublicæ bono celebrata ſunt, indicant, & ita pietatis, & religionis Chriſtianæ conſtantia illorũ perfidiā ſuperauit, & Chriſtiani omnes manſerũt vt Saluianus Maſsilienſis, & Oroſius alio loco citat: dixerũt prouidentia Dei effectũ fuiſſe vt Gothi tranſirent in Hiſpanias, tum vt probaretur fides eorum; tum etiam vt ea vinceret Gothos & alios adducendo ad veram fidem, & ſemel adductis illis ita religio floruit Hiſpanię, vt auctoritatem concilia, & præſules exuendi imperio Reges turpiter, & flagitioſsis moribus vitā agẽtes haberet veluti ſi heretici forẽt, vt Eugubinus Bozius cap 13, aduerſus Macchiatuelum in tractatu, Imperia pendere â virtutibus aduertit, vt in concilio. 4. Toletano in fine legitur de Suintilla, quem cõcilium narrat ſe ipſum priuaſſe regno metuentem, quod concilium eum exueret Imperio, cum tamen adhuc non conſtet qua corruptione morum Suintilla laborauerit nam aliqui hiſtorici potius eum laudant, patremquê pauperum nuncupant, reſtauratoremq; patriæ, qui ê finibus totius regni Romanos eijecit, vt notant multi z auctores. Et Lucas Tudenſis in hiſtoria collecta â beatis Iſidoro, & Ildephonſo, & â ſe ipſo in lib. 2. in fine in collectis â beato Iſidoro era. 661. aſſerit Vaſcones ſuperaſſe Suintillam, plura geſiſſe laudabilia, priorem monarchiam in Hiſpania inſtituiſſe omnibus Romanis profligatis, pluresq; virtutes vſq; ad extremum vitæ habuiſſe, & Ioannes magnus lib. 16. Gothorum hiſtoriæ cap. 16. hæc de illo ait. *Itaquê Cinthila primus Gothorum Regum ſua ſingulari virtute, & prudentia totam Hiſpaniarum monarchiam integræ libertati reſtitutam ad ſuum principatum fœlici victoria perduxit, deinde Vaſcones in vici-*

35 *Commendatur zelus fidei Hiſpanorum, quod reges exuerũt regno ob mores corruptos.*

36 *Suintilla in concilio Toletano. 4. regno ob celeſtã vitam priuatus, cũ tamen nõ conſtet quibus vitijs laborauerit.*

37 *Diſſenſio inter auctores de Suintillæ moribus.*

*z Rodericus Toletanus li. 2 c. 18. hiſtoriæ Hiſpanorũ Didacus Valera. 3. p. c. 26. Generalis hiſtoria Regis Alphonſi 2. p. c 47.*

*vicinas terras irrumpere auſos non ſolum forti manu repreſſit, verum etiam ſubiugatos coegit, vt ſuis ſumptibus, & laboribus ciuitatem Olitenſem ædificarent, demum toto Reipublicæ ſtatu domi, & foris optimè inſtituto Toleti extremum vitæ ſuæ diem abſoluit tanto omnium ſubditorum luctu, quantus vix poſſit in funere vnici, atquê optimi parentis impendi.* Alij aſſerunt crudelem, & immanem fuiſſe, & ideo Dagoberti primi Regis Francorum auxilio Siſenandum eijciſſe regno vt Sigibertus in chronico anno. 644. refert, & Paulus Æmilius lib. 1. hiſtoriæ Francorum in Dagoberto primo, Vaſeus anno 631. conciliat has ſententias diſsidentes Ambroſius Morales lib, 12. ca. 16. & 17. Mariana lib. 6. c. 4 & 5. quod initio regni manſuetus, optimus, & ſtrenuus extitit, poſtea vero deficiẽs in virtute vitijs abundauit, quibus conuictus reliquit regnum metuens eo priuandum fore, ſed id repugnat ſupradictis tũ Iſidori occulatiſsimi teſtis hiſtoriæ relatæ apud Lucam Tudenſem, cuius mentionem fecimus, tum etiam ſcriptis â Ioanne magno & ab alijs grauiſsimis auctoribus, ex quibus patet tã progreſſum, quam exitum vitæ fœliciſsimum habuiſſe niſi dicamus tres fuiſſe Cintillas, alium Cintillam patrem, de quo dicti auctores agunt, alium Cintilam filium, quem frater Siſenandus excluſit â

38 *Tres Cintilæ Reges Hiſpaniæ.*

regno, & occidit, cum primogenitus frater eſſet ad quem iuſtê regnum deferendum fuiſſet, & de hoc agunt doctores Galli, cum Dagobertus ad expellendũ Cintilam auxilium dederit Siſenando, vt notat Ioannes magnus lib. 16. c. 17. de quo concilium Toletanũ agit, vt Siſenandi regnum confirmaret, cum huius regis tempore quartum concilium Toletanum ſit congregatum, vt ex eo, & auctoribus patet, & hunc vt iuſta occupatio videretur Siſenandi corruptis moribus præditum conſtituunt auctores Galli. Alter Cintila fuit, qui poſt Siſenandum regnauit ex beato Ildephõſo lib. 3. in princ. in hiſtoria Lucæ Tudenſis era 674. quem per quinquè annos agnouit beatus Iſidorus ex eadem hiſtoria, de hocquê ſcripſit Ioãnes magnus li. 16. cap. 18. optimum Regem deſcribens fuiſſe, & quod glorioſa morte ſublatus gloriam meruit immortalẽ. Valera. 3 p. hiſtoriæ c. 28. Mariana li. 6. c. 6. Palentina hiſtoria Alphonſi Areualo 3. part. cap. de Suintilla, 28. Rege, & generalis hiſtoria. 2. part. c. 47 cuius tempore floruit beatus Eugenius Toletanus præſul, & deniquè conſtantia Hiſpanorum digna fuit, quod cũ

Gallia



39 *Galli nomẽ amiſſerunt per Francos non Hiſpani per Gothos, quia per Gallos non conuerſi fuerunt.*

Galli non Francos ad fidem reduxiſſent, ſed ipſi Crotildis vxoris Clodouei induſtria cum Clodoueo ſint conuerſi, Franci non Gallorum nomen aſumpſerunt, ſed potius Galli priſci ſuũ nomẽ, & regni amiſſerũt, & Galli Frãci deinceps dicti ſunt, at vero Gothi per Hiſpanos ad fidem redacti nomen, vt fidem retinuerunt, & Gothi nomine derelicto Hiſpani omnes dicti ſunt vetuſto, & originario conſeruato nomine.

40 *Extollitur fides Hiſpanorum capta Hiſpania â Sarracenis.*

Gothorum autem ætate tranſacta cum vitijs Roderici Regis, & ſubditorum in manus incidiſſet Hiſpania infidelium Sarracenorum ex Africa venientium, Hiſpani capti, & ſub poteſtate Maurorum fidẽ ſaluti anteferre, & in fidei decore vitam cum morte commutare, pro ea dura pati non dubitarunt, & ex Aſturibus reliqui, qui ſalui euaſerunt, bella aſsidua cum Sarracenis gerere cœperunt, & illi, ſucceſſoreſq; ſequentes eos ab Hiſpania exterminarunt nomine de leto tropheo, & triumpho ſummo Hiſpanorum conſecuto.

41 *Reges Hiſpaniæ munera offerunt Eccleſiæ Romanæ, ex partis victorijs.*

In omnibuſquê victorijs Dei auxilio habitis ita grata Hiſpania extitit Eccleſiæ Romanæ, vt ſemper eam vt matrem agnoſceret, eiuſquè præcibus fatentur conſecutos Hiſpanos victorias, & ita reddebat rationem omnium rerum geſtarum Pontificibus, ſic enim legimus de Alphonſo ſexto in illa inſigni victoria prope Vbedam in oppido Nauæ â Toloſa,

42 *Alphonſus ſextus in victoria prope Vbedam mittit Eccleſiæ Romanæ victoriæ nũtiũ*

quam â Mauris obtinuit, in cuius memoriam feſtũ exaltationis crucis menſe Septembri celebratur, ille enim ſtatim vt triumphum conſecutus eſt Deo gratias primum agens, ſpoliaquê Eccleſiæ Toletanæ offerens, Innocentium tertium per litteras certiorem fecit, victoriæq; miſit dona, vt epiſtolam integram refert Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 11. ca. 23. & eius facit mentionem Zurita annalium Aragoniæ prima par. lib. 2. cap. 60.

43 *De muneribꝰ miſsis Alphonſo. II. Pontifici Benedicto vndecimo.*

Item cum Rex Albohazenus Belamarinus, qui ex Africa cum claſſe ingenti transfretauerat Hiſpaniam adiens vigintimillia equites, & quatuorcentum millia pedites ſecum adferens, & præter eos Regem Granatæ, & alios cum innumeris gentibus ſibi adhærentes Tariſam obſidione oppreſsit, & eam defendens Alphonſus vndecimus Rex Caſtellæ vna cum Alphõſo Rege Luſitaniæ auxiliante ita inſignem victoriã in bello, quod nuncupatur â Salado, obtinuit, vt ſolum viginti ex Chriſtianis deficientibus ducenta millia Maurorum in proelio, fugaquê ciciderint alijs ca-

ptiuis

ptiuis manẽtibus, vt hæc longius narrãtur in hiſtoria
Regis Alphõſi. XI.c.242.vſq; ad caput 257. Mariana
li.16.c.7.& 8. aſſerẽs hoc accidiſſe anno 1340.& Zuri-
ta li.7.annaliũ c.53.in 2.p.Inſigni autem hac victoria
parta poſtquam feſta ſacra anniuerſarijs inſtitutis ſo-
lemni lætitia celebrantur ſtatim ad Benedictum vn-
decimum Pontificem legatus cum litteris, & muneri-
bus ſedi apoſtolicæ debitis â Rege Alphonſo mitti-
tur, vt ſigilatim refert Garibai in compendio hiſto-
riæ lib.14.c.16. narrans, quod offerens ſedi apoſtoli-
cæ Alphonſus.XI.primitias victoriæ miſsit Benedi-
cto vndecimo Pontifici, qui Auenione in Gallia com
morabatur legatum Ioannem Martinum â Leiua, &
cum eo vexillum regium, quod in pugna conſecutus
fuit, & viginti quatuor ſigna, vexillaq; inter alia pręę
cipua â Sarracenis capta, quæ â viginti quatuor Afri
canis Mauris ferebantur, centumq; equos ſtratos va-
rijs ſericis, ſellis prætioſis ornatos, a quibus enſes, &
ſcuta pendebant, & vnumquemque equum Maurus
pedeſtris habenis ferebat, in eiſque vehebatur ipſe
equus Regius, qui in bello ad fuit inſignijs armorum
ornatus Caſtellę, & legionis in quo aſsidebat Alphõ
ſus Caſtellæ Rex vexillo erecto, gemmæ, aliaq; mune
ra maximi prætij delata ſunt, cuius legationis certior
factus Pontifex obuiam Cardinalibus ire iuſsit, vt ex
ciperent legatos, qui vbi ad Pontificẽ peruenerunt, â
ſolio Pontificio ipſe deſcendit in Regis honorem, &
manibus ſuſcipiens haſtam vexilli Regij himnum cœ
pit alta voce canere in laudem Dei. Vexilla Regis
prodeũt, fulget crucis myſterium, & rem ſacram Pon
tificali dignitate, & ceremonijs celebrans oratione
eleganti Regis, & Regni Hiſpaniæ extulit dignita-
tem, ſupplicationibuſq; habitis gratias Deo agentes
ſigna templis ſuſpenderunt & affixerunt vexilla, vt
Paulus Æmilius lib.9.in princip.in Philippo VI.ſcri
bit, & alia recenſet hiſtoria regis Alphõſi XI.c.157.
Lodouicus Domenichi fol. 294. Venero in enchiri-
dio temporum fol. 91. Monarchia lib.22.c.28. Et ita
cum Põtifex Calixtus regnum Hiſpaniæ adeó dedi-
tum obſequijs Eccleſiæ, & ei obediens agnoſceret,
vt gratum ſe oſtenderet Henrico quarto Regi Caſ-
tellæ miſsit Galerum, & enſem, quæ ſolent benedici
nocte ſanctiſsima Natiuitatis Chriſti in miſſa prima
ex Garibai lib.17.c.3.

44 *Calixt⁹ Henrico.III.Regi Caſtellæ mittit enſem & galerum nocte Natiuitatis Dñi benedictum.*

Item & cum catholici Reges Ferdinandus, & Ely-
ſabeth



ſabeth anno. 1492. omnino ê finibus Hiſpaniæ reg-
num Granatenſe expugnantes Mauros expuliſſent,
ſectamquè Mahumetanam radicitus extirpaſſent â
Mahumetanis adductam Sixtus quartus Pontifex
certior factus de victoria eam Romæ ſolemni pom-
pa celebrauit vt Eccleſiæ propriam curru triumpha-
li ad exemplar antiquorum Romanorum pergens ad
ſacras ædes diui Iacobi Hiſpanorum, vt Iherony-
mus Zurita lib.20.cap. vlt. in hiſtoria Regum catho-
licorum tradit.

45 *Sixtus.IIII. Romæ cum triumpho celebrat Regũ catholicorũ victoriã Granatæ Regno expugnato.*

46 *Quod Hiſpani in expeditione terræ ſancti Profecti ſunt.*

Cum autem Galli in ſacris bellis circa expugna-
tionem Regni Iheroſolymitani valde glorientur,
quod & Reges profecti ſint, & proceres ex Gal-
lis aliquo modo notari poſſunt, cum in primo bel-
lo ſacro Rex Galliæ non ſit profectus licet ex Gal-
lis duces fortiſsimi exierint, ſed ex Hiſpanis Al-
phonſum ſextum Regem Caſtellæ in illa prima ex-
peditione profectum, cruceque ſignatum fuiſſe ſcri-
bunt Platina in Anaſtaſio quarto narrans quod in
Arabia in illa expeditione filius eius Sanctius oc-
cubuerit fortiter dimicando, Ritiuſquê libr. tertio
de Regibus Neapolitanis aſſerit, & ex eo Gene-
brardus in chronico libr. quarto anno. 110. & quam-
uis Paulus Æmilius Gallus infeſtus Hiſpanis nu-
merans nationes ad eam expeditionem euntes ſcri-
bat libro quarto in Philippo primo. *Germani, Gal-
li, Itali, Angli, Scoti extremiſquê ab orbe terrarum regio-
nibus, Inſuliſquê orbe terrarum ſumotis, Hiſpani ſuum ſa-
crum bellum domi aduerſus Sarracenorum terras reliquas per-
ſequebantur.* Tamen decipitur abſquê hæſitatione, nã
quamuis affirmare certo non auſim Alphonſum Re-
gem iter illud feciſſe, tamen etiam ſi domi cum Sar-
racenis Hiſpani aſsidua, & ſine intermiſsione ali-
qua bella geſiſſent, profecti ſunt plures ex Hiſ-
panijs cruce ſignati in illa ſacra expeditione, & prę-
ter alegatos aduertunt *a* alij multi. Et addit Ihe-
ronymus Zurita prima part. annalium. cap. 32. libr.
primo quod Vrbanus ſecundus Pontifex in concilio
Claramontenſi hoc exemplo inflamauit animos plu-
rium narrans, quod ex finibus vltimis orbis Hiſpa-
ni venere. In alijs autem bellis ſacris ſancti ſepul-
chri non ſatis patet. quo pacto Reges Galliæ adfue-
rint, hoc ſaltim cognoſcimus quod Philippus Rex eo
profectus ad Galliam reuertitur, & ea occaſione bel

47 *Alphonſus Rex Caſtellæ in 1. bello ſacro interfuit, in quo fili⁹ Sancti⁹ dimicando animam egit.*

48 *Reges Galliæ nõ adfuerunt in bellis ſacris, & qui profecti ſunt Illico reuerſi ſunt.*

*a Sigibert⁹ in chronico anno* 1096. *S. Anton.*2.*p.tit.*16. c.3. § 1. *Vaſeus in chronico lib.*2.*anno* 1096. *Tancus in palinodia Turcarum.* c.2. *monarchia lib.* 20.*c.*3. §.1.*in* 3.*p.*

Ff lum

lum tertium, & quartum ob diſsidium Regum non ad exitum peruenerunt.

Item Pij ſecnndi pontificatu dum congregaret Pontifex ad expeditionem ſacri belli plures nationes ex Hiſpanis abſquê ſtipendio plures profecti ſunt, vt teſtatur Pandulfus Collenucius libr. ſeptimo capit decimo nono in hiſtoria regni Neapolitani. Item Rex Iacobus Aragoniæ in alijs bellis ſacris ſancti ſepulchri, vt eſt auctor Zurita libr. tertio capit. 73. 85. & 86. annalium, profectus eſt ipſe, & quamuis vi tempeſtatis, & præ exagitatione ventorum reuerti cogeretur, iam nauigans cum ea mente conſtans eſſet iter perficiendi, adfuit in concilio Lugdunenſi ad eam rem congregato, & cum eo ex Hiſpanijs plures profecti ſunt, & in Hiſpania dum bella geſſerunt ad Sarracenos depellendos Hiſpani eodem præmio digni ſunt, & pari merito ſicut qui iter ad bella ſacra fecerunt, cum id ſit iuſtum â iure bellum iudicatum, quo hoſtes fidei â patria expelluntur capit. fortitudo cum alijs 23. quæſtion. tertia Diuus Eulogius in memoriali ſanctorum libr. primo. *Ita magni meriti eſſe credo ſubuertere impios, & Eccleſiæ hoſtibus contraire, bellum parare in incredulos.* Vnde in capit. peſſimam. 23. quęſt. 8. ab Innocentio ſecundo ſtatuitur, vt incendiarijs pœnitentia imponatur, vt ad bellum ſacrum ſepulchri proficiciſcātur, vel in Hiſpano bello aduerſus Sarracenos conſiſtant, cum æquale meritum iudicetur.

49 *Pij ſecundi Pontificatu ex Hiſpanijs plures ad expeditionē terræ ſāctæ profecti ſunt.*

50 *Rex Iacobus Aragoniæ profectus eſt ad bella ſacra*

51 *Æquale meritũ habuere hiſpani apud Deum, et Eccleſiam expellendo â propria patria hoſtes fidei, ſicut qui profecti ſunt ad expeditionē terræ ſanctæ.*

52 *Pœnitentes condemnabātur vel Ihieroſolymitanam vel expeditionē Hiſpaniā implere.*

Gloriantur, & merito Galli, quod Carolus magnus plures nationes ad fidem Catholicam profitendam traduxit, quod ſummopere laudandum eſſe fatemur, quamuis hoc Imperatoris titulo ſicut Regis Galliæ tribuendum eſt, ſed nemo æquus rerum æſtimator negare poterit, quod multo plures prouincias, regna, ditiones, gentes Hiſpaniarum Reges ad iugum ſuaue doctrinæ euangelicæ reduxerint, nefarios ritus, ſuperſtitiones dæmonum abſtulerint, ſalutarem Chriſti doctrinam in remotiſsimas nationes propagauerint, quæ lumen Euangelij vel antea nunquam acceperant, vel acceptum incuria, ſeu longinquitate reſtinxerant, & vt verbis vtar Genebrardi non Hiſpani, ſed Galli Pariſienſis auctoris libr. quarto chronicon anno 1492. *Quo anno bellum Hiſpanum perfectum eſt contra Mauros,* *eorun-*

53 *Quod Reges Hiſpaniæ plures gentes, regna, & nationes ad fidem adduxerunt, quam Reges Galliæ.*

54 *Opꝰ Hiſpani-*



*arũ expugnare infideles, et paganos.*

*eorundem expeditio aduerſus Indos Occidentales cœpit, quaſi Hiſpanorum opus ſit expugnare, infideles & Paganos.* Nam præter id quod Inſulas Baleares Maioricæ, Minoricæ, & Corſicæ â Mauris eripuere, & ad fidem reduxerunt ex Zurita libr. tertio capit. quarto annalium ab anno, 1492. quo Alexandri ſexti Pontificis maximi auctoritate Reges Catholici Ferdinandus, & Elyſabeth Chriſtophorum Colon, & Henricus Luſitanus Rex Petrum Aluarum, & alios fortes viros ad ignotas ad id tempus terras, ignotiora Maria, tum ad ortum ſolis, tum ad occaſum ſcrutari miſerunt, nouuaſquê in Occeanum Reges claſſes parant, ſemper curarunt vt rectam religionem in omnes partes, quoad eorum fieri poſſet, extenderent, verbumquê Dei longe, & latê diſſeminarent, denique nouum orbem aperuerunt arcanum depoſitum, & limitem ad nouum Imperium â prouidentia diuina, ita vt America ſola dicta ab Americo Veſputio Florentino inuentore quartam partem orbis contineat ex Genebrardo libr. quarto anno 1497. quod fœliciter conſecuti ſunt, nam ex longinqua nauigatione (ad quam neque fabuloſi illi Argonautæ, neque in cœleſtium numerum falſo relati Bachi, Hercules ve vnquam aſpirarvnt) effectum eſt, vt cum orbem terræ vniuerſum tres in partes diuiſerit antiquitas, inuenti demum hi noui tractus quartam adijecere, ſi quarta appellanda eſt, quę vna reliquis omnibus magnitudine ferme par eſt, cum plura regna contineat, vt diximus. capit duodecimo quam quæ Alexander, Traianus vi expugnauerint, & quam quæ omnes vna Reges ſimul poſsideant, tempore enim quo nationes, quæ catholicā fidē ſumma cum admiratione amplecti ſolebant, vt Gallia, Germanica, Anglia illam fœde maculant, damnatas ſectas Lutheri, & ſequacium ſectantes violando religionem patriæ, & debitam Pontifici maximo obedientiam, & Eccleſiæ Romanæ denegando, tunc loco gentium, quæ cum ab ea ſint educatæ vberibus doctrinæ ab illa deflectunt, Hiſpania nouuas plantas, nouuoſque filios matri Eccleſiæ adfert, & adcquirit, deteſtabilique Deorum inanium cultu ſublato ex regione eorum, qui falſam doctrinam docent ad Inſulas longe, vt inquit Eſaias, atque ad vltimas terras per Hiſpanos allata migrat religio Chriſtiana, vt impleatur illud

55 *Nouum Imperiũ ab Hiſpanis quæſitum tempore catholicorũ Regum.*

56 *Hodie Hiſpanorum induſtria, & fortitudine ad tres orbis partes quarta adiecta eſt reliquis tribus magnitudine par.*

57 *Tēpore quo nationes catholicæ deſiſtunt ab Eccleſia, Hiſpani Eccleſiæ filiē plantāt in regionibꝰ infidelibus.*

Eccleſiaſtici. capit. decimo. *Auferetur à vobis regnum, Dei, & dabitur genti alienæ,* & apertius Math. capit. 8. *Amen dico vobis, quod multi ab Oriente, & Occidente venient & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Iacob in regno cœlorum filij autẽ regni eÿcĩetur in tenebras exteriores.* Quod quidem à primo tempore catholicorum regum cœpit, deinde Caroli quinti Imperatoris Regis Hiſpaniarum ſeculo nauigatio ipſa vlterius proſecuta eſt, ampliſsimaquê terrarum ſpatia patefacta, ita vt Caroli quinti ſeculo octodecim prouinciæ cum octodecim Regibus ſint ad fidem redactę in Occidentali parte, & plures aliç in Orientali Luſitanis Regibus ſubditę, & ſolo Mexicano regno baptizati ſunt quater decies centena hominum millia ita vt in archiuis Caroli Cęſaris habeatur quendam ſacerdotẽ baptizaſſe ſepties centena hominum millia, Alium tercena millia, alium centum millia, alios plures, alios pauciores, vt refert Laurentius Surius in commentarijs hiſtoriç anno 1518. fol. 515. quod fœlici ætatate catholici, & inuictiſsimi Philippi ſecundi non ceſſauit, cum eius prudentia, & gubernatione ſingulari radia lucis euangelicæ vndiquê per inauditas antea regiones ſint diffuſa, vt indicant Philippinę regiones, ſed proferri nõ poteſt quã diligenti ſtudio explorauerit Rex ille ſummus, qua gubernatione regi, & moderari debent prouintię remotiſsimæ, cũ ibi vt ſol videretur intereſſe Epiſcopos, præsbyteros, alioſq; egregios ſanctitate, religione, & pietate viros ad docendos Indos in fide mittens indies, & hodie eius filij Philippi tertij catholici, & clariſsimi Regis diligentia in hac re elucet, non ſolum patriã prudenter tuendo, sed nouua adcquirendo, vt de innumeris his regionibus, quę narrari prę multitudine nõ poſſunt ad Eccleſiam redactis, & quantum religio profecerit, & de moribus ſcribunt hiſtorici Occidentalium Indiarum Ouetus Valdeſius, Coſta, Petrus martyr, & plures alij, & Orientalium Petrus Maffeus, Damianus Goes, Barros, & alij excellentes auctores, & Chriſtanam diligentiam extollit Laurentius Surius in commentarijs ab anno 1500. & *b* alij. Quo igitur pacto Eccleſia catholica, & euangelica gratias agere & remuneratione, viciſsitudinequè par pari referre poteſt Regibus Hiſpaniæ ad Eccleſiam innumeras, & ampliſsimas nationes, & gentes adducentibus, vt ſedi apoſtolicę obediant,

58 *Caroli V. Imperatoris tẽpore nauigatio, & expugnatio Indiarũ proſecuta eſt.*

59 *Octodecim prouincias cum octodecim Regibus ſubiecit Carolus. V. & plures multo Rex Luſitanus.*

60 *Innumeræ gentes batizatæ.*

61 *Philippi. II. tempore plures prouinciæ ſunt ad fidẽ redactæ.*

62 *Philippi. III catholici cõtinuatus diligentia conuertendi gentes*

*b Paulus Iouuius li. 12. hiſt oriæ. Zurita lib. 1. in hiſtoria catholicorum Regũ c. 13. & 19. Vargas de Epiſcoporũ iuridict. confir. 10. Anaſtaſius Germonius de ſacrorũ immunitate li. 3. c. 13 nu. 30. Eugubinus Bozius aduerſus Machiauelũ in tractio. imperia pendere à virtutib⁹ c. 13. in fine & c. 14. & de Italiæ ſtatu lib. 3 c. 5. & de ſignis Eccleſiæ li. 17 ſigno 77 c. 4. Natalis comes in hiſtoria ſui [illegible]oris li. 1 fol. 8. et [illegible] 21 anno. 1570. fol. [illegible]45.*

diant,



diant, & toto ſtudio, & firmo pectore inſeruiant, ita vt ex prima nauigatione Columbus quadraginta ſeptem Inſulas explorauerit, Fortunatæ enim Inſulæ, Mexicanum regnum, Nouua Hiſpania, Regnum Peru, Philippinum, Abaſinum, Æthiopicum, Braſilium, Beangalum, Calecutum, Cambaium, Goanum, Iaponium, & alia quæ proferri non poſſunt, ita nequè annus ſufficeret ad inter peragendum, ſi adiri deberent omnes regiones, & regna quę obtemperant Pontifici Romano, & quæ incolebant regna barbari prorſus nudi humanas carnes veſcentes, Idolis ſacrificantes, hodie placidê fidem catholicam profitentur, & colunt, cum plures Europæ, nationes repudient, itaquê hæc poſtulant, vt Hiſpaniæ olim fœcundæ genitrici Imperatorum, hodie regnorum, & nationum ad fidem venientium debitus locus â ſede apoſtolica tribuatur.

63 *Hiſpania genitrix Imperatorũ olim & hodie regnorum.*

Explicatis quibuſdam expugnationibus Paganorum, Turcorumquê pugnis alio ſequenti capite narrandis reliquendo, de Iudæis, & hæreticis expulſis â regno Hiſpaniarum agendum erit, nam quanuis inuuidi Galli Hiſpanos ſtudioſſos in Iudæos appellent, vt Iacobus de Bonaudi in panegerico ad Reges Franciæ in verſicul. Hiſpani ſiue Iberi, tamen arguere eum ex fide hiſtoriarum mendacij facile poſſumus, nam tempore, quo Gallia Iudæos in perfidia ſua ſuſtinebat Siſebutus, qui religioſsiſsimus dicitur, in capit. maiores de baptiſmo, & capit. de Iudæis. 45. diſtint. & â beato Gregorio libr. 7. epiſtol. 126. ex finibus Hiſpaniæ Iudæos in ſecta perſeuerantes, & Chriſtum non agnoſcentes eijecit, qui in Galliam effugerunt, & iuncti veteribus ſuæ ſectæ incolis ingentem numerum cumularunt, donec Dagobertus Rex Franciæ cernens, quod primus Rex Siſebutus hanc palmam tulit, vt Iudæi vel anima ſanarentur, vel procul eijecerentur, turpe iudicauit, vt in regno ſuo eiecti ab alio diutius detinerentur, & diem præſtituit intra quem decederent â regno, vt Paulus Æmilius Gallus in Dagoberto Rege narrat, & ex eo Vaſeus anno. 616. Iſidorus in hiſtoria Vuiſigothorum in Siſebuto, & alij Hiſpani *c* auctores, ex quibus Didacus Valera aſſerit in Siſebuto nonaginta millia Iudæorum baptiſma ſuccepiſſe ex animo, ſpontequê cum enim Siſebutus vellet vi trahere eos ad baptiſmum ſuſcipiendum ſtatutum

64 *De Iudæis, & hæreticis ab Hiſpanis reductis ad fidem, & expulſis.*

65 *Siſebutus Iudæos expellit ab Hiſpania, qui in Galliam fugerunt.*

*c Rodericus lib. 2. c. 17. hiſtoriæ Morales lib. 12. c. 4. generalis hiſtoria 1. p. c. 44. Valera c. 24. in 2. p. Ioannes magnus lib. 16. c. 14. hiſtoriæ Gothorum.*



eſt

66

*Ad.c.de Iudæis,45. diſtin.intellectus,& hiſtoria.*

eſt concilio Toletano, quarto canone.57.& 59.quod non compellerentur fidem profiteri, niſi qui ſemelſponte eam ſuſcepiſſent, ſed liberi ad fidem traherentur, vt refertur indecreto. capit. de Iudęis. 45. diſtintio.& notat Alphonſus Areualo in Palentina hiſtoria.capit. 24. de Siſebuto Rege, & habetur lege Vuiſigothorum lib.12.titul.3.de Iudæis.l.3. Mariana aduertit de rebus Hiſpanię lib.6.cap.3.Cũquê ea occaſione conuerſionis aliqui maneret in Hiſpania Rex Cintila prorſus regno eijecit, vt conſtat ex concilio Toletano ſexto.cap.3. Mariana. lib. 6.c. 6.ſed quia Egica inclementiori lege vſus eos in regno ſeruitute oppreſſos, rebuſquê omnibus exutos permanere paſſus eſt & ex concilio Toletano. 17. cap. 8. & legibus Gothicis libr. 12. tit.tertio. legum Vuiſigothorum multa ſtatuta eſſent in eos, quia herba noxia altius tadices agit verê, ac integrê catholici Reges Ferdinandus, & Elyſabeth omnino ab hac colluuie Hiſpaniam purgarunt, vt hodie ſunt expul ſi, & lege regni Sancitum extat.l.2.& 3.tit.2.lib.8. recopilationis, quod factum eſt anno. 1492. quo religioſiſſimi Reges non curantes de tributis, quę ſũma per ſoluebant, nec conſilium admitentes eorum, qui muneribus excæcati aduerſabantur, potius puritatem fidei, & religionis in Hiſpania abſquê labe aliqua eligentes, quam auaritiam cum copia, auri, & argenti, & tributorum omnino exterminarunt, idemq; ſtatuerunt Mauris, vt vel conuerterentur, vel exirent â regno lege ſtatuta ad eam rem.l.4.tit.2.lib.8.recop.ne in regno adeò catholico alia religio, quam vna fides, & vnum baptiſma haberetur, nec ab incolis, nec ab alijs vt aduertit Iheronymus Zurita lib. 1. Regum catholicorum.c.6. Itaq; laudandi ſunt Reges, qui ad fidem redegerunt ſponte ex Iudæis, & Mauris, pertinaces vero exterminarunt ex finibus regni, ne fece, & ſentina eorum aliqua macula adhæreret Chriſtianis, quod vitandum eſſe iure cauetur cap. omnes cap. nullus cum alijs. 28. quæſt. 1. qui catholicus fidei zelus adeò in filia catholicorum Regũ dicta Elyſabeth infixus corde, & animo fuit, quod cum de nuptijs eius cum Emanuele Rege Luſitaniæ ageretur, noluit â regno Caſtellæ diſcedere, neq; coniugalem cohabitationem facere, donec â Regno Luſitano hæretici, & Iudæi, qui aufugerãt ex regnis Caſtellæ, eijcerentur, & alij qui ibidem habitarent, quod liberaliſsime religioſus, &

67

*Cintila prorſus eijecit Iudæos ab Hiſpania.*

68

*Reges catholici Iudeos eijeciunt.*

*Ad l.2. & 3.tit.2. li.8 recopilat.*

*Ad.l.4 ti.2 li.8.recopil.*

*C.omnes, ca. nullus. 28. quæſt.1.*

69

*Admirabilis zelus fidei in Elyſabeth Vxore Regis Emanuelis Luſitani in expellendis â regno Luſitano Iudæis, et infidelibus.*

pius



70

*A Gallia Philipp⁹ Auguſtus exterminauit Iudæos.*

pius Rex perfecit omnino ex Zurita libr. 3. hiſtoriæ Regum catholicorum.cap.6. Et non ſolum ab Hiſpania, ſed ex terminis regni Neapolitani Rex catholicus Ferdinandus eos abiecit ex eodem Zurita lib. 9. c. 26. Quod & Galliæ â Philippo Auguſto factum fuiſſe eorum bonis fiſco Regio adiectis Papirius Maſſonius in eodem Phippo auctor eſt.

71

*Natio Hiſpana excellit in hæreticis puniendis, & exterminandis.*

72

*Monſtra hæreticorũ non generauit hiſpania nec ex ea hereſiarcha aliquis prodidit.*

73

*Priſcillian⁹ nõ hereſiarcha extitit, & ab Hiſpania eiect⁹ in alijs regnis decept⁹ fuit.*

Circa hæreticos autem expellendos â regno nulla natio cum Hiſpanis comparari poteſt, quippe cũ nulla Hiſpaniæ atteſtatione hiſtoriarum, nullis poetarũ ſalibus fidei defectio poſtquam eam ſuſceperunt; aut nota inuri, minuſquê obijci poteſt, regio enim Hiſpana, vt beatus Iheronymus.c.17.in Eſaiam inquit, monſtra hæreticorum nõ generauit, & vnum partum Priſciliani vt abortiuũ; & impium pia mater procul â ſe abdicauit, pariterquê ablegauit, qui licet hæreſi infectus fuit, tamen hereſiarcha, & magiſter errorum, non extitit, cum antiquam ſectam ſit ſecutus; non nouuę inuentor. Marcus enim veniens ex Ægipto; vt Epiphanius hæreſi 26. auctor eſt; Galliam tranſiens aliquos ibi ſeducit, tandem ad Hiſpaniam peruenit, vbi Priſcilianum falſis doctrinis decepit, & ad ſectã Gnoſticorum damnatam adduxit, & ita ab eo Marco veneno illo in fectus fuit ex beato Iheronymo. c. 44. In Eſaiam, quem vt hæreticum Hiſpania nontulit, ſed â ſe procul abiecit, & ad eius errores expellendos congregatâ fuit Synodus Cæſarauguſtana, cuius faciunt mentionem Seuerus Sulpius libr.2.ſacræ hiſtoriæ, & Varonius. 4.tom. annalium anno.381.fol.455. & Garſia Loayſa Toletanus præſul in notis ad concilium Toletanum primum. Arriana autem hæreſis alibi nata, alibi oppugnata in Hiſpaniam â Gothis inducta ibidem vno die penitus extincta eſt Rhecaredi ſæculo Vuandalis antea eiectis. Vigilantius autem, quẽ Varonius quinto to.anno 406. fol.246. Hiſpanũ Callagurritanum facit ex Genandio cap.35.de ſcriptoribus Eccleſiaſticis conſtat fuiſſe Gallum, & ſaltim ex omnibus auctoribus certum eſt, quod licet Hiſpanus natione eſſet non in Hiſpania, ſed in Gallia errore hæreſum infectus fuit, vt.c.9.diximus, Hiſpania etenim in hoc in primis floret, vt quemadmodum Pſyllis populis hoc natura ratione quadam occulta dedit, vt non ſolum in ipſis venenum non hæreat, verum id etiam ſuctu ab alijs eximant, ita in fidei puritate Hiſpanorum non ſolum zelus religionis in Hiſpania vi-

74

*Arriana hæreſis alibi nata Hiſpaniæ extincta eſt.*

75

*Vigilãti⁹ nõ Hiſpan⁹ ſed Gallus extitit, et in Gallia errores accipit, non in Hiſpania.*

76

*Vt Pſylli populi eximũt*

Ff 4 get,

get, ſed extra eam ipſa eſt gladius diſſecans in alijs regionibus hæreſes, & eius reſpiratione, & aſlatu hęreſum venena tolluntur, vt teſtes ſunt Gallia, Flandria, Germania, Anglia, in quibus Hiſpani concionatores, & religionē profitentes tot gentes deprauatas, ad rectam viam ducunt, & Reges inuictiſsimi, & maximi Carolus quintus, & Philippus ſecundus, & tertius nec ſumptui, nec labori vnquam parcentes, nec ſanguini tot Hiſpanorum hoc vnum curātes in hoc vno innumeras opes, copiaſq; auri, & argenti expendunt ex Indijs allatas, vt hæreſes in alijs regnijs extirpentur, quandoquê fauendo Gallis catholicis, quandoquê alios expugnando, vt omnes obediāt Eccleſiæ Romanæ, hoc ſtudent, vt Angli collegia habeant in Hiſpania, ex quibus proficiſcantur ad ſuadendos patrios ciues Anglos, vt ſeducti ab errore reſipiſcant, & veritatem agnoſcant. In hoc ſtudio antea nauarūnt Hiſpani operam, vt beatus Iſidorus Hiſpalenſis præſul teſtis eſt in concilio Hiſpalenſi. 2. actione. 12. nam dum quidam Epiſcopus natione Syrus ex hæreſi Acephalorum duarum in Chriſto naturarū proprietatē negaret, & deitatem paſsibilem aſſereret, pertinaxq; in eo errore fuiſſet, â beato Iſidoro, & patribus concilij teſtimonijs ſacrę ſcripturę, & ſanctorum patrū ſentētijs conuictus hæreſim propriam abdicauit illi, qui ex Syria profectus erat ad ſubuertendos Hiſpanorum animos, vt in concilijs Garſiæ Loaſæ habetur in Hiſpalenſi ſecūdo. Itēq; Teudiū, & Pelagiū hæreticos ex Gallia Gothica in Hiſpaniam veniētes, & inuiolatam beatiſsimę ſemper virginis Mariæ virginitatē ſacrilego ore polluere conātes inſanū ac blaſphemum Heluidij dogma reſtaurare volentes beatus antiſtes Toletanus Idephonſus & facundiæ gratia, & ſcripturę ſacræ teſtimonijs ita refutauit, vt confuſionis, & verecundię plenos exules Hiſpania cedere coegerit, quod obſequiū adeó gratum extitit ſacratiſsimę Virgini matri, vt in feſto annuntiationis ſanctorum agminibus, & virginum ſtipata fulgore eximio ipſi apparuerit, cum ad matutinas horas nocte cum clero ſe conferret librum, quem de virginitate perpetua ipſius matris Marię ediderat in manu gerens, tuncq; cœleſtem amictum, veſtemquè ſacrā manu Angelorum elaboratam, & contextam, qua ad peragendam rem ſacram ſolemnioribus diebus vteretur, manibus ſuis ſacratiſsima virgo capiti inſeruit in

pignus

*venenum ab alijs nationibus ſuctu, ita Hiſpani ab alijs nationibus hæreſes exterminānt.*

77 *Carolus. V. & Philipp⁹ II. et III. omnē copiā auri & argēti expendunt in hæreſibus expugnādis, idquè ſtudent omni ſtudio, et genere induſtriæ.*

78 *Iſidorus vincit hæreticos et reducit.*

79 *Beatus Idephonſus expugnator hæreſum Teudij, & Pelagij Gallorum veſte ſacra à beata Maria virgine ab eo defenſa induitur.*



pignus, & obſidem gratitudinis quod eius virginitatem tueretur, quę veſtis ſacra hodie ſeruatur in Eccleſię Ouetenſi, & lapis quo ſtetit virgo ſacratiſsima, & pedes tunc fixit in Auguſto templo Toletano veneratur: indequè feſtum, quod dicitur expectatio partus in Hiſpania colitur octo diebus ante natiuitatem Domini in honorem Virginitatis beate Mariæ, eodemquê anno ſeu alij malunr proximo nono die Decembris, quę Virgini Leocadiæ memoria ſacra eſt Rege Receſuintho adſtante, & diuuo Idephonſo ſacra operāte lapis, quo ſepulchrū Virginis Leocadiæ tegebatur, & quem vix triginta validiſsimi homiues loco mouere poſſent, ſponte ſublatus eſt, tumuloquê egreſſa Leocadia manum Idephonſi tāgit proferens hęc verba Idephonſe per te viuit domina mea, tuncquê gladio e vagina Regis detracto veli partem quo virginis caput tegebatur, priuſquā ſe recepit in ſepulcurum abſcidit, quæ hodie cum gladio in ſacro ærario Toletano conſeruatur, & viſitur, vt hæc omnia fidedigni auctores narrant, & habetur in officijs Toletanis â Gregorio decimo tertio approbatis, & Hiſpani *d* veteres ſcriptores, & recentes, alijquê exteri ſcribunt, & refertur apud concilia Loayſæ in decreto Gundemari fol. 277. & in notis ad conciliū Toletanum. 10. c. 1.

Item in hæreticos Gallos Albigenſes, cuius hæreſis auctorem Petrum Bruſium Gallum tempore Lodouici ſeptimi conſtituunt omnes, qui nefariê, & impiê docebat têmpla dirui, cruces deijci, oportere, nuptias negabat, communes vxores fieri aſſerebat, in euchariſtia verū corpus Domini noſtri Ieſu Chriſti non eſſe affirmabat, aliaquê ſceleſtiſsima dogmata, & ſacrilegia diſſeminabat, qui licet igne crematus ſit in Ægidij populo Volcarum Henrricus ex monacho eius veſtigia ſecutus eſt, & plures peruertit, ita vt quāuis diuus Bernardus concionibus hortaretur Toloſanos ad depellendos errores epiſtolis ſcriptis, indies malum illud ita ſerpit, vt Toloſa, Albiga, Carcaſſo, Biterę, Agatha, Caſtrum Vaurum, ac ſingula ferè, oppida vicię; Volcarum in ſectam tranſiere, quæ flamma ex paruua ſcintilla nata cum ita arderet beatus Dominicus decus, & gloria Hiſpaniæ familiæ prædicatorū inſtitutor primus ad hæreſes profligandas, & conuincendas ab eo fundatæ, & Didacus Epiſcopus Oximēſis ab Innoceutio tertio Pontifice miſſus predicationibus

nibus

80 *Feſtum expectationis partus Virginis in Hiſpania colitur.*

81 *Beata Leocadia exijt e ſepulchro gratias agēs Ilephonſo quod tueretur virginitatē beatiſsimæ Mariæ.*

82 *Albigenſes Galli hæretici ab Hiſpanis expugnati.*

83 *Beatus Dominicus Hiſpanus Albigenſes expugnat doctrina, & Didacus Hiſpanus Oxomenſis Epiſcopus.*

*d Rodericus Toletanus li. 2. c. 22. Lucas Tudenſis. 3. par. era. 686. Valera. 3 p. c. 31. Generalis hiſtor. li. 2. c. 50. Mariana li. 6. c. 10. Vaſeus in chronico anno. 655. Morales li 12. c. 39. Garibai li. 8. c. 38. Monarchia li. 2. c. 39. Ioannes magnus li. 16. c. 21.*

nibus,exhortationibus, & miraculis hæreticos cõuincebant,vt Paulus Æmilius in Philippo.II. Auguſto Rege.4. ait. *Dominici in tollenda Albiorum hæreſi virtus enituit.* Ioannes Tilius in chronico anno 1207. & Genebrardus anno 1216. referens verba Platinæ in Innocentio. III. *Eius temporibus orta hæreſis in Toloſæ partibus,quam diuus, Dominicus mira celeritate compeſcuit*, quod & alij e recenſent. Et cum non poſſet hęc hæreſis extingui,cuius originẽ,& fautores refert Papirius Maſſonius lib.3.annalium in Philippo Auguſto, tandem hæc hęreſis Blanchæ Hiſpanæ Reginæ Franciæ filiæ Regis Caſtellæ Ferdinandi cognomento ſancti diligentia omnino extincta eſt anno ſecundo diuui Lodouici filij eius, qui tunc puer erat,& momento concidit ſecta,quę nullis armis extingui potuit,vt ex verbis Papirij Maſſonij lib.3. annalium in diuuo Lodouico conſtat. *Hoc Raimundi edicto, & Epiſcoporum vigilãtia Albigenſium ſecta breui extincta eſt,qua in re Blãcha, quæ in regni procuratione erat, multum laborauit,vt videãtur Albigenſes vnius fœminæ auſpicijs victi ad officium rediſſe.* Itaquè intra fines Galliæ Hiſpani diuus Dominicus,Didacus Epiſcopus Oxomenſis, quem Dominicum eius Eccleſiæ canonicum ſecum duxiſſe ferunt,& Regina Blancha hæreſes adeò excitatas,& pullulantes extinxerunt, quod & nunc Reges religioſiſsimi Hiſpaniarum omni ſtudio conantur.

*e Zurita.1.p.annaliũ Aragoniæ li.2. c.62. Mariana lib. 12.c.2. & 8. Beuter li.2.c.2.Miedes in vita Regis Iacobi Aragoniæ lib.1. c.15.Sanctus Antonin⁹ 3.par.tit.19.c. 1.§.3 Polydor⁹ Virgilius de Regibus Angliæ lib.16. Monarchia lib. 21.ca. 18.& 24.*

84 *Blancha Hiſpana Regina Galliæ extinguit omnino hæreſim Albigenſium.*

Item anno 1415. in concilio Conſtantienſi Ioannem Hus,& duo millia hæreticorum cum eo, qui Bohemiam fere omnem peruertebant, Magiſter Didacus Hiſpanus ex regnis Caſtellæ ita conuictos reddidit,vt abiurarent errores,qui ita nefarij erant, & impij,vt omnem religionem catholicam euertere conarentur.

85 *Didacus Hiſpanus in concilio Conſtãtienſi Ioannem Hus reduxit cum alijs multis.*

Item & ſanctus Vincentius Ferrerius Valentinus Hiſpanus ordinis prædicatorum vna cum diuuo Bernardino Franciſcano Senenſi Huſillos hæreticos furentes, & alios concionibus extinxerunt, & plures Iudęos ad fidem reduxerunt, vt Bozzius Eugubinus auctor eſt c.15. fol. 167. in tractatu Imperia pendere â virtutibus aduerſus Machiauelum hos,ac beatũ Antonium â Padua Luſitanum, & huius Generis ſexcentos poſſem proferre, qui ex Hiſpania profecti aliarũ regionum hæreticos ſanctitate,religione, miraculis, & omni genere virtutum compeſcuere, hodieq; in Germania, Gallia, Flandria, Anglia, & alijs regioniex

86 *Sanctus Vincentius Ferrer Hiſpan⁹ hæreticos huſillos expugnauit.*



87 *Hiſpania nõ ſolum abſtinet ab hæreſi ſed à ſuſpitione eius.*

ex religionibus ſanctiſsimis mendicantium, & ſocietatis nominis Iheſu nihil aliud ſtudent viri religioſiſſimi Hiſpani offerentes pro Chriſti fide tuẽda caput, & fortunas libentiſsimê,cumq; Hiſpana regio in hac re omnes ſuperet teſte Varonio ſeptimo tomo annalium anno 563. fol. 486. vt dixim⁹.c.13.ad finẽ, quod non ſolum hæreſim non ſuſtinet,ſed nec ſuſpicionem eius,ita ab omni maculâ abſtinere curat, vt cum populus facilis ſit ad mutandam in bonum, vel malũ ſententiã, & opinione ducatur, antequam rem ſerio perpendere poſsit occurrendo initio omni hæreſi duxit ſatius antequam ſerpat incendium, quam poſt natũ extinguere, ꝙ elegãter Seneca epiſt.123. aduertit inquiens. *Genus hominũ videbatur,qui verba geſtarent,quidam qui vitia geſtant,horum ſermo multum nocet, nam etiam ſi non ſtatim officit,ſemina in animo relinquit,ſequiturquè nos etiam cum ab eo diſceſſerimus reſurecturum poſtea malũ, quẽadmodum qui audierunt ſymphoniam, ferunt ſecum in auribus modulationem,ac dulcedinem cantus,quæ cogitationes impedit, nec ad ſeria patitur intendi.* His igitur & alijs vehemẽtiſſimis rationibus adducti Reges catholici quamuis in Hiſpania vt in Italia quæſitores eſſent fidei aduerſus hæreticam prauitatem cognitores, vt patet in titulis de hæreticis in decretalibus,& libro ſexto,tamen exactius,& accuratius tribunal fidei erectum eſt in Hiſpania,cui etiam Reges ſubeſſent anno 1483. ordine â ſede apoſtolica illis cõceſſo cognitoribus de fidei rebus,vt narrat Zurita lib.20.c.49. in hiſtoria Regum catholicorum,ſeu anno 1478. ex Garibai lib.18. hiſtoriarum compendio.c. 12.& 17. cuius inſtitutionẽ cõmendat Eugubinus Bozzius aduerſus Machauellum de Italiæ ſtatu lib.2.c.5.& de ſignis Eccleſiæ libr. 17. ſigno de admiranda progreſione ſacræ poteſtatis, Genebrardus libr. 4. anno. 1492. quo officio ſacro quæſitorum fidei vinea Domini in Hiſpania ab omnibus vepribus, ſpinis, & zizanijs culta in religione, & fide manet, cum omnia regna pericliter tur, alia abundent erroribus, negent Eccleſiæ obedientiam, quam integram omnis Hiſpania,& regna Indiarum adiacẽtia,& Sicilia ſedi apoſtolicæ tribuũt, quia in eis, hoc diuinum officium floret, nam eius tribunalis religione, & integritate, vigilantiaq; nemo quiſquam hiſcere contra ſacroſancta Eccleſiæ ſtatuta quicquam audet, alibi forſam impie facere non licebit, in Hiſpania nec eloqui quidẽ niſi pie conceditur, alibi errores forte

88 *Tribunal inquiſitionis in hiſpania accuratius eſt, et murus ahæneus aduerſus hæreſes.*

89 *Commendatur tribunal ſacrum inquiſitionis.*

forte iam nati extirpantur, in Hiſpania ipſa etiam er- 90
rorum ſeminaria antequam pulullent oprimuntur, ali
bi opinionibus prauis imbuti exiſtentes in Hiſpania
ex animo reſipuerunt, in qua re excellit zelus ingẽs,
& ardens Ferdinandi Valdeſij Hiſpalenſis præſulis
in omnibus regnis Caroli. V. generalis quæſitoris,
qui inſtructiones, & leges adeò vtiles, & prudentes
inſtituit, vt abſque vlla mutatione in viridi obſeruã-
tia ſint ex cuius induſtria, & religione flammæ hære
ſum, quas ex Anglia, & alijs regnis quidam adduxe-
runt, omnino extinctę ſunt, vt narrat Natalis Comes
lib. 10. hiſtoriarum ſui temporis fol. 229. & lib. 13 fol.
265. & lib. 12. fol. 260.

*Laus Ferdinandi Valdeſijquæſitoris generalis hiſpaniarũ Hiſpalenſis præſulis.*

Nec reticeri poſſunt res geſtę â Carolo quinto ma 91
ximo, vt hæreſes quæ pulullabant in Germania, & re
gionibus alijs extirparẽtur, cuius diligentia integris
voluminibus Pauli Iouij, Petri Meſię Alphonſi Vl-
loæ, & Lodouici Auilę commendatur, ita vt plures
dietas ad Lutheri ſectam euertendam congregauerit
omnes ditiones hæreticorum principum debellauer-
rit tota Germania fœliciter domita, quod nulli vn-
quam Cæſari Romanorum obtigit, nam anno 1547.
exercitum ſupra ſexaginta millia proteſtantium pro 92
fligauit, & ita â Paulo. III. Pontifice maximo in di-
plomate, quod Halæ accepit, maximi, & fortiſsimi
cognomine ornatur, cum Carolus Rex Francorum
ſolum magnus dictus ſit ex Natali Comite lib. 3. hiſto
riarum ſui temporis fol. 55. Olim enim Carolus mag-
nus multis bellicis rebus clariſsimꝰ triginta annis Sa-
xones ægrè domare potuit, noſter Carolus maxi-
mus anno 1546. intra tres ferê menſes Saxoniam om-
nem ſibi parere coegit, & intra quindecim mẽſes Ger
maniam tanta celeritate, & ſine cæde, rapinis, incẽ-
dijs, furtis, ſtupris, raptibus inceſtis, vt illud Iulij Cę-
ſaris de Carolo quinto tribus verbis dici poſsit Ve-
nit, Vidit, vicit, quæ obſequia, & alia in Eccleſiam
ſcribunt Laurentius Surius in commentarijs ab anno
1500. qui videndus erit, Comes Natalis hiſtoriarum
ſui temporis lib. 1. & 2. & 3 cum alijs Michael Bur- 93
chringerus in hiſtoria Eccleſiaſtica in Clemente ſep-
timo Hadrianus Barlandus anno 1546. Sleidanus li.
19. hiſtoriæ Genebrardus lib. 4. anno 1547.

*Caroli. V. erga ſacrũ officiũ Inquiſitionis ſtudium.*

*Cognomen maximi à Paulo. III. Pontifice Carolo. V. tributum.*

Nec ſilentio æquum eſt pręterire quam diligens
in eradicandis hæreſibus Catholicus Rex Philippus
ſecundus Caroli quinti filius exterit, quam ſeuerus in
hęre-

*Laus in hæreſibus depellẽdis Philippi ſecũdi, & filij eius Philippi. III.*



hæreticos, quãta & quali animaduerſione in eos vſus
fuerit, quantũ auxilij Inquiſitoribus pręſtiterit, nã ad
ſtante in ſacri officij quęſitorũ ſolẽni actu Pinthię ce
lebrato, cuius mentionẽ facit Natalis comes, iuramen
tũ â Rege maximo recepit Fernâdus Valdeſius quæſi
tor generalis in illo publico theatro, in quo ſententiæ
dãnatorũ legẽbantur, ſe auxiliũ pręſtiturũ contra hæ
reticos, & fautores eorũ, & defenſurũ ſacrũ tribunal
inquiſitionis; quod religioſe pręſtitit; & vbiq; & ſemper
operatꝰ eſt, quã operã, & opẽ hodie Philipus. III. eiꝰ
filius auuo; & patre dignus, & maiori imperio præſ
tat, vt Eccleſię defenſor acerrimus, & Catholi-
cus, acreligioſiſsimus Princeps.

*

# CAPVT VIGESIMVM

## quo agitur de ſecũdo genere obſequiorum circa defenſionem, & patrocinium ſedis apoſtolicæ.

1\. *Secundũ genus obſequiorum circa patrociniũ Eccleſiæ Romanæ.*

CVM Sit actũ de primo genere obſequiorũ circa hęreticos, & in fideles expellẽdos, & reducẽdos ad fidẽ reliquũ eſt, vt deueniamus ad ſecundũ genus circa patrociniũ, & auxiliũ ſedi apoſtolicę pręſtandũ, vt ſalua, integra & incolumis maneat eius libertas, & auctoritas, ſartaq; tecta omnia ſua iura cõſeruẽtur, in quo genere Galli pręcipuũ ius, & robur huiꝰ contẽtionis cõſtituunt, idq; alegauit Frãciſcꝰ. 1. rex Galliarũ in epiſtola â ſancto Germano oppido miſſa Cardinaliũ collegio obſequia Pipini, Caroli magni, & aliorũ regũ Frãciæ memoria repetẽdo, & plura ſcribũt auctores a Frãci aram, & aſyllũ Pontificũ Galliã appellãtes, & initium ſumitur â Carolo Martelo, â quo Gregorius. III. Pontifex auxiliũ poſtulauit aduerſus Luintprandũ Regẽ Longobardorum, qui bona, ditiones, & oppida Eccleſiæ Romanę vi armata abſtulerat, quod Carolus Martellus illico curauit efficere, & fœdere amicitię, ac vinculo, quod cum Luintprãdo gerebat, ab eo obtinuit, vt reſtitueret Eccleſię, quę eripuerat quatuor oppidis retentis ſibi, vt Platina in Gregorio tertio teſtatur, & Ca-

2 *Caroli Martelli obſequia.*

*a Rebuphus in concordatis rubrica de approbatione conuẽtorum per Lateranẽſe conciliũ verbo benemeritis, Guillelmus Benedictus nu. 14. verbo & vxorẽ nomine Adelaſiam deciſ. 2. in c. Raynũtius gl. in pragmatica ſanct. in pri. Carolus Graſalius regalium Frãciæ iure. 5. lib. 1. Ioannes Ferrault iur. 2. de iuribꝰ Regum Franciæ.*


rolus

rolus Sigonius de Regno Italiæ libr. 3. anno. 739.

3 *Pipini obſequia.*

Pipinus filius eius meliori fato Aiſtulphum Regẽ Longobardorum compulit reſtituere Eccleſiæ Romanæ, & Stephano. II. Papę ad eum venienti exarchatum Rauennæ, Pentapolis, & alia oppida, bellaq; geſſit cum Gaifiro, ſiue Vafiro duce Aquitanię, qui bona, & res Eccleſiæ vſurpabat, vt Platina in Stephano ſecundo narrat, & alij *b* auctores.

*b S. Anton. 2. p. tit. 14. c. 1. §. 3. Blondꝰ li. 10. de cade. 1. & li. 1. decade. 2. Paulus Æmilius, Guaguinus, Maſſonius, & alij in Pipino Rege Sigonius libr. 3. de regno Italiæ anno 753. & 754. Reginon li. 2. in Pipino, Sigibertꝰ in chronico ab anno. 752. Genebrardus ab anno 752. Adonis in chronico ætate. 6.*

4 *Obſequia Caroli magni.*

Poſt hæc Caroli magni filij eius grata, & plurima circa Eccleſiam officia numerantur, qui Adriano. I. Pontifici fauens Deſiderium Regem Longobardorũ ſæpê ſuperauit, & bona ditioneſquê Eccleſię reſtituit ab illo vſurpatas, Leonemq; venientem ad ſe in ſede collocauit ab illo erecta, vt habetur in decreto Gratiani. c. volumus. 11. quæſt. prima ca. Adrianus diſtin. 63. Sigibertus ab anno 774. & 799. & alij *c* auctores.

*c Reginon in chronico lib. 2 in Carolo magno Paulꝰ Æmilius Anonius Maſſonius, Guaguinus, et alij in eo, Sigoniꝰ li. 3 de regno Italiæ anno 786. & 799. Genebrardus ab anno 772. Blondus li. 2. decade. 1. Adonis ætate. 6.*

5 *c. Volumꝰ 11 q. 1. c. Adrianus el. 2. diſtin. 63.*

Item & Lodouicus Pius Caroli magni filius, & Carolus Caluus Reges Franciæ aduerſus Sarracenos, & comites, Tuſculanos auxilium Ioanni. VIII. Pontifici præſtiterũt ex Paulo Æmilio, Guaguino, in Lodouico pio, & Carolo Martello, Sigonio de regno Italiæ anno 877.

6 *Lodouici pij, & Caroli Martelli obſequia.*

7 *Gelaſius II. Gallias adijt opem poſtulans à Lodouico Rege.*

Gelaſius ſecundus Gallias adijt opẽ poſtulans â Lodouico Rege patre diui Lodouici Regis aduerſus Imperatorem Henrricum ex Platina in Gelaſio. II. & Sigonio lib. 10. de regno Italiæ anno 1118. Innocẽtius II. & Eugeniꝰ III. ex Platina in eis Gallias â Romanis expulſi adierũt, & ſeptẽ Pontifices reſtituiſſe Reges Gallię ex Palatio Rubios de obtẽtione Regni Nauarrę. 4. p. §. 1. aſſerit, Nauarrꝰ de oratione conclu. 10. nu. 90. & ab anno 1306. Pōtifice exiſtẽte Clemẽte. V. vſque ad Gregorium. XI. anno. 1376. ſedes apoſtolica in Gallia Auenione ſedem habuit, & domiciliũ ibi Pōtifices cōſtituerũt, vt notum eſt, & Paulꝰ Æmiliꝰ li. 5. hiſtorię perpẽdit.

8 *Pōtifices qui Gallias adierunt, & ibi domicilium cōſtituerunt*

Quę obſequia magno prętio habẽda fatemur, ſed quia lucri ſpe & Italiã poſsidẽdi cauſſa geſta ſunt mercedẽ ſuã receperũt, vt dicitur in ſacro euãgelio, & nō eodẽ premio ac corona afficiẽdi ſunt ſicut illi, qui ſolũ fidei zelo liberali pręſtiterũt, & vt id demōſtremꝰ indicandũ erit ampliora, & opulẽtiora beneficia â ſede apoſtolica accepiſſe reges Gallię, quã cōtuliſſe officia, & vt incipiamus â Carolo Martello, qui licet Stephanũ. II. adeuntẽ Gallias iuuauerit, tamẽ omnia hęc deleuit, cũ plura impia, & nefaria in Eccleſiã geſſerit, nã Frodoardꝰ antiquitate, & veritate hiſtorię celebris auctor in vitis Rhe-

9 *Maiora beneficia acceperunt Reges Galliæ à ſede apoſtolica quam contulerunt.*



10 *Carolus Martellus in Eccleſiam impius, potius quam pius.*

Rhemẽſiũ Pōtificũ đ Carolo Martello inquit agẽs de Rigoberto Epiſcopo Rhemẽſi, ꝙ cũ aduerſus Chilpericũ Regẽ Carolo properãti portas aperire noluiſſet, Epiſcopatu eũ depulit, Milonẽq; ſucceſſorẽ dedit, & ait. *Hic Carolus ex ancillæ ſtupro natus, vt in annalibus Regũ de eo legitur, cæteris qui ante ſe fuerunt audacior non ſolum Rhemenſem, ſed alios etiam Epiſcopatus regni Francorum laicis hominibus, & comitibus dedit, ita vt Epiſcopis nihil poteſtatis in rebus Eccleſiæ permitteret.* Quod & recitat Papirius Maſſonius libr. 1. circa finem in Dagoberto, Chilperico, & Theodorico Regibus, & Petrus Gregoriꝰ lib. decimo tertio de Republic. cap. 17. num. 15. aduertit, quod primus inter Reges Franciæ res Eccleſiarum ab Eccleſijs ſeparauit, ac diuiſit militibus, & eius iniquo exemplo laici homines ſolebant Epiſcopalia diuidere iura, & monaſteriorum reditus relinquentes Epiſcopis, & Abbatibus ſolum neceſſaria, & canonicis, & monachis, quod poſtea emendatum fuit concilio habito Aquis, de quo habetur cap. quia iuxta ſanctorum 16. quæſtio. 1. de ſcripto ex lib. primo capitulorum Caroli magni capit. 83. ea occaſione, quia in vita ſancti Eucherij Aurelianẽſis Epiſcopi, & ſancti Rhigoberti Rhemenſis Archiepiſcopi legitur, quod poſt mortem Caroli Martelli per Angelum reuelatum fuit eum in inferno, inferiori torqueri ob illam diuiſsionem Eccleſiarum, quod conſpicitur nam aperto eius ſepulchro corpus non fuit repertum, ſed loco eius Draco exijt inuento interius ſepulchro denigrato, quod etiam propter decimas vſurpatas Eccleſiarum narrant Carolus Guaguinus in Carolo Martello, & alij *d* ſcriptores, quod etiam Æmilius libr. ſecundo de Regibus Frãcorum in Chelderico tertio Rege. 21. recitat his verbis. *Quod in cōditorio Martelli ſerpẽs inuẽtus eſt, ſiue quod ex hominis ſpina id animantis genus enaſcatur, ſed diuinæ iræ teſtimonium eo certius fuit.* Et id ſignificat Adonis ætate ſexta, ab anno. 726. dum Epiſcopatus Viennenſem, & Lugdunẽſem paſtore carere aſſerit eo tẽpore, quia bona laici occupauerant, itaq; licet Eccleſię ſemel opẽ tulerit, ſępê damnũ deterius intulit ſpirituale, quod flagitioſius eſt quã temporale, cum Epiſcoporũ dignitatẽ vilipendere, & res Eccleſiæ ſacrilega manu vſurpare curauerit; item & conabatur â ſede apoſtolica impetrare, vt Pontifices regnum ei, eiuſq; deſcẽdentibus tribuererent auferendo â Clodouei legitimis ſucceſſoribus.

11 *Ad ca. quia iuxta ſancto rum 16. q. 1. & hiſtoria eius.*

12 *De morte Caroli Martelli.*

*d Rebuph. de deci. quæ. 10. nu. 7. Guilielmus Benedictus nu. 14 ver. & vxorẽ deciſ. 1. in c. Raynutiꝰ. Petrus Gregoriꝰ in ſyntagmate iuris lib. 33. c. 16. num. 18. & lib. 2 c. 25. num. 7.*

Pipini obſequia relata ſunt, quæ extollit Paulus 13
Æmilius libr. ſecundo in Pipino, ſed quantum ex- *Pipini præ-*
cellat præmium, quod ei collatum eſt â Zacharia *mium, et Lu-*
Pontifice ſatis patet, nam Chilpericus Rex vltimus *crum.*
ex poſteritate Clodouei deponitur a Pontifice, in-
dignuſquê regnandi munere iudicatur, & corona-
tur, inauragaturquê â Pontifice ipſo Pipinus ob au-
xilia Eccleſię pręſtita, & ita Rex Francorum fit tot
ditionibus adiectis, abſoluitquê â iuramento Chil- 14
perico pręſtito ſubditos idem Pontifex, vt habetur *Hiſtoria. c.*
cap. alius. 15. quęſt. ſexta Ibo Carnotenſis, & Regi *alius 15. q. 6*
non in chronico in Pipino, Annonius libr. quarto.
cap. 61. Sigibertus anno 750. Adonis ętate ſexat eo
anno, Genebrardus libr. tertio anno. 751. Maſſo-
nius libr. ſecundo in Pipino, Blondus libr. decimo
decade prima.

Carolus autem magnus quantumpro libertate ſe- 15
dis apoſtolicę laborauerit omnibus compertum eſt, *Præmium, et*
cum Deſiderium Regem Longobardorum depopu- *lucrum Caro-*
latorem patrimonij Apoſtolorum deijecerit ex fini- *li magni.*
bus Italię, ſed non tam pro aris, & focis Eccleſię di-
micaſſe certum eſt, quam quod ſua intereſſet, nam cũ
filiam Deſiderij Theodoram repudiaſſet Carolus, ea
de cauſſa aduerſus eũ iratus Deſiderius inclientelã, &
fidem ſuſcepit Bertam vxorem Carolomani, qui fra-
ter erat Caroli magni vt ei cõcederet ablata, reſtitue
retq; duobuſ filijs partem magnam Galliarũ, quã con
tendebant â Carolo magno occupatam, cum eſſet pa-
trimonium, & hęreditas fratris Carlomani, cona-
tuſquê eſt vt Pontifex Adrianus filios Reges conſe-
craret aduerſus patruum Carolum magnum, quod cũ
conſequi non poſſet in Pontificem, & eius bona im-
petum fecit, cui obuiam ocurruit Carolus magn⁹, cu-
ius cauſſa, & defenſionis eius bellum mouebatur, &
etiam vt ope Pontificis captiuos haberet cõſobrinos
filios fratris Carlomani, vt Veronę ſuſcepit, quibus
captiuis ſaluum, & integrum regnũ obtinuit, vt Pau-
lus Æmilius li. 2. in Carolo magno, & Sigonius li. 13.
de regno Italię ano 772. referunt, itaq; dũ bellũ pro
Pontifice gerit de eius agebatur cauſſa, & pro ſe pu-
gnabat. Pręmium autem quod â Pontifice pro mu-
tuo auxilio pręſtitum eſt fuit adeò excelſum, & am-
plum, vt nullus Regum nedum aſſequi, ſed ne cogi-
tare potuerit, nam primo conceſsit, vt ipſe, & ſuc-
ceſſores eius Imperiũ Occidẽtale tenerent, & Reges
Roma-



16 Romanorum forent, ſibiquê vincerent; quod ê Lon-
*Ad cap. Ha-* gobardis ereptum fuit. Item quod eligerent Pon-
*drianus 2.* tificem Romanum, & patritij Italiæ herent, plu-
*c. in ſynodo* raquê alia præuilegia conceſsit de quibus in. capit.
*63. diſtin. c.* Adrianus el. II. cap. in ſynodo, 63. diſtin. cap. volu-
*volumus. 11* mus. 11. quæſt. 1. Guillelmus Benedictus verb. & vxo
*quæſt. 1.* rem. 1. nu. 61. & alij *e* auctores, quæ Eccleſiæ benefi- *e Bozzius de ſignis*
17 cia per longa tempora durarunt. *Eccleſiæ lib. 19. ſig*
*Quam dãno-* Illa autem commoratio Pontificum in Auenionẽ- *no. 8. c. 4. & de Ita-*
*ſa fuerit Ec-* ſi vrbe non ſolum laudi tribuenda non eſt Regibus *liæ ſtatu li. 3. cap. vl-*
*cleſiæ Aue-* Galliæ, ſed vitio cum ea fuerit cum detrimento vni- *ti. Einardus in vita*
*nionis com-* uerſæ Reipublicæ Chriſtianæ; vt plura oppida ſedes *Caroli magni, Maſ-*
*moratio.* apoſtolica amiſſerit, quæ recuperauit. Gilus Al- *ſonius, Æmilius in*
bornotius ex eius hiſtoria, & Platina in Clemente. *eo, Platina in A-*
V. & Maſſonius auctor Gallus de vitis Pontificum in *driano Pontifice, Si-*
Clemente, V. aſſerit id eueniſſe ob peccata populi, *gibertus anno 800.*
& captiuitatem Babilonicam Itali appellant, donec *Reginõ, & Ibo Car-*
Gregorius vndecimus Romam venit, vt Volaterra- *notenſis in Carolo*
nus libr. 22. geographiæ, & Chriſtianus Maſſeus li. *magno, Genebrard⁹*
17. affirmant, Genebrardus in chronico lib. 4. anno. *ab anno 700. Ado-*
18 1305. præter id quod Auenionenſis vrbs fuit vendi- *nis anno. 799. Ai-*
*Auenionem-* ta â Ioana Regina Neapolitana tricies mille Floren *monius lib. 4.*
*ſis vrbs fuit* tinis nummis, & eam emerunt Pontifices ex Matheo
*empta â Pon-* Vilaneo libr. 1. annalium Papirio Maſſonio lib. 4 an
*tificibus.* nalium in Philippo ſexto.

19 Sed vt ad Hiſpanorum Regum obſequia de venia-
*Obſequia re-* mus erga ſedem apoſtolicam collata, vt omittamus
*gum Hiſpa-* quod omnia pręſtita â Pipino, Carolo magno, & filijs
*niæ.* eius potius ſibi tribuere poterunt Carolus quintus,
20 Philippus prim⁹, ſecundus, & tertius Reges Hiſpania
*Geſta à Caro-* rum, cum ab ea ſtirpe rectiori linea quam Reges Frã-
*lo magno, Pi-* corum deſcendãt, & etiam ſibi ſumere poſſunt, quod
*pino, & alijs* Otho, alijq; Germani Imperatores in vtilitatẽ Eccle-
*poti⁹ ſibi tri-* ſię geſſerint, ſed cũ ſolum de regnis Hiſpaniarum, &
*buere poſſũt* ditionibus earum agendum ſit, ſilentio præterire de-
*Reges Hiſpa-* bemus officia erga Eccleſiam collata â magnanimis,
*niæ Auſtria-* & heroicis familijs Auſtriacis, & quamuis cum Hiſ-
*ci, quam Re-* pania adeo diſtet ab Italia Mediterraneo mari in-
*ges Galliæ.* termedio, & Galliæ regno ideo Pontifices cum a-
21 liquid accidebat inopinatum auxilio egentes Gal-
*Quare Ponti-* liã finitimam adibant nõ Hiſpaniam, & quia tunc ar-
*fices potius a-* debat Hiſpania domeſticis bellis cum Sarracenis eam
*dirent Gal-* occupantibus, vt eos ſectamquê ipſorum euellerent
*lias, quã Hiſ-* radicitus, ſed omni occaſsione ablata pij tutores,
*panias.* ac vindices Reges Hiſpaniæ ſedis Apoſtolicæ exti-
Gg 3 terunt

terũt, libertatiſquê eius propugnatores ſtrenuiſsimi, nulloq; propoſito præmio ſemper ſpectarunt eorum ſtudia, vt ſarta, tectaq; maneret auctoritas Eccleſiæ, nunquamq; ſolij Pontificalis â ſe iugum executere curarunt, ſed omni tempore, & occaſione filij obedientiæ fuerunt.

22 *Petri primi Regis Aragoniæ obſequia.*

Petrus primus Aragoniæ Rex, vt Petrus Beuter lib. 2. c. 9. anno 1095. dum in Ocenſis ciuitatis agris illam inſignem victoriam conſecutus eſſet Reges Sarracenos ſuperans, innumeraſq; copias eorum trucidans ſtatim Deo, & ſedi Apoſtolicæ gratus munera obtulit victoriæ, & ad Vrbanum ſecundum miſit plures captiuos ex Sarracenis, veſteſq; prætioſas mirificè contextas plures, equoſq; frenatos ornatos variè, & palliatos, ſtratoſq; ſellis ditiſsimis, in qua pugna Rex Sanctius Ramirius ita auulſus eſt â ſuis, vt de eo nihil certum cognoſci poſſet, vt auctor eſt Zurita lib. 1. annalium cap 32.

23 *Rex Alphõſus. 11. Caſtellæ.*

Rex Alfonſus vndecimus Caſtellæ, vt diximus capite ſuperiori, dum tot mauros caperet, & interficeret ſplendidiſsima, & opulentiſsima dona Pontifici Benedicto miſit.

24 *Rex Ramirus. 1. Aragoniæ.*

Rex Ramirus primus Aragoniæ ex Zurita lib. 1. c. 18. chriſtianiſsimus â Gregorio ſeptimo, nuncupatus in diplomate meritò fuit, quia Romanas præces in regnis ſuis introduxit Gothicis repudiatis, & concilio Iacenſi omnia ſtatuta, leges, canoneſq; Eccleſiæ recipi iuſsit, & ſeruari in ſua ditione, & regno ipſo præſente vna cum filijs adeò ſtudioſus Eccleſiæ Romanæ extitit, vt ei tributum perſolueret, quod recognoſcens ſoluit filius eius Rex Sanctius Alexandro 2. vt idem Zurita lib. 1. ca. 21. notat. & Beuter lib. 2. cap. 8.

25 *Petrus ſecũdus Aragoniæ Rex.*

Petrus ſecundus Aragoniæ Rex, vt obſeruat Beuter lib. 2. c. 20. Zurita lib. 2. c. 50. Miedes lib. 1. c. 9. in hiſtoria Regis Iacobi dum Pontifices Alexander ſecundus, Vrbanus ſecundus, & Gregorius ſeptimus concederent decimas, & patronatus Eccleſiarum Sãctio tertio, vt Beuter lib. 2. c. 8. aduertit, Rex Petrus ſecundus cum Romam proficiſceretur, vt coronam ſuſciperet â Pontifice, vt dictum eſt alibi, aduerſantibus incolis regnum â ſe, & Regibus abdicauit præuilegium, & fœudatarium ſe, ac poſteros Eccleſiæ reddidit, & in recognitionẽ obtulit ſingulis ãnis perſoluere ducentas, & quinquaginta monetas Ma-

zo-



26 *Monetæ Iaſecinæ quæ ſint.*

zonodinas Iaſecinas, quæ erãt cuiuſdam generis numorum, quas cudere iuſsit Iuceff Mahozemutus magnus Almanzor præcij ſeptem ſolidorum A ragoniæ, & alio nomine nuncupabantur Mahozemuti aurei, quamuis Beuter quatuor ſolidorum Valentinorum prætij fuiſſe narret, & recognitio erat mille ſolidos ſoluere, vel quinquaginta libras monetæ aureæ, cuius rei meminit Zurita in indicib⁹, & hiſtorijs Latinis Aragonię, & perſolutum fuit fœudum donec Rex Iacobus Aragoniæ omni obſeruantia, & humilitate debita abſtulit, & Innocentius. III. Pontifex ea de cauſa conceſsit, vt Reges Aragoniæ anteſignani eſſent Eccleſiæ, & vexila eius portarent cum inſignijs armorum regni Aragonię, & quod omnes bullæ, & diplomata gratiæ, quę expedirẽtur Romę in cancellaria apoſtolica fila rubea, & pallida, quę ſunt colores ſcutorum Aragoniæ pendentia haberent vt hodie eſt in vſu.

27 *Rex Aragoniæ anteſignanus Eccleſiæ, et vexillum fert. ei⁹ coram Pontifice, et bullædiplmoata fili ex coloribus armorum Aragoniæ ſumptis pendent.*

28 *Rex Iacobus II. Aragoniæ.*

Rex Iacobus Aragonię cognomento debellator ex Zurita lib, 2. c. 32. Gregorio nono Pantifici aduerſus Federicum Imperatorem opem tulit, cum diuerſas legationes ad eam præſtãdam â Pontifice habuiſſet ei offerente protectionem ſtatus Eccleſiaſtici, & Mediolanum, Plaſenciam, Faenzam, & Lõgobardię prouinciam. Item quod tributum ſolui Imperatoribus ſolitum ei preſtarent, quod Rex libenter annuit policitus iter per ſe ipſum agere, & expeditionem parare, & cum non poſſet perficere Valentiam obſeſſam habens, quam â Mauris recuperauit ad tuendum Pontificem plures ex regnis ſuis miſit milites.

30 *Rex Iacob⁹ 2. Almiraldus Eccleſiæ dictus Cãfolonerus munus Imperatorũ, in quo Bonifaci⁹ 8. eum omnib⁹ Regibus prætulit.*

Rex Iacobus ſecundus Aragoniæ, ex Zurita lib. 5 c. 17. & alijs *ſ* auctoribus â Bonifacio. VIII. Põtifice expeditionẽ ad ſanctũ ſepulchrũ recuperãdũ parãte creatus eſt ſedis apoſtolicæ Almiraldus, & anteſignus dictus Canfolonerus Eccleſiæ, & qui præeſſet exercitui, quod munus Imperatoribus demandari ſolebat, in eoquè cum omnibus Regibus Chriſtianis prætulit, adeoq; ingenti ſtudio Eccleſiæ fautor, & protector extitit, vt aduerſus fratrem Germanum Federicum Regem Neapolitanum, & Sicilię cœperit vexillum Eccleſię, & Pontificis benedictionem, & bis per ſe ipſum bellum exitioſſum, & immane cum fratre geſſit eum, vt Eccleſiæ faueret, odio proſequens. naualẽquê pugnam celebrem cum eo geſsit anno. 1298. die quarta Iulij, ita vt licet ſagita in pede infixa eſſet in-

31 *Idem aduerſus fratrem germanũ Federicũ Regẽ Neapolitanũ et Siciliæ pro Eccleſia expugnauit.*

*ſ Pandolfus Collenucius lib. 5. cap. 6. in hiſtoria Neapolitana. Angelus Conſtanzzus eadem hiſtoria lib. 3. ad finẽ. Tarcag. anno 1296. in hiſtoria vniuerſ.*

Gg 4 dimi-

dimicatione conſtans fuit viriliter pugnando, ne animus deficeret militibus ſi noſſent eum percuſſum fuiſſe, qui belli cõgreſſus cęde plurima memorabilis fuit in quo duo Reges erant duces ambo fratres Germani milites eiuſdẽ nationis inter ſe dimicãtes, & vno ſanguine, regno, & patria orti, vt auctores ſunt Iheronymus Zurita lib. 5. c. 25. & 38. & 47. & alij *g* auctores.

*g Pandolfus Collenucius in hiſtoria Neapolitana. Angelus ConſtanZZus in eadem lib. 4. Lucius Marineus Sicul⁹ li. 11. de Regibus Aragoniæ in Rege Iacobo II.*

32 *De Ferdinãdo. IIII. Rege Caſtellæ, & eodẽ, Iacobo. II. Rege Aragoniæ.*

Rex Ferdinandus. IIII. Caſtellæ, & Iacobus ſecũdus Aragoniæ aduerſus Philippum Regem Galliæ proſequentem odio Bonifacium octauum. Pontificẽ tueri conati ſunt, ita vt ſedes apoſtolica non vexaretur, nec conciliabula aduerſus ſedem apoſtolicam, & eius Pontificem fierent, & non ſolum in vita Pontificis ei auxilium præſtiterunt, ſed ea finita memoriam Bonifacij octaui, quam Galli damnare curabant conſtanter Reges Hiſpaniæ in honorem ſedis apoſtolicæ defenderunt tempore Clementis. V. Pontificis, & tunc Aragoniæ milites Campaniam â Gallis abſtulerunt pro vindicta Romani Pontificis, vt auctor eſt Zurita lib. 5. annalium cap. 60. & 87. Monarchia lib. 22. cap. 20. §. 4. in fine, adeo quod inire ſingulare certamen Hiſpani pro ea cauſſa non dubitauerint in cõcilio Vienenſi habito â Clemente quinto, vt recitat Papyrius Maſſonius lib. 3. in Philippo tertio his verbis. *Et duo equites Catalani Carrozius, & Vuilelmus cognomento Debolus ad ſingulare certamen prouocaſſent eum, ſi quis eſſet qui Bonifacium hæreſis acuſare vellet, ac ne Philippus alieno à Pontifice animo diſcederet, ſanxere iniuriam Bonifacio illatam ipſi, hæredibuſquè eius nunquam exprobatum iri.*

33 *Hiſpani ſingulare certamen ineunt pro memoria Bonifacij. 8. & pugnarũt in eius honorem.*

34 *Alphonſus. V. Rex Aragoniæ, et Neapolitanus.*

Plura obſequia erga Eccleſiam, & ſedem apoſtolicam collata ab Alfonſo quinto Rege Aragoniæ, & primo Neapolitani regni in auxilium Eugenij quarti, & Nicolai quinti Pontificum narrantur ab hiſtoricis eius ætatis, vt Platina in Eugenio quarto & Nicolao quinto, & alijs *h* auctorib⁹, ſigillatim autem aliqua officia eius Regis in quo omnis virtutum cumulus acceſsit, â Iheronymo Zurita in quinque libris vltimis annalium Aragoniæ ſecunda part. narrãtur, is enim lib. 16. cap. 7. memorat quemadmodum cum Federicus Romam pergeret ad coronam Imperij ſuſcipiendam, de eiuſquê amicitia non ſatis fideret Nicolaus quintus Pontifex ſolum Regi Alphonſo arcana pectoris credidit, de eoquê confidit, vt ſecurum, & ſaluum redderet, quod pollicitus eſt Rex, obtulitq; quod quamuis Imperator duxiſſet vxorem conſobrinam

*h Pandolfus Collenuci⁹ in hiſtoria Regum Neapolitanorũ lib. 6. à ca. 9. cũ alijs Bartholome⁹ Facci⁹ de reb⁹ geſtis ab Alfonſo I. Neapolitanorum Rege à libr. 8. Laurentius Valla de rebus geſtis ab eodẽ Rege Sabellicus lib. 3. & 4. decad. 3. Lodouicus Dominiqui anno 1452. fol. 67. & 94.*



brinam ſe aduerſus eum pro Eccleſiæ dignitate, & ſedis apoſtolicæ auctoritate arma ſuſcepturũ, omniaq; diſcrimina ſubiturum, copias, regna, ac facultates vniuerſas in eam rem collaturum, quod facere intendebat, nec ſumptui, nec vitæ parcens vt filius Eccleſiæ, & Rex catholicus. Item ex eodem lib. 16. ca. 19. & 20. 31. & 33. cum anno 1453. Mahometus atrociſsimus Chriſtiani nominis hoſtis Conſtantinopolim victo Conſtantino cœpit violatis templis, ſacriſq; profanatis, tunc Alphonſus quintus, quem vt ducem, & Imperatorẽ ſuum Eccleſia, totaq; Italia reſpiciebat, & ad benemerendum de omni Republica natum, ipſe ſolus ex Regibus Nicolaum Pontificem hortatus eſt ad bellum aduerſus Turcas proferens ſe licet ſexagenariũ pro fide certare, pro religione effundere vires, pro ſede apoſtolica tuenda vitam exponere paratum, curauitquê vt omes Italiæ ditiones pace conciliarentur, & vnione ad expeditionem in Turcas obeundam ad id ſuadendum elegantem, omniquê facundia, & venuſtate plenam orationem habens ad inflamandos animos pollicitus ſe primum in agmine, & diſcrimine dimicaturum, obiturumquè cum opus fuerit, quod re cõplere cœpit, & perficeret niſi inteſtina bella Italiæ impedirent, & lib. 15. c. 19. & 20. 21. & 32. & 38. & 40. & 43. ſcribit quemadmodum agrum Picenum dictum Marchia Anconæ, pleraquè Romanæ ditionis oppida, quæ occupata Franciſcus Sforzzia obtinebat, Eccleſiæ reſtitui coegit non ſemel, ſed bis, & iterum bello, & armis, vt etiam Bartholomeus Faccius eiuſdem Regis familiaris lib. 8. commemorat, & Pãdolfus Collenucius lib. 6. c. 9. Item & dicto loco lib. 15. Zurita. c. 43. narrat quemadmodum anno 1446. cum Pontifex Eugenius ab Sforzzianis, & hoſtibus oppreſus in ſtatu eo eſſet, vt Romam occupatam pene haberẽt aduerſarij, Pontifexquè in manus inimicorum incidere eſſet obſtrictus, Rex Alphonſus pecunijs, & exercitu ita ex tempore opem tulit, vt hoſtes illis finibus exterminarentur, & ipſe ad debellandos reliquos expeditionem fecit, quam. c. 45. ſcribit aduerſus Florentinos, & Venetos factã fuiſſe, eiuſq; auxilio diuertiſſe â bello contra Pontificem illato, vt Martinus Viciniana lib. 3. chronici Valentini adfert, & antea anno. 1434. vt ipſe refert Zurita lib. 14 c. 18. & Platina in Eugenio quarto, cum Antonius Columna Princeps Salernitanus vna cum nobiliſsimis Romanis ex familia

lia illa, & alijs hoſtis declararetur Eugenij quarti Pō
tificis, & Romam cum exercitu inuaderet, ipſe Euge-
nius in conflictu poſitus habitu Franciſcano indutus
per flumen Tyberim nauigans vſquê ad Oſtiæ portū
peruenit, & ab illo portu Piſam, & inde Florentiam,
quod Ioannis Mellæ Zamorenſis Hiſpani archidia-
coni Mantuani in Eccleſia Toletana, poſtea Cardi-
nalis, & Abbatis Alfari, capellani Regis Caſtellę in
duſtria effectum fuit, cumque certior de ea re factus
fuiſſet Rex Alphonſus legatum miſsit Martinū Ga-
lloz Epiſcopum Caurienſem, & Ramonem Boill vi-
ceregem Neapolitanum, vt illi offerrent ſe, & regna
ſua, inquibus commoraretur, & naues quibus transfre
taret ad regna, & vt Caſtella, & arces munitiſsimas
ſibi traderet, & poteſtati ſuæ committeret, hæcq; &
alia erga Eccleſiam officia Alphōſi Regis nulla cōtiſ
ceſcere ætas poterit, vt omittā expeditiones in Tur
35 cas, Sarracenoſq; quemadmodum Tunetum expugna
uit, aliaſquè Inſulas, & oppida, & ita ſtudioſſus, & ob
ſeruantiſsimus religionis, & legis Euangelicæ fuit,
vt oſtendens ſanguinem pro ea effundendum Pelica
nū pinxerit ex pectore eliciētē ſanguinem ad pullos
paſcendos cum titulo hoc. Pro lege, & pro Rege, vt
notat Renatus Chopinus de ſacra politia in præfa-
tione nu. 14.

*Inſignia Regis Alphonſi, quæ indicāt ſtudium & obſeruantiam in Eccleſiam.*

36 Ioannes ſecundus Rex Aragoniæ, vt Zurita refert
lib, 16. annalium cap. 58. ad concilium Mantuanum,
Piumq; ſecundum Pontificem miſsit Ioannem Mar-
garit Epiſcopum Eluenſem, Pierrem Peraltam maio
rem domus, Ioannem Gallac Vicecancellarium, Frā-
ciſcum Ferrer procuratorem eius in curia Romana,
vt auxilium aduerſus Turcas pollicerentur, & de bel-
37 lo, expeditioneq; ad ſanctum ſepulchrum ageretur:
ſed de his, neq; de Mauris eiectis ab Inſula Eccleſiæ
Sicilia â Petro, & Iacobo Regibus Aragoniæ, neq;
de alijs aduerſus Infideles expugnationibus nunc a-
gendum non erit- cum ſolum de obſequijs circa tute-
lam, & defenſionem ſedis apoſtolicæ agamus.

*Ioannes ſecundus Rex Aragoniæ.*

*Mauri à Sicilia eiecti à Petro, & Iacobo Regib⁹ Aragoniæ.*

38 Prodeant in mediū poſtulātes ab Eccleſia Romana
dignitatē Hiſpaniç cumulatiſsimā illa fœmina Iſabel
la nō fœmina, ſed vero verbo Heroina, inclytuſq; ei⁹
maritus Ferdinandus, qui eminent magnitudine rerū
geſtarum erga ſedis Apoſtolicæ conſeruationem, &
protectionem pro euius auctoritate, & defenſione
bella in Italia geſſerunt, in Galliam arma intulerūt,
in

*Obſequia Regum catholicorū Ferdinandi, et Elyſabeth.*



in Galliam arma intulerunt, quorum geſta circa can-
dem rem ſcribunt Paulus Iouius, pluresquê alij [i] au-
ctores: ſed in quibuſdam narrandis ſequemur Ihero-
nymum Zuritam diligentem fidelisſimumquê aucto-
rem, qui tribus ferè voluminibus hiſtoriam Regum
Catholicorū ſcripſit, & ex eius annalibus repetendo
expeditiones factas ob tutelam, & præſidium Ecleſię
Romanæ ab eis.

Primo enim cum Carolus. VIII. Rex Galliæ cum
multis militum cohortibus ad ſpoliandum regno Nea
politano Alphonſum ſecundum per Italiam perge-
ret inuito Pontifice Alexandro ſexto, & in arce pala
tij ſancti Petri antea mole Adriani conſtituto Romā
ingreſſus fuit cum validiſsimis copijs viginti mille pe
ditum, & quinque millium equitum, cum antea. Oſtiā
& alia oppida ſtatus Eccleſiaſtici occupaſſet, Rex au-
tem Catholicus Ferdinādus cū prius Antoniū Syluā
miſiſſet legatum, Antonium Fonſecam, & Ioanē Al-
bionem nouue mittit, quibus Regem Galliæ obſe-
crans monuit, vt opes Romani ſtatus, Oſtiamquê, &
oppida ſedis Apoſtolicæ reſtituat, Carolus alioquin
cum ipſe proteſtationem Eccleſiæ ſuſceperit, omni-
buſquê rebus ſanctiſsimam religionem antepoſuerit,
dum cum eo de fœdere egit, non poterat deeſſe Ec-
cleſiæ auxiliaribus copijs, & propria perſona, ſtatim-
quê magnum illum Gundiſaluum â Corduba cum e-
xercitu miſit, vt opitularetur, auxiliatorquè eſſet, &
pręſto Pontifici, quod Iheronymus Zurita lib. 1. c. 36
38. 40. 41. 42. & 43. anno 1494. & 1495. narrat in hiſto
ria Regum Catholicorum, & ipſe auctor lib. 2. cap. 3.
cum alijs agit quemadmodum cum Pontifice coniun-
xit potentatus Italiæ vt ſaluua manerent bona Eccle
ſiæ, & lib. 3. c. 1 ſcribit, quod auxilio, & fortitudine
Gundiſaluui Ferdinandez â Corduba â Rege Ferdi-
nando ad eam rem miſsi Oſtiam, aliaq; oppida Eccle
ſiæ reſtituit Rex Franciæ. Poſtea verò cum Carolus
Rex Franciæ. VIII. ê vita humana exceſſerit, eiquê
ſuccederet Lodouicus. XII. in regno Galliæ omni
ſtudio, & neruuis contendit Rex Ferdinandus, vt ad
uerſus Turcam immaniſsimum, & communem hoſtē
vires omnium Principum conuerterentur, ne Eccle-
ſiam, & ditiones eius vexaret Turca Baiazetus, qui in
Albania Venetis bellum inferebat, in cui⁹ claſſem im
petum faciens Gundiſaluus magnus dux Cordubenſis
prouinciā Corphu, & Cephaloniam Venetis tradidit
&

*[i] Palmerius in chronicis, Pontanus de bello Ferdinādi Pādol. Collenucius lib. 8. & 9. hiſtoriæ Neapolitanæ. Genebrardus in chronico li. 4. ab anno 1488. Guiccardinus li. 11 hiſtoriæ ſui tēporis. Mambrinus Roſſeus ſupplemento ad Tarcagnotam ab anno. 1488. Ælius Nebriſenſis, & Marineus ſiculus hiſtoria corū monarchia lib. 26. à c. 36. cum alijs.*

& lib. 3. cap. 39. & 46. & lib. 7. per totum deſcribit, q cum Italiam inuadere Turca minaretur claſsicas naues in ſinu Lepanti habens Alexandro. 6. Pontifici, Pio tertio, & Iulio ſecũdo ſuceſſoribus ſemper fauit ex eodem lib. 4. c. 1. &. c. 3. 11. 24. & 25. & cum Iulio ſecũdo fœd⁹, & vnionẽ cõiunxit, ad defendẽdã Eccleſiã & cũ principibus Chriſtianis Bernardo Delpuez magiſtro militiæ Monteſæ, & Antonio Auguſtino â conſilijs eius legatione ad eã rẽ miſsis Pontifexq; memor, & gratus obſeruantiæ, quam Rex erga Eccleſiã oſtendebat, & gerebat magiſtro Monteſæ conceſsit, vt ad Regem roſam deferret, quam ſolent Pontifices benedicere ; ſolemnibus ceremonijs ; vt eam alicui ex amplioribus, & excellentioribus Regibus largiantur, vt miſſam aliam Ioanni ſecundo Regi Caſtellę in hiſtoria eius legitur, & eam Iulius Pontifex Ferdinãdo Regi vt excellentiori Principi ſeruauit, quam magiſter monteſæ comitatu, pompa, & apparatu celebri anno 1507. triumpho incedens per vias Romanæ vrbis ſecum tulit, tuncque Gundiſaluo Ferdinandez â Cordoba titulus generalis Eccleſiæ , vt eam tueretur, incolumemq; redderet, aſsignatus eſt, qui ita ſtrenuê munus geſsit, vt quietam, pacatamquê ſedem apoſtolicam, & Pontificem incolumem, ſecurumquê conſeruaret, cum Rex Ferdinandus Eccleſiæ Venetis aduerſantibus reſiſteret opem, & patrocinium ei præſtans vna cum Lodouico XII. Rege Galliæ, vt plura circa hanc rem ſcribit idem Zurita li. 7. c. 33 47. & 49. cum *alijs*; & cum interim inſolentiſsimi conatus ferocis Turcæ magno claſsium, & exercitus apparatu Italiam turbauerit, diſſenſio excitata eſt inter Regem Ferdinandum, & Gallię Regem, nam Lodouicus Gallus in Venetos inuehi demoliebatur, Hiſpanus ne religio catholica diſcrimen pateretur in Turcas arma conuertere ex eodem Zurita lib. 8. cap. 39. 40. & 41. rectius ſentiebat, et ita Pontifex cum Rege Ferdinãdo decre uit pacem componere cum Venetis, dum illi prius reſtituerent Eccleſiæ quicquid ab eius patrimonio eripuerant, quam deliberationem ægrê ferens Lodouicus, quia Pontifex â bello deſtitit, et a cenſuris abſoluit in Eccleſiam arma mouit ex eodem Zurita lib. 9. cap 5. et 17. et 18. et 21. cum omnibus totius libri, ſed Eccleſiæ defenſor accerrimus Ferdinandus Rex extitit , et poſt Tunetum, Buxiam, Tripolim, aliaſquê arces, et oppida â Mauris capta exercitum ad tuen-



tuendũ Pontificẽ obſeſſum Bononiæ â Rege Galliæ miſsit, quẽ Fabricius Colũna adduxit, cũq; Rex Galliæ Bononiã ciuitatem inſignẽ Eccleſiæ, ditionemq; illius comitatus occupaſſet, ſciſmaq; in Eccleſia inducere conaretur, & conciliabulũ Piſæ aduerſus Põtificem cõgregare; rex catholicus impedire curauit, & auxiliator extitit, vt conciliũ Lateranẽſe â Põtifice cõuocatũ celebraretur, & requiſito Rege Galliæ, vt reſtitueret ſedi Apoſtolicę comitatũ Bononiæ, cũ impetrare ab eo nõ poſſet fœd⁹ inijt cũ Imperatore, & Re-

39 *Titulus Ferdinandi catholici liberatæ à Gallis Italiæ.*

ge Anglo, vt Põtifici opitularetur, & tãdẽ Rex catholicus cũ Rege Gallię exitioſum, & ingens bellũ geſſit pro recuperatione bonorũ Eccleſiæ duce generali exercitus Eccleſiaſtici cõſtituto Ramone â Cardona prorege Neapolitano , fortiterq; Hiſpano exercitu pro ſede apoſtolica prœliãte donec illa atrox, & memorabilis pugna Rauenę cõgreſſa fuit, in qua ex acie Gallorũ 12. millia militũ ceciderũt, & ex Hiſpanis, & Italis 1500. & ita Bononiã, Seruiã, Rauenã Fauẽtiã, Forũ Iuliũ, & reliqua eccleſię opida â Venetis, & Gallis occupata reſtituit ſedi apoſtolicę rex catholic⁹ & ex Italia hoſtes Gallos expulit, vnde tribut⁹ eſt ei titul⁹ liberatę â Gallis Italię ex Paul. Ioui. in cõtinuatione Palmerij, Surio, & Genebrar. ãno 1510. q accidit poſt acies in Lõgobardia vtriuſq; regis ſępe prœliãtes ex Zuri. li. 10. c. 2. & 3. 22. & 24. Collenucio li. 9. c. 11. & 12 hiſtorię Neapolitanæ; & tãdẽ decedẽte Iulio. 2. ex eodẽ Zurita li. 10. c. 57. collegiũ Cardinaliũ, vt liberê, et quiete omni remota ambitione, & metu poſthabito electio fieret Põtificis in vtilitatẽ publicã religionis vbiq;, & ſẽper opẽ ipſe Hiſpan⁹ rex tulit Romanę Eccleſiæ aduerſus Turcas eos cõprimẽs, aduerſus Gallos & Venetos aduerſantes ; aduerſuſque omnes hoſtes Eccleſiæ, & ita auxilio anno 1514 & 1515. Leo 10. ex

40 *Vexilla Eccleſiæ à Turcis capta ab Hiſpanis reſtituta.*

Zurita li. 10 c. 85. & 97. fœliciter Eccleſiã gubernauit victoriaq; fauſta, & fœlix aduerſus Turcas habita eſt, cũ enim Soliman⁹ Arrayz trirremes Iulij. 2. ſuperans vnã ex eis cœpiſſet, Lodouicus Requeſens dux Regis Ferdinãdi in nauali pugna eũ occidit, & ſuperauit, & ad Iuliũ ſecũdũ Romã detulit vexillumq; Eccleſiæ â pyrata captum, triumphi forma veſtigia antiquorum ſecut⁹ portauit Ramir⁹ Nunnius Guzmanus, qui tunc Romæ commorabatur.

41 *De obſequijs Caroli. V. Imperatoris Regis hiſpaniæ*

Poſt Ferdin. ſequitur Carol. V. catho. Hiſpaniar. rex & maxim⁹ Romanorũ imperator vere virtute bellica

& togata maximꝰ moderati, boniq, exēplar imperij,
ſtatim enim vt faſtigiū,& culmē regni accepit ex Ti-
lio in chronico āno 1521. Arnaldo Ferrono in Frācis
co 1. & Onufrio Panuino inſuplemēto ad Platinā in
Leone 10. cū Frācisco 1. rege Galliarū pro ſedis apoſ
tolicę auctoritate, & dignitate cōgredi nō dubitauit,
cū enim Parmā, & Plaſentiā Eccleſię vrbes ocuparet,
& ducatū Mediolanenſem auſpicijs Caroli. V. Leone
X. instāte breui tēpore ducatus Mediolanenſis Fran-
ciſco Sfortię, & Parma, Plaſentia Eccleſię reſtitutę
ſunt pulſatis ab Italia Gallis, cuiuſq; ope, & auxilio
Leo. X. & Adrianus. VI. eius pueritiæ formator â bel
lis inteſtinis ſaluui, incolumeſq; redditi ſunt, & quā-
uis ab initio Leo. X. & poſtea Clemēs. VII. ei infeſti
eſſent, Frācisciq; primi Gallię Regis fautores, adeô
vt Clemēs ditionē, quā in Italia obtinebat ab eo eripe
re tētaret cū venetis, & Gallo Rege fœdus iniens, vt
Onufrius Pāuinꝰ Pontificē auaritię inſimulās in Cle
mēte. VII. ſcribit, nihilominus tamen cū opus fuit, &
Italici â Turcis vexabātur, quos ad Galliā cum ingēti
claſſe aliquādo gemētibus pijs adduxerat Frāciscus. 1.
Gallꝰ, tunc Carolus. V. prę ſto erat opitulari, & pro ſa
lute religionis, ſedis apoſtolicę cōſeruatione, & libe-
ratione Italię pugnare Barbarusā ê Lesbo Inſula py-
ratā cū fratre Orucio prę fectum claſsi Solimani popu
lātē oras Italię, inſulaſq; omnes maris Mediterranei
ſępe vicit ac profligauit, Viēnę Turcā memorabili, am
bigua, & atroci, ſed fœlici tandē, & victrice pugna ſu
perauit, eumq; ſępe ab oris Italiæ expulit, Tunetūq;
redegit in poteſtatē, imperūq; ſępe cohibuit Turcarū,
æſtuās deſiderio ardēti Iheroſolymam recuperare, ꝙ
Deo volēte perficeret, ſi nō impediretur ciuili bello
fortiſsimi regis Frācisci Galli, & inteſtino hæretico-
rū Germanorū, & domeſtico Hiſpano Lāzgrauē, Sa-
xoneſq; â fide diſcedentes edomuit, Paulo. III. Ponti
fici aduerſus Peruſinos ab eo deficiētes opē tulit, qua
cæteri expectātes euentū rei continuerūt, in belloq;
Parmenſi Iuliū. III. Pontificē pecunijs iuuit, & exer
citū miſit opē ferens aduerſus ducē Octauiū, cui faue
bat Henrricus. II. Rex Frāciæ, & in quē inuehit Rex
ex Cromerio de geſtis Henrrici ſecundi fol. 61. adeò-
quê obſeruantiſsimus ſedis apoſtolicæ, & Pontificū
fuit, vt memor fœderis, ꝙ pepigit cū Clemēte. VII. o-
lim acerrimo hoſte, & vt fidem datā, licet iam pridem
ex viuis exceſiſſet, inuiolatā ſeruaret Alexandrū Me
dicem



dicē ducē Mediolani conſtituit repudiatis patritiorū
præcibꝰ, qui ei quotanis grandē auri ſūmā offerrent,
ſi priſtinā ciuitati libertatē reſtitueret, adeòq; obſer-
uauit Pōtifices, vt anno 1558. fol. 509. Suriꝰ in cōmen
tarijs notauit, ꝙ amās, & colēs ſoliū Pōtificale, & bel
lo, & pecunijs efferos animos militū qui Pōtificem ob
14 ſidebāt vicerit, & placauerit, & tandē Carolus. V. qui
*Laudes Caroli. V.*
Solimanū tantarum viriū faſtu ſolo prope caſtrorum
fremitu aliquotiēs profligarat, qui Ariadenū Barba-
ruſam acie deuictū, ac Tunerano regno exutū Africa
depulerat, qui Imperiū ſuperiorū Imperatorū igna-
uia labefactatū, ac penè deperditū reſtituerat, qui cō
iurantē populū ducibus victis, & captis ſuperauit, qui
Regē Franciſcū Gallū, & eo inſcio Clementē Ponti-
ficē in poteſtate habuit, qui cōcilio Tridētino cōgre
gādo auxiliū prę ſtitit, qui in orbe nouuo multa præ-
clara in Dei, & Eccleſię decus per ſuos geſſerat octo-
decim prouincijs ad fidē redactis cū Regibꝰ ędificatis
vrbibꝰ tēplis, cœnobijs, qui omnes Imperatores Occi
dētales, & Oriētales vicit, & cū Cōſtātino, & Carolo
Gallo magnorū cognomē inditū eſſet ei maximi impe
ratoris in ſuperiori gradu titulus â Paulo, 3. ſit tribu-
tꝰ, parēs regnorū, defenſor, & protector Eccleſię reli
gione tactus quā ſanctiſsimè ſemper coluit, hęreticos
odio proſequēs, & domās tędio rerū humanarū affec-
tus propter cœleſtiū ęternarū deſideriū primus poſt
cōditū Germanū Imperiū, & trāslatū maieſtate Impe
rij fratri Ferdinādo abdicata reliquis regnis, atq; di-
tionibꝰ vnico filio Philippo tradit verbis ſanctitate,
& prudētia plenis, quę deſcribit Cromeriꝰ in Hērrico
3. lib. 4. ad vitā religioſā in cœnobio ſācti Iuſti pro-
pe Plaſentiā Hiſpanię vrbē ordinis B. Iheronymi, ſe
cōtulit, & in ſacrā ſolitudinem ſeceſsit, vbi vita fun-
ctus cœleſtem gloriā adeptus eſt, vt religioſus frater
Frāciſcanus Nicolaus Fator Valētinus affirmauit ſibi
reuelatū fuiſſe, vt in vita eius, qui vt ſanctus venera-
tur, legi poteſt, neq; reticendū erit, ꝙ Petrus Grego-
rius li. 6. d Repub. c. 3. n. 8. ſcribit in hęc verba. *Fertur de*
*prudētiſſimo Carolo. V. Imperatore in oratione funebri eiꝰ Sueui*
*ca cū āno. 5. āte mortis periodū inter maxima regni ſua negotia*
*ſarchophagū ſibi adſtrui curaſſe cū omni ſupellectili, quæ eo mor*
*tuo ad ſepeliēdū neceſſaria eſſet, idq; clāculū ne ad hominū oſtē-*
*tationē, aut ſimulatā religionē factū videretur, quē apparatū ha*
*buit apud ſe quinque annis vbicumq; locorum eſſet ſecretiſſimè*
*etiam dū Mediolanū contra Gallos proficiſceretur, arbitrabātur*

*autẽ quidã homines etiã quibus rerũ magnarum dem ãdata erat cura theſaurũ aliquẽ illic detineri, aut cõſeruari, alij non nihil librorũ, quibus hiſtoriæ veteres continerentur, alij aliud quippiã magni, Cæſar verò ſibi cõſcius in quem vſum ſecũ deferret ſubri dẽdo in rei cuiuſdã ſibi omnium chariſsimæ vſũ id ſecũ deferri dicebat.* Ita autẽ religioſiſsimus fuit, ꝙ priuſquam libellum pacis, & fœderis cum Germanis, & proteſtãtibus perficeret Romano Pontifici miſsit Romã, vt ipſe animũ ſuum declararet, & cum quidã proteſtantes peterent ſibi facultatẽ dari prædicandi eis animo verê heroico, pureq; & Germanê Christiano reſpondit, non eſt meũ de puritate verbi cognoſcere, mun' hoc Epiſcoporum eſt quorum iuditio etiã ego ipſe lubens me ſubmitto, quorumq; iuriſdictionẽ in omnibus ſaluuã eſſe volo, vt Laurentius Surius in cõmentarijs anno 1548. fol. 437. & 439. recitat. Res autem geſtas Caroli. V. plures ſcribunt, ſed nemo pro dignitate materię vidẽdi tamẽ ſunt Paulus Iouius, Petrus Meſsia, & Alphõſus Vlloa, & alij *l* multi qui eius hiſtoriã ſcribũt.

*l Guiccardin⁹ li. 12 hiſtoria ſui tẽporis Marcus Guazzus in hiſtoria ſui tẽporis, et Natalis comes in hiſtoria ab anno. 1545. Mambrinus Roſſe⁹ in ſuplem. ad Tarcagnotam, Barlandus li. 3. hiſtoriæ ab anno 1517. Onufri. Panuin⁹ in Leo ... Adriano. VI. Clemẽte. VII. & ... & Iulio ... ab ãno 1517 Til ... in chronico ab eodẽ ãno. 1517. Laurentius Surius in cõmentarijs ab anno 1500. in ãnũ. 1574.*

Philippi II. vnici Caroli. V. Imperatoris filij obſequia pleno theatro ſpectata ſunt in orbe terrarum, cũ in eo vno, vt teſtes occulatiſsimi ſunt omnes, vt in anchora firmiſsima nauis Eccleſiæ Catholicæ firmaretur, quamuis enim initio Paulus. IIII. turbans pacem Italiæ, renouanſquê bella iam diu ſopita inter Galliæ Regem Henrricum. II. & Philippum ſecundũ aliquando Rempublicam turbauerit, & in cauſa fuerit, vt Philippus. II. anno. 1557. ibidem præſens ſanctũ Quintinum â Gallis armorum iure cœperit, vt pręter auctores Gallos, & Hiſpanos aduertit Surius in commentarijs anno. 1557. cumquê Pontifex ſpoliare Philippum regno Neapolitano contenderet, deſperatus omnino ſpe, conatuque ſuo deceptus in gratiam redijt, expertus ipſius Philippi religionem comitatem, & obſeruantiam erga ſedem apoſtolicam, cum omnia oppida ſalua reddiderit, Romã capere impedierit ſemper & vbiq; pacem poſtulauerit, ſe ſubiecerit obedientiæ matris Eccleſię, profitereturq; ſe inuictum, et reluctantem pro defenſione patrimonij, & ſalute regni obuenientis iure hæreditario arma ſuſcipere, vt id Onufrius Panuinus, et alij *K* recitãt, et modeſtia, prudentia, religio commendantur valde Philippi ſecundi, dum â capienda Roma abſtinere vetuit, et dum infenſum hoſtem Pontificem haberet ipſe eum vt patrem Eccleſiæ venerans, nê vexaretur quantum fieri poſ-

*K Onufri. Pãuin. in Paulo. IIII. Alexander Andrea de bello Neapolitano. Tho*





ri poſſet iubet. Poſtea verò Pij quarti, & Pij quinti, & Gregorij decimi tertij, Sixti Quinti Clementiſquê octaui hodierni ſanctiſsimi Pontificis temporibus quantum pro Eccleſiæ ſalute, incolumitate, & dignitate laborauerit teſtis illa eſt Lepãtica victoria die ſeptimo Octobris anno 1571. in qua duce fratre eius Ioãne Auſtriaco innumera cohors Selini Turcarum Imperatoris nauali pugna cecidit teſteſq, ſunt tot victoriæ aduerſus Turcas, & Melita inſula in conflictu poſita ab eo defenſa anno. 1565. teſtes tot pugnæ in hæreticos Anglos negantes Eccleſiæ obedientiam cum diſcrimine opum, exercitus, & claſſium habitæ, cumquê Eccleſia â Gallis Lutheranis, â Germanis hæreticis, ab Anglis contumacibus, â Turcis immaniſsimis hoſtibus, â Græcis perfidis â turba hæreticorum vexetur, & vndiq; ſepta hoſtibus prematur, in hac vna columna orbem ſuſtinẽre religionis ſuſtinetur tutela, ita vt cũ tot ſint hæretici, Iudei, Mahumetani, Pagani aduerſus omnes hoſtes Eccleſię vnus pugnauerit, iſq; vnus pro mille, & innumeris ſufficiat impetũ omnium cohibens, & eius maieſtas, integritas admiratio orbi erat, in eo portus catholicorũ confidebat, infideliũ gladius extitit Pontificũ ara, & Aſylũ, Cardinales aluit, vniuerſos potẽtatus Italię in protectione ſuſcepit, hæreſes ex Anglia adductas mira celeritate in Hiſpania cõpeſcuit, & cũ officiũ Principis exerceret, vt decet, pri⁹ ipſe diuinũ numẽ coluit iuxta leges Eccleſię deinde, vt alij colerẽt, effecit, Tridẽtini cõcilij decreta ſuſcepit, & ſeruari in regnis curauit, vt religioſus, & exact⁹ executor eorũ ab Eccleſia cõſtitutus in nulla re defecit, in nouuo orbe plura & vetera, & nouua regna ad fidẽ redegit curando vt id hortationibus, & concionibus nõ violẽtia fieret vt obſeruat Anaſtaſi⁹ Germoniu' de ſacrorũ immunitatib⁹ li. 3. c. 13. nu. 31. cumq; omni virtutũ cumulo abundaret, vt cætere ſileantur, quas poſteritas nõ cõtiſceſcere poterit, floruerũt in eo pręcipuê primũ pręcipua virt⁹ religio, deinde in Rege regina virtutum iuſti-
44 tia, quã laudant in eo Carolo. V. & Ioãne. III. Luſitanorũ Rege Nauarrus in extrauagã. de datis, & promiſſis notab. 12 nu. 27. cum illi nec epiſtolas iudicibus vt iuſtitiã alicuius attentè conſiderarẽt vnquã miſſerũt, neque nuntium, vt ex eo flecteretur eorum animus, hęcq; illuſtria ſydera in illo virtutũ choro nõ fuit aliquis â natis regib⁹, qui magis ſibi vẽdicauerit, ſedatũ

*nias Frẽgius et Cormerius in Henrrico II. Mambrinus Roſſeus in ſuplemẽto ad Tarcagnotam. Natalis Comes lib. 10. & 11. ab anno 1545. Naugerius in chronico.*

*Laudes Philippi II. Regis.*

regimẽ,& quietũ vt gubernator in magna naui habuit
qui flectit,& regit omnia paruo motu,& vt ſũmus ille
cœli,& mũdi rector Deꝰ,qui ei hoc munus largitꝰ eſt,
machinam hãc quatit, & mouet ipſe in concuſſus talis
ille regnandi ſecurus, qui tandem die. 13. Septembris
prima luce anno. 1598. naturæ conceſsit animam Deo
reddens cum diebus aliquot antea Sarchophagũ,quo
includendus erat, in ſepulchro ferri iuſſiſſet, vt præ
oculis haberet, patienterq; ſummo cum exemplo fe-
rens ægritudinem, quæ longa,ac grauis erat, dum in-
tentus eſſet lectioni paſsionis Domini â diuuo Ioan-
ne ſcriptæ,cui deditus erat ſepultus eſt in loco, quo
obijt, & cœnobio Regio dicto Eſcorial ordinis di-
uui Iheronymi dicato ſancto Laurentio, vbi Mauſo-
leum miraculum orbis inſpicitur ab eo conditum,vbi
manet, & in æterna luce illa deſpector,aut irriſor eo
rum, quæ nũc miramur,eius hiſtoriam deſcribit Her-
rera,& obitum Ceruera peculiari tractatu.

Patri Philippo ſecundo Philipus tertius ſucceſsit 45
eius indolis Rex vt ab orbe condito nõ fuerit, qui ma
ior in re, aut ſpe extiterit, is enim magno Philippo
magnus Alexãder futurus ſpecimẽ conſpicuum præ-
bet; vt omnes Aſiatici Darij Eccleſiæ hoſtes ſe con-
trahent, & ad motum eius timebunt, qui nunc timen
tur,prima enim fundamẽta iecit ſtatim vt regnũ ade-
ptus eſt circa venerationem ſedis apoſtolicæ, illico
enim certiorem Clementem octauũ ſanctiſsimum Põ
tificem fecit de obitu patris, & ſucceſsione regni ſibi
delata,totumquê ſe Eccleſiæ obtulit, benedictionem
apoſtolicam,vt fauſtum,& fortunatum eſſet imperiũ
poſtulauit,vt exemplum refert Ceruera capellanus
Regius in libro de obitu Regis Philippi ſecundi diſ-
curſo.3.c.14,ſimulq; Iobilei indulgentias, vt omnes
fideles â Deo præcibus impetrarent eius ſpiritum im
mitteret,vt rectê,& iuſtê moderaretur, Margaritam
vxorem manu ampliſsima,& benedictione Pontificis
duxit miniſtro exiſtente inter ſummos Reges ſummo
Paſtore, claſſem aduerſus Sarracenos direxit, opem
contra hæreticos Anglos Hibernis contulit, Argel
lum expugnare ad Sarracenos expellendos curat cap
tiuos redimendos, itaquê omnia maxima magno il-
li præſagiunt,ſimulacrum enim cœleſtium auui, & pa
tris animorum refert decerpta ab illis aura,cuius ſpei
& virtutis iam orbi declaratæ, & dexteritatis in gu-
bernando, religionis, pietatis dotes ſi narrare vellẽ,
ingens

*De Philipo tertio.*



ingens ſe hic aperiret curriculum orationis, ſed con-
trahi facit admirabilis modeſtia, quæ veras laudes
iudicat dignum eſſe illis, factisq; proprijs,
potius quam orationibus alienis ſe
compiſcuum,& imperio dig-
num,præbere.

*

# CAPVT VIGESIMVM primum de tertio genere obſe- quiorum in conſtructione,& dotatione Eccleſiarum.

AD Tertium genus officiorum
circa Eccleſias dotandas,& con-
ſtruendas,vt deueniamus, quam
grata ſint Deo obſequia aras ip
ſi,eiuſq; genitrici Mariæ, ac di
uuis ab eo ſelectis dicare, regijs
prouentibus ditare templorum
ſacerdotes colere,quorũ pręcibꝰ
potiſsimê nititur reipublicę ſalꝰ
teſtantur teſtimonia a ſacræ ſcripturæ, & iuris ca-
nonici decreta, Æthnicumq; Seleucum commendat
Pauſanias lib. 1. hac laude,& encomio, quod delubra
dijs ædificauerit, indicatquê quam acceptum ſit Deo
munus templum Salomonis ab Eſdra renouatũ, â Ma
chabeo Iuda purgatum, & paſsim legitur in ſacra pa
gina,Deuſq; ipſe in honorem templorum ſe templũ
eſſe profitetur Ioannis.c.6. *Soluite templum hoc, & in tri
bus diebus ſuſcitabo illud,* & omnes fideles Dei templum
vocat Paulus. 1. ad Corinthios.c.3. *Neſcitis quia tem-
plum Dei eſtis,* & capit,6. Qua gloria Carolus magnus
apud Francos floret,quod Aquiſgrani Baſilicam exi
miæ pulcritudinis conſtruxerit,columnas,& marmo-
ra â Roma,& Rauena ad eius ſtructuram euehi faciẽs
vt Sigibertus in chronico anno. 795. & alij de eo te-
ſtantur, nouemquê cathedrales, duas Metropolita-
nas ſedes erexit,vt Krantzius lib.primo Saxoniæ.ca.
5. & .6.& 10.& lib. 2.cap.14. narrat, & ex eo, & alijs
Genebrardus lib.quarto anno. 817. obituſquê tempo
re diuitias,& opes diſtribuit,vt vna pars familiaribus
duæ Eccleſijs tribuerentur Metropolitanis, quas vnã
Hh 4 &

*Tertium genus obſequiorũ circa Eccleſias dotandas, & conſtruendas.*

1
*Meritũ ædificandi templa.*

2
*Templa â Carolo magno condita, & diſtributiones opum,*

*a lib.4.Reg.ca.12. paralip.c. 24. c.fin. diſt. 96.c.filijs 16. q.7.c. 1.ne ſede vacante S. Thomas de regimine Principis li.2.c.16. Caſſaneus in cathalogo.5.part. conſiderat.17.*

regimē, & quietū vt gubernator in magna naui habuit qui flectit, & regit omnia paruo motu, & vt ſūmus ille cœli, & mūdi rector Deꝰ, qui ei hoc munus largitꝰ eſt, machinam hāc quatit, & mouet ipſe in concuſſus talis ille regnandi ſecurus, qui tandem die. 13. Septembris prima luce anno. 1598. naturæ conceſsit animam Deo reddens cum diebus aliquot antea Sarchophagū, quo includendus erat, in ſepulchro ferri iuſiſſet, vt præ oculis haberet, patienterq; ſummo cum exemplo ferens ægritudinem, quæ longa, ac grauis erat, dum intentus eſſet lectioni paſsionis Domini â diuuo Ioanne ſcriptæ, cui deditus erat ſepultus eſt in loco, quo obijt, & cœnobio Regio dicto Eſcorial ordinis diuui Iheronymi dicato ſancto Laurentio, vbi Mauſoleum miraculum orbis inſpicitur ab eo conditum, vbi manet, & in æterna luce illa deſpector, aut irriſor eorum, quæ nūc miramur, eius hiſtoriam deſcribit Herrera, & obitum Ceruera peculiari tractatu.

Patri Philippo ſecundo Philipus tertius ſucceſsit 45 *De Philipo tertio.*
eius indolis Rex vt ab orbe condito nō fuerit, qui maior in re, aut ſpe extiterit, is enim magno Philippo magnus Alexāder futurus ſpecimē conſpicuum prębet; vt omnes Aſiatici Darij Eccleſiæ hoſtes ſe contrahent, & ad motum eius timebunt, qui nunc timentur, prima enim fundamēta iecit ſtatim vt regnū adeptus eſt circa venerationem ſedis apoſtolicæ, illico enim certiorem Clementem octauū ſanctiſsimum Pōtificem fecit de obitu patris, & ſucceſsione regni ſibi delata, totumquê ſe Eccleſiæ obtulit, benedictionem apoſtolicam, vt fauſtum, & fortunatum eſſet imperiū poſtulauit, vt exemplum refert Ceruera capellanus Regius in libro de obitu Regis Philippi ſecundi diſcurſo. 3. c. 14, ſimulq; Iobilei indulgentias, vt omnes fideles â Deo præcibus impetrarent eius ſpiritum immitteret, vt rectê, & iuſtê moderaretur, Margaritam vxorem manu ampliſsima, & benedictione Pontificis duxit miniſtro exiſtente inter ſummos Reges ſummo Paſtore, claſſem aduerſus Sarracenos direxit, opem contra hæreticos Anglos Hibernis contulit, Argellum expugnare ad Sarracenos expellendos curat captiuos redimendos, itaquê omnia maxima magno illi præſagiunt, ſimulacrum enim cœleſtium auui, & patris animorum refert decerpta ab illis aura, cuius ſpei & virtutis iam orbi declaratæ, & dexteritatis in gubernando, religionis, pietatis dotes ſi narrare vellē,
ingens



ingens ſe hic aperiret curriculum orationis, ſed contrahi facit admirabilis modeſtia, quæ veras laudes iudicat dignum eſſe illis, factiſq; proprijs, potius quam orationibus alienis ſe compiſcuum, & imperio dignum, præbere.

*

# CAPVT VIGESIMVM primum de tertio genere obſequiorum in conſtructione, & dotatione Eccleſiarum.

*Tertium genus obſequiorū circa Eccleſias dotandas, & conſtruendas.*

AD Tertium genus officiorum circa Eccleſias dotandas, & conſtruendas, vt deueniamus, quam grata ſint Deo obſequia aras ipſi, eiuſq; genitrici Mariæ, ac diuuis ab eo ſelectis dicare, regijs prouentibus ditare templorum ſacerdotes colere, quorū pręcibꝰ potiſsimê nititur reipublicę ſalꝰ teſtantur teſtimonia a ſacræ ſcripturæ, & iuris canonici decreta, Æthnicumq; Seleucum commendat Pauſanias lib. 1. hac laude, & encomio, quod delubra dijs ædificauerit, indicatquè quam acceptum ſit Deo munus templum Salomonis ab Eſdra renouatū, â Machabeo Iuda purgatum, & paſsim legitur in ſacra pagina, Deuſq; ipſe in honorem templorum ſe templū eſſe profitetur Ioannis. c. 6. *Soluite templum hoc, & in tribus diebus ſuſcitabo illud*, & omnes fideles Dei templum vocat Paulus. 1. ad Corinthios. c. 3. *Neſcitis quia templum Dei eſtis*, & capit. 6. Qua gloria Carolus magnus apud Francos floret, quod Aquiſgrani Baſilicam eximiæ pulcritudinis conſtruxerit, columnas, & marmora â Roma, & Rauena ad eius ſtructuram euehi faciēs vt Sigibertus in chronico anno. 795. & alij de eo teſtantur, nouemquê cathedrales, duas Metropolitanas ſedes erexit, vt Krantzius lib. primo Saxoniæ. ca. 5. & . 6. & 10. & lib. 2. cap. 14. narrat, & ex eo, & alijs Genebrardus lib. quarto anno. 817. obituſquè tempore diuitias, & opes diſtribuit, vt vna pars familiaribus duæ Eccleſijs tribuerentur Metropolitanis, quas vnā

1 *Meritū ædificandi templa.*

*a lib. 4. Reg. ca. 12. paralip. c. 24. c. fin. diſt. 96. c. filijs 16. q. 7. c. 1. ne ſede vacante S. Thomas de regimine Principis li. 2. c. 16. Caſſaneus in cathalogo. 5. part. conſiderat. 17.*

2 *Templa â Carolo magno condita, & diſtributiones opum,*

 &

& viginti habebat in Imperio ex Anonio lib. 5. hiſto riæ Francorum cap. 10. & *b* alijs. 3

*3 Dagobertus Rex Francorum Eccleſiarum inſtaurator.*

*b Guaguinus lib. 4. in Carolo magno, Sigibertus in chronico anno 810. Genebrardus eodem anno*

Ante Carolum magnum, qui ex Regibus Francię Eccleſias dotauerit ex fiſco Regio Dagobertum fuiſſe ſanctus Antoninus tit. 13. cap. 6. §. 8. in 2. par. hiſtoriæ teſtis eſt, præcipuêque baſilicam ſancti Dioniſij antiquam auro, & gemmis ornauit, ſolido argento texit, & oppidis ditauit, pluraq; cœnobia conſtruxit, vt 4
ſunt auctores Gregorius Turonenſis, *c* & alij, is tamen Rex prius infeſtus fuerat Eccleſijs in adoleſcentia, diripuitq; bona earum præcipuê ſancti Hilarij Pictauieſis, vt Forcatulus *d* narrat. Senior autẽ alter Dagobertus monaſteria conſtruxit ea ocaſsione, vt fertur, quod cum ære fuſili valuas Eccleſiæ fabrefactas in baſilica diuui Hilarij ad exornandum tẽplum diuui Dionyſij extraheret, aliaq; ſacra, & profana legeret, ſine delectu raptus fuit ante thronum diuinæ maieſtatis, accuſatuſquê eſt â patronis Eccleſiarum, quarum bona erant rapta, & deſtructa, quod cum nõ fuiſſet auſus negare â diuuo Dionyſio patrono defenſus obtinuit pœnitendi tempus, & ob id vouit, & fundauit monaſteriũ in loco dicto Vinſembourg cum adiacentibus ſyluis ex Trithemio, *e* & alijs Aliter vero narrat Sigibertus in chronico anno 615. quod eum iam mortuũ eripuit â pœnis inferni beatus Dionyſius cuius feſtũ celebratur die, quo eius miraculũ hoc loco refertur: ſed quamuis ſanctus Antoninus palmam 5
primi Eccleſiarum fundatoris tribuat Dagoberto, tamen id potuit intelligere dotando ex fiſco Regio, nã ante eum Childibertus duo cœnobia erexit, & dotauit, vt auctor eſt Papyrius Maſſonius lib. 1. annalium, & Childibertum, & Clotarium Sueſione fundaſſe ędes ſacras ſancti Medardi, quæ ſunt caput monaſteriorũ Galliæ, idem Maſſonius in Chidiberto Rege, & Clotario II. lib. 1 annalium refert, aliaquê templa, & cœnobia â Regibus Galliæ ſunt condita, quæ omnes nationes ſuperare Caſſaneus 12. part. conſ. 17. in cathalogo gloriæ mundi affirmat: ſed quantum in templis erigendis, vt Deo victori exercituum accepta referãt Reges Hiſpaniæ excellant notiſsimum eſt, cum ſemper parem rationem pietatis, & armorum habeãt, ita vt nec alius quiſquam. 6

*4 Dagobertus primo ſpoliauit Eccleſias quã dotaret eas.*

*Hiſtoria Dagoberti alterius de ſpoliatione Eccleſiarum.*

*c lib. 11. de Regib⁹ Frãcorum. c. 79. Genebrardus in chronico lib. 3. anno 640. Reginon lib. 1 anno 612. Nauclerus 2. volumine.*

*d lib. 5 de Imperio, & philoſophia Gallorum fo. 351. Anonius li. 4. c. 20. et 30*

*e lib. 1. annaliũ Frãcorum, & in breuiario eius libri in fine Petrus Gregor. de Repub. lib. 13. c. 17. nu. 18. & lib. 33 c. 16. nu. 18. in ſymtagmate iuris, Guillelmus Benedictus verbo & vxorẽ nu. 14. dec. 2. in. c. Rainuntius.*

*5 Childibert⁹ Rex fundator monaſterij ante Dagobertum et Clotarius.*

*6 Hiſpani excellũt in erigendis, et dotandis tẽplis*

*Nec pietate fuit, nec bello maior, & armis.*

Quantumq; in dotandis cœnobijs pauperum, valetudinarijs xenodochijs, & ſacris ædibus præ alijs nati-



onibus præſtent, de illis poteſt illud Virgilij eclogа. 1. proferri.

*Verum hæc tantum alias inter caput extulit vrbes,*
*Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſsi.*

7 Alij enim reges vnã, vel aliam extruxiſſe baſilicam leguntur, Hiſpani vero integrum regnum Deo dicarunt, vt Alphonſus, qui hæredem inſtituit in omnibus regnis ſanctum Domini noſtri Iheſu Chriſti ſepulchrum, vt auctor eſt Zurita lib. 1. annalium Aragoniæ cap. 49. Petrus etiam II. Rex Aragoniæ cognomento catholicus, vt capite ſuperiori animaduerſum extat, omnia regna ſedi apoſtolicę obtulit, eoquê en
8 comio extollitur Martinus Rex Aragoniæ reditibus Regijs cœnobia ditans, vt eum extollit Pontifex Bonifacius VIII. in cap. abbate de reiudicata lib. 6. Velluga in ſpeculo principum titulo de ſamottization, Renatus Chopinus lib. 2. de domanio Franciæ titul. pen. num. 16. Vt autem ad priuatas Eccleſias, & tem-
9 pla deueniamus, illa baſilica nunquam pro dignitate ſatis laudata Eccleſia Toletana, quæ ſecundum locũ obtinet poſt Romanam ſedem caput, & magiſtra reliquarum ex decreto Gundemari edito in cõcilijs Garſiæ Loayſæ, quamuis ita priſca ſit origine vt â beato Eugenio diſcipulo beati Petri ſit inſtituta, tamẽ poſt quam amplificata fuit â Gothis, & celebris concilijs
10 in ea habitis floruerit, cum Hiſpania â Mahumetanis deuaſtata extitit, poſeſsiones amiſit, & ab Alphonſo ſexto qui eam ab illis eripuit, ita magnificè, & ſplendidê dotata eſt oppidorum numero, & poſeſsionum, vt reditus trecentorum mille ducatorum ſingulis annis Archiepiſcopus percipiat ratione dignitatis præter ærarium ſacrum, & fabricæ, & prębendarum in
11 numeras opes, partemq; dotationis, & arrarum ſponſalitiarum, quas obtulit Alphonſus. VI. referunt Rodericus Toletanus, *f* & alij ſcriptores, cum qua certat opulentia, apparatu, & magnitudine Hiſpalenſis
12 Eccleſia ampliſsimis facultatibus dotata â Ferdinãdo. III. cognomento ſancto ex hiſtoria eius cap. 74. & generali. 4. part. c. vlt. eodemq; loco conſtituẽdę ſunt omnes baſilicæ Metropolitanæ, & cathedrales totius Hiſpaniæ, & Indiarũ, pluresq; in Siciliæ, & Neapolitano regnis, Inſulis Maioricæ, Corſice, Minoricę ita vt ſint innumeræ, & adeó pingues reditibus, vt ſuperent vehementer opulentia, & diuitijs omnes Epiſcopatus Galliç, & Italiæ, qui tenues ſunt ex Nauarro monito

*7 Alphõſus Aragoniæ rex ſepulchrum ſanctũ inſtituit hæredẽ omni regno.*

*8 Petr⁹. II. rex Aragoniæ obtulit regnũ ſedi apoſtolicæ.*

*9 Martin⁹ rex Aragoniæ dotator monaſteriorum*

*10 Diuitiæ Eccleſiæ Toleranæ ab Alphõſo. VI. Rege Hiſpaniæ cõceſſæ.*

*11 Hiſpalenſis â Ferdinando. III.*

*12 Metropolitanæ, et cathedrales Eccleſiæ.*

*f lib. 2. hiſtoriæ. c. 24. & 25. Generalis hiſtoria Alphonſi Regis. 4 parte. c. 3 § cortes de Toledo. Venero in enchiridio fol. 57. Mariana de rebus Hiſpaniæ lib. 9. c. 18. & 19.*

monito.49.quæſt.1.num.6.verſ.5.præfata, & aliquas Eccleſias numerant Vaſeus in chronico.c.20. & *g* alij, & non ſolum præcipuas, & cathedrales Eccleſias matrices, ſed & Abbatiales plures quæ ditiſsimæ, & redditibus opulentiſsimæ ſunt patronatus Regij, vt ex dictis auctoribus colligere licet, cœnobia vero, & monaſteria tam virorum, quam fœminarum adeo ſunt numero, & diuitijs copioſſa, & afluentia, vt explicari non poſsint, & ita abũdant facultatibus, vt ex eorum proedijs, & oppidis multi proceres, & titulares heroes in regnis hiſce titulo fœudi, & emphiteuſis alãtur, præcipuaquê rerum copia ſunt diuuorum Benedicti, & Iheronymi monaſteria, quæ ferê omnia ſunt â Regibus fundata præter plura alia ordinum ſanctorum Dominici, Franciſci, Præmoſtatenſium ordinis ſacratiſsimæ Mariæ â mercede nuncupatæ, ſanctiſsimæ Trinitatis, ſancti Franciſci â Paula, cum ſint pluſquã trecenta cœnobia Regia, & inferiores aliæ ędes ſacrę numerari non poſſunt; Granatenſi enim, & Malacitano, & Indiarum regnis omnia tẽpla dote dicata ſunt, & ædificijs conſtructa ſumptu Regio, xenodochia autem, & hoſpitalia ampliſsima, & magnifica plura ſunt aliæq; piæ memoriæ præſertim omnia diuui Lazari xenodochiaquæ ex lege *h* regia patrimonij regij ſũt in qua laude florent Recharedus Rex, qui extollitur â beato Iſidoro de Gothis, & Abbate Valclarenſi, quem recitat Morales lib.12.c.2. quod plures Eccleſias conſtruxit, dotauit, & refecit omnia reddens, quę maiores abſtulerant, eodemquê encomio extolluntur Siſebutus, & Chindaſuindus, pluresquê alij ex Regibus Gothorum, vt Ioannes magnus lib. 16. hiſtoriæ eorũ, & Morales li.12.c.14.& 36.& alij *i* narrant, & poſtquam Hiſpania â Sarracenis occupata cœpit iure poſthliminij ad priſtinum ſtatum reſtitui Catholicus Rex Alphonſus adeô abundans in fundandis, ditandis, reficiendis Eccleſijs, & cœnobijs extitit, vt ideo cognomen catholici ſibi, & poſteris adcquiſierit, vt affirmat Venero in enchiridio temporum fo.111. Morales lib.13.c.4. Regemquê Iacobum Aragoniæ plus quam duo millia templa fundaſſe in eo aſſerunt Beuter, & Miedes. Alphonſus autem. VI. Caſtellæ Rex ſtatim vt oppida (quæ innumera fuerunt) â Mauris eripiebat primum iacebat fundamenta Eccleſias condendo, quod ex alijs Madera. c.6. monarchiæ Hiſpaniæ refert, & cœnobium ſancti Facundi ab Alphonſo

*g Medina de las grãdezas de Eſpaña. Morales in 3. par. hiſtoriæ.*

*h leg.4.tit.6.lib.1. recopilat.*

*i Varonius 8. tomo annalium anno 649 fol.417.*

13 *Abbatiales, & Collegiatæ Eccleſiæ.*

14 *Cœnobia Regia, & ædes ſacræ priuatæ, xenodochia, & hoſpitalia.*

15 *Recharedus Rex Eccleſiarum fundator Siſebut⁹, & Chindaſuindus.*

16 *Alphonſus Rex Catholicus.*

17 *Rex Iacobus Aragoniæ.*

18 *Alphonſus ſext⁹, & Alphonſus magnus, & Alphonſus. IX.*



ſo magno conditum ita ditauit in honorem diuui Benedicti, & ſanctorum martyrum Facundi, & Primitiui, vt triginta millia ducatorum ſingulis annis in reditibus habeat: eodemquê pacto Alphonſus IX. ex Roderico lib.7.c.33.& 34. monaſterium Virginum Diuuæ Mariæ dicatum, & de las Huelgas nuncupatũ erexit, quod viginti ſex monaſteria ſubdita, cõtinet, & plures Eccleſias, & cœnobia â Regibus fundata referunt Bozzius de ſignis Eccleſiæ lib.20. ſigno. 87. c. 60. Cerueta de obitu Regis Philippi. II. diſcurſo. 2. c. 15. ex ſodalitijs vero monachorum capita ſunt in

19 *Capita ordinum in Hiſpania.*

Hiſpania ordo beatæ Mariæ â mercede â Rege Iacobo inſtitut⁹ eſt in Hiſpania ex Genebrardo, *K* & alijs cui⁹ ordinis extant ampliſsimis facultatib⁹ dotata cœnobia plura, magnificentiſsimaquê operis pulchritudine. Item & ordo diuui Iheronymi in Hiſpania viget, & in ea erigitur confirmatus â Martino quinto Pontifice, & inſtauratus â Fratre Lupo â Seuilla, cuius monaſteria Regia opibus opulentiſsima, ædificijs clariſsma, & religione inſignia plura Hiſpaniam nobilitant â Regibus erecta ex Venero in enchiridio temporum fol.99. ſed præcipuê non ſolum in regnis Hiſpaniarum; ſed in totius orbis ambitu vt miraculum eius Mauſoleum Auguſtum, & omnium artificum artem, & induſtriam ſuperans conſpicitur cœnobium ex ordine diuui Iheronymi ſancto Laurentio dicatum â maximo Philippo ſecundo conſtructũ, nuncupatum Eſcorial, opulentia enim, & copia facultatum ita abundat vt plus quam quadraginta milia ducatorum in reditib⁹ ſingulis annis habeat, ædificiũ ita ſplendidum, ac magnificum ex totius orbis remotiſsimis, & ſelectiſsimis lapidibus, & lignis conſtructum, vt non ſolum narrari, ſed nec mente concipi adeô mificum opus poteſt ordine diſpoſitum, ſtructura elaboratum, magnitudine ingens, religione excellẽs, vbi et blibiotheca copioſior, & ex ſelectioribus codicibus eſt quam vlla alia ſit cognita, & quia exitum habere non poteſt oratio ſatius eſt reticere, quam de re tam magna ieiune, & non pro dignitate loqui. Ordo autem tam virorum, quam Virginum beatæ Mariæ â Carmelo diſcalciatorũ in Hiſpania â venerabili, et admiranda Tereſa a Iheſus conditus eſt, & floret ſanctitate, & vitæ auctoritate ſumma cum omnium admiratione, qui omnes ordines capita, & generalem prælatum in Hiſpania habent, & diuuorum Frãciſci, Auguſtini,

20 *Ordo mercedis.*

21 *Ordo diuui Iheronymi.*

22 *Cœnobium â Philippo II. conditum in oppido Eſcoralienſi.*

23 *Ordo diſcalciatorũ beatæ Mariæ â Carmelo.*

24 *Recollectorũ origo in Hiſpania.*

*K li.4. in chronico anno 1245. & Venero echiridio fo 99 Zurita libr. 2. annalium cap.70.*

guſtini, Bernardi, & Benedicti ſodalitijs plura cœnobia ſtrictiora vitæ auſteritate, (quæ recollecta dicuntur) in Hiſpania initium ſumpſerunt, & diuorũ Benedicti, & Bernardi ordines quamuis in Hiſpania nõ originem acceperint, tamen non agnoſcũt ſuperiorẽ alium, quam Hiſpanum generalem auctoritate Pontificia, ordoque diui Dominici Italiæ originem habens à beato Hiſpano Dominico fundatur; et ab Ignatio Loiola Hiſpano anno 1540 inſignis; & clariſsimus ordo ſocietatis Iheſus instituitur breui tempore ita propagatus, vt non ſolum in Hiſpania, cuius conditor municeps, et incola eſſet, ſed in Italia, Germania, et Indiarum remotiſsimis regionibus, et omni orbe fulgẽt eruditiſsimi, et ſanctiſsimi viri, et plura, auguſtaquè cœnobia, eorumquê doctrina regna moderantur, et hæretici expugnantur, et ex duobus Hiſpanis beato Dominico, et Ignatio venerabili vt ex equo Troiano plures filij ſpirituales, qui orbẽ doctrina illuſtrant, procreati ſunt, et familiæ nobiliſsimæ vigent virorum; qui fidem catholicam ſuſtinent; integram. Ordines Militares tam militarium equitum, quam orantium clericorum crucibus ſignatorum ita ditiſsimi in Hiſpania florent inſtituti ibidem à Regibus, vt plures facultates quam Reges aliorum regnorum obtineant, nempè ordo diui Iacobi in regnis Caſtellæ, et Luſitaniæ, ordo Calatrauæ, et ordo Alcantaræ in regione Caſtellæ, et Luſitaniæ, ordo Monteſæ in regno Aragoniæ, ordo Chriſti in Luſitania, quorum ordinum Rex ipſe ob reditus ingentes, et magnitudinem oppidorum, et facultatum adminiſtrator eſt, et magiſter, cum ſint etiam Regiæ fundationes, vt ex chronica ordinum patent, et hiſtorijs, ſuntq; plures diui Iounis Iaheroſolymitani cõmendæ ditiores quam alijs regnis tam militum, quam clericorum, inſulaquê Melitenſis â Regibus Hiſpaniæ conceſſa eſt vbi ſedem habet caput religionis, itaquê cum Reges Hiſpaniæ adeò diligentes fuerint in religione, cultuquê diuino ampliando tot opes Eccleſijs contulerint; et alij proceres, et priuati ita eas ditarũt, vt tres ex omnibus poſeſsionibus partes regni obtineant Eccleſiæ, nec ſeculares vitam traducere poſſent, niſi fœuda, emphiteuſes, cenſus, et bona ab Eccleſijs obtinerent, neque proprio iure quiſque res familiares, et facultates vindicare poſſet, niſi vt depoſitum, et cũſtodiam Eccleſiarum tenerent. Nec etiam

curia

25 *Generales, & capita in Hiſpania ordinũ diuuorum Benedicti, & Bernardi.*

26 *Ordo diuui Dominici ab Hiſpano fundatus, et ordo ſocietatis Iheſus.*

27 *Ordines Militares, et militantes, & orantes.*

*l Caſſaneus. 9. part. cõſ. 4. cũ alijs in cathalogo gloriæ mũdi.*



curia Romana ſuſtineri poſſet, niſi reditus Hiſpania tribueret, & tot ſummos, & aceruos pecuniarũ ex ſpolijs Epiſcopatuũ quindeniorum anatarum expeditionibus bullarum, & diplomatum ſumptibus, qui iuſtè ſedi apoſtolicæ ad ſuſtinendam eius dignitatem, & familiares alendos perſoluantur; & adeò ſtudioſum ſedi apoſtolicę regnum Hiſpaniæ legitur, vt ei oblatũ â Regibus Gothis fuiſſet, ſoluerentq; in recognitionem cenſum annuũ Romanis Pontificibus donec inquus Vuitizza negauit, vt ex Gregorio. V I I. Pap. lib. 1. epiſt. 7. & li. 4. epiſt. vlt. vt legitur. 3. to. epiſt. Roman. Pontific. notat Varonius. 8. to. anno 701. fol. 642. Quæ commemoratio obſequiorũ, & rerum â Regibus Hiſpaniæ, & incolis geſtarum, quaſi quędam ex probatio beneficij videtur, cum enim non illotis manibus, nec ſicco, vt aiunt, pede Hiſpania non donatione liberali, & gratuita, non gratia, ſed ex remuneratione, & iuſtitia, quę ius ſuum cuique tribuere dictat, primã ſedem poſtulet, non æquũ eſt vt cum ea contendere, nec conferri alia regio poſsit, cum adeò excellat cęteris meritis officiorum, & obſequiorũ, quæ ſemper & vbiquê, omni loco, & tempore parata eſt ſummacũ obſeruantia, conſtantia, ac vigilãtia omnia obſequia, & officia erga Eccleſię defenſionem, & auctoritatem exhibere, ſicut omni loco, & tempore exhibuerunt, cum de illis iuſtê Bozzius Eugubinus Ital⁹ auctor de ſignis Eccleſiæ lib. 20. ſigno. 87. c. 6. referat, quod non poteſt vllis ſcriptis cõprehendi quãtum in religione amplianda laborauerint Reges Hiſpaniæ, nequê numerari poſſunt Eccleſiæ, ſacella, & cœnobia ab illis condita, præſertim quæ ſumma cum religione, & celebritate fundarunt Reges Catholici Ferdinandus, & Elyſabeth, quæ narrari vix poſſunt, & ideo ex eodem Bozzio lib. 20. ſigno 89. c. 8. & 87. in 3. to. Deus gratiam conceſsit, quod Reges Hiſpaniæ nec in proelijs, nec infœlici morte obierunt, & dici poteſt de illis, quod Deus prædixit Eſaiæ. c. 60. *Me enim Inſulæ ſpectant, & naues maris in principio, Vt adducam filios tuos de longe, argentum eorum, & aurum eorum cum eis in nomine Domini Dei tui, & ſancto Iſrael, qui glorificauit te.* Ideo enim quia ſtudioſiſsimi fabricatores Eccleſiarũ fuerint Reges Hiſpaniæ, Deus Indiarum opes, & diuitias conceſsit, vt Eccleſias ditiores cõſtituerent, & centumplũ acciperẽt elemoſynas largientibus promiſſum.

28 *Opulẽtia Eccleſiarum in Hiſpania, et quodalit curiam Romanam.*

29 *Numerari non poſſunt Eccleſiæ à regibus Hiſpaniarũ cõditæ*

30 *De catholicis Regibus Ferdinando, & Elyſabeth.*

31 *Ratio Indiarũ expugnationis pro Hiſpanijs.*

# CAPVT VIGESIMVM ſecundum, quo agitur an Gallia ex aliquibus cauſis, & ſeditionibus in ſedem apoſtolicam excitatis locum, & ius amiſſerit.

*

INGRATITVDO Vitium eſt adeô Deo, & hominibus deteſtabile, vt nullũ aliud maiori, & fœdiori nota inſcribatur in ſacrislireris, & apud bonos auctores, ac ideó merito ius eam ſtatuit pœnam ingrato, vt beneficio, cuius memor non eſt, non potiatur, donatioquè ex ingratidudine *a* reuocetur, neque vtatur liberalitate donatoris, qui non debito loco collocat beneficium collatum, cũ exhauriat begnitatis fontẽ ſiccitas immemoris, & ingrati, & abutẽs præuilegio *b* illo vti nõ poterit, præſertim vbi priuilegijs Eccleſię, nõ vt decet, & honeſtũ eſt, vſus ſit. Vnde cũ Gallia ſit regnum ab Eccleſia maioribus, & amplioribus beneficijs ornatũ, quã vllũ aliud, magiſq; remuneratũ, cũ olim reges Galli Põtifices elegerint, & Imperiũ Occidẽtale â ſede apoſtolica cõceſſum habuerint, nullũ aliud eſt regnũ ita infeſtũ Põtificię ſedi, nec in quo iura canonica minus recipiãtur quã Galliæ, neq; vllũ aliud vbi floreãt, vigeãt, colãtur, & obſeruẽtur, & venerẽtur, vt in Hiſpania. Quare ſicut indigni beneficio primo ius cõceſſum Imperij amiſſerũt, qui eo abuti cœperũt, & in Germanos trãslatũ eſt per Romanos Põtifices, vt per Leonẽ Papã. c. in ſynodo. c. tibi dño. 63 diſt. ita licet cõpeteret primę ſedis Galliarũ Regi, ꝙ omnino negam⁹, illud ex ingratitudine iuſtê denegãdũ erit, & gratiſsimo regno Hiſpaniarũ cõcedendũ eſſe ius poſtulat, & ratio vt Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ titul. des iuſtices rubrica prima. §. quarto numer. 35. aduerſus Philippum pulchrum Regem Galliæ auctor Gallus faretur, & vt ad inuicem certent officia Gallorum in Eccleſiam illatis ab eis aduerſus Eccleſiam bellis, & obſequia eorum cum officijs Hiſpanorum inueniemus non minorem

1 *Ex ingratitudine præuilegia amituntur.*

*a l. fi. C. de reuocandis donationibus. c. propter de donat. Tiracellus. l. ſi vnquã ver. ſuſceperit liberos nu. 215. Molin. de primog. li. 1. c. 9. num. 31.*

*b c. tuarũ. 11. de preuilegijs ca. præuilegium. 11. q. 3.*

2 *Galli ex ingratitudine in Eccleſiam amiſſerũt i⁹ Imperij Occidentalis.*



norem gloriam peperiſſe Hiſpanos in tuenda ac liberanda ſede apoſtolica ab irruptionibus, & vexationibns Gallorum, vt conqueritur Alexãder. IIII. de illis in cap. primo de immunitate Eccleſiarum lib. ſexto inuidos dignitatis Eccleſiſticæ appellãs, quam olim Galli vindicarunt eãdem ſedem â Longobardis & alijs, hoſtibus defendendo, & vt initium hiſce temporibus ſumamus, cum concilia rite, & legitimê congregata auctoritate Pontificis, & ab eo confirmata iuxta textum cap. ſignificaſti de electione ſint vt euãgelia ſuſcipienda cap. ſicut diſtintion. 15. cum alijs eiuſdem diſtinctionis, & ſequentium plura concilia, & maximê Tridentinnm legitimè cõgregatũ, habitũ & confirmatum, â ſede Apoſtolica ad propulſandas hæreſes coactũ reges, & regnũ amplecti noluerunt, nec adduci ad recipiendum, & obſeruandum potuit Henrricus ſecundus Rex Galliarum â Pontifice, nec Imperatore, & patribus eiuſdem concilij, vt Thomas Cormerius in Henrrico ſecundo ſcribit, & alij *c* narrãt, immo nec ad concilium Tridentinum fuit paſſus Rex Galliæ ire Epiſcopus regni eius excuſante in eo concilio legato Regem quod propter Parmenſe bellum, ex quo nonnulla offenſio inter Pontificem, & Regem erat, non eſſent profecti, cum Rex eſſet erga Eccleſiam ſyncero animo ex Laurentio Surio in commentarijs Caroli quinti anno. 1551. fol. 456. & paucos ex Gallijs exiſtitiſse prelatos ſcribit Arnaldus Ferronus Gallus libr. 8. in Franciſco primo Hiſpaniæ vero Reges, & regna, omneſque eorum ditiones, Inſulæquê non ſolum canones, decreta ſacri Tridentini concilij, & aliorum colunt, & ſuſcipiunt, ſed tuentur omnino, & ad diſciplinam, doctrinamque eorum cuſtodiendam, vt ſubditi in officio, & obſeruatione contineantur, Regia manus in executione adhibetur cõſilio Regio ſupremo executore, & cultore decretorum, Rege alumno. Caroluſquê quint⁹ non ſolum Hiſpaniæ vbi regnabat, ſed Germaniæ vbi imperabat, & omni orbe recipi concilium Tridentinum curauit, & in Auguſtano conuentu omnes Principes ſe ſubmmittunt illi ex Laurentio Surio in cõmẽtarijs d̃ Carolo quinto anno 1547. & 1548 fol. 436. & filius Philippus ſecundus die vigeſimo primo Iulij anno. 1564. Regia mandata expediuit, vt in vniuerſo Regno cuſtodirentur decreta ſancti concilij Tridentini, & concilia Prouincialia con-

3 *Non minorẽ gloriã pepere Hiſpani Eccleſiam a Gallis tuendo, quã Galli in illa liberanda ab hoſtibus eius.*

4 *Conciliũ Tridentinũ Gallia non recepit.*

5 *Hiſpani tuẽtur decreta ſacri Tridentini concilij, & rex exequitur.*

*c li. 2. fo. 60. et Herrera hiſtoria Regis Philippi li. 10. c. 12 & li. 6. c. 4. Thomas Sanchez de matrimo. lib. 3. diſput. 18 & Thomas Fregius in ſupplemento ad Paulus Æmiliũ in Henrrico. 2. Renat⁹ Chopinus lib. 1. de ſacra politia tit. 5. numer. 17.*

ueniri curauit iuxta eiuſdem concilij Tridentini diſpoſita, vt reciperent dictam ſynodum, quod notat Herrera lib. 6. c. 1. anno 1564. hiſtoriæ Regis Philippi 2. & Flandriæ cum diſcrimine maximo publicare fecit Philippus ſecundus imperando, vt cuſtodiretur Herrera libr. ſexto c. tertio in hiſtoria eiuſdẽ Philippi ſecundi.

6 *Galli ſextũ librũ decretaliũ non admittunt, neque iuriſdictionẽ aliquã ferè habent Eccleſiaſticis in criminalibus, & ciuilius.*

Item cum ius canonicum Pontificum decreta, conciliorum canones ſint recipiendi c. ſic omnes dict. 19. dictentq; vt Eccleſiaſticus iudex de Eccleſiaſticis, & ſpiritualibus rebus cognoſcat non obſtãte quacumq; conſuetudine, neque ſecularis de illis iudicaret cap. decernimus. cap. quanto. cap. clerici. cap. nouit. de iudicijs cum mille alijs notiſsimis iuribus, in Gallia nulla fere iuriſdictio Eccleſiaſticis iudicib⁹, nec in perſonas Eccleſiaſticas, nec circa negotia Eccleſiaſtica, & ſpiritualia relinquitur, nam clericum reum, quem conuenire laicus corã Eccleſiaſtico iudice debet, cap. cum ſit generale cap. ſiquis contra clericum de foro competenti. cap ſi diligenti eodem titulo, omni iure canonico, & ratione diuini iuris repugnãtibus in criminalibus ſeculares iudices multis criminibus clericos Deo dicatos, & ſpiritualium miniſterio oblatos puniunt, vt in crimine falſæ monetæ, leſæ maieſtatis, perduellionis, portus, armorum, & alijs delictis, quorum exempla aliqua recenſent Guillelmus Benedictus in cap. Rainuntius de teſtamentis verbo. & vxorem nomine Adelaſiam deciſion. ſecunda numer. 141. cum ſequentibus, Caſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ titul. des iuſtices rubric. prima. §. quinto à numer. 79. in quo non aduertunt quod cum maieſtati Dei non honori perſonarum indulgeatur præuilegiũ ex. l. non diſtinguemus. §. cauſſa. ff. de receptis arbitris. capit. contingit de ſententia excommunicat. cap. ſi diligenti de foro competenti maieſtatem Dei, & Eccleſiæ lædunt non perſonas clericorum illos ad tribunal ſeculare in criminalibus, & ciuilibus trahendo, nam in ciuilibus ferê in omnibus cauſsis vbi eſt actio Realis, & mixta, & hypotecaria, & recognitio chirographi, & multis alijs rebus, excepta actione perſonali mera de clericis, & eorum bonis in Gallia cognoſcit ſecularis iudex, & fructus beneficij exequitur, vt notant *d* auctores, & quãuis ad vitãdum hoc damnum omne ſtatutũ contrariũ tollens emanauerit conſtitutio Pontificia in c. penult.

*d Guillelmus Benedictus c. Rainuntius verb. & vxorem decis. 2. nu. 34. et 123 & 134. et 41. et 42 cum alijs Maſſueri⁹ in praxi tit. de iudicijs. nu. 9. Tiracellus de retractu Linagier §. 32. gl. vnica. nu. 81. Caſſaneus in loco alegato §. 6. n. 33 Rebuphus. 1. to. titu. de Schedularum recognitione articulo 1. nu. 5.*



penulti. de foro comper. libr. ſexto cenſurequê illatę ſint ne prohibeantur ad ſedem apoſtolicam recurrere clerici. capit. quoniam de immunitate Eccleſiarum lib. ſexto Gallia nec illa iura, nec librum ſextum decretalium admiſit, ſed omnem iuriſdictionem in clericos exercent circa caſus ſuperius commemoratos, & ab Aufrerio clem. 1. de oficio ordinarij regula de poteſtate ſecularis in clericos, & non ſolum in perſonis, & rebus Eccleſiaſticorum diminuitur auctoritas Eccleſiæ, & Pontificis, ſolijq; Apoſtolici, ſed in tribunalis erectione cum alio loco non detur locus iudicandi niſi intra Eccleſiam, vt idem Guillelmus dicto loco aſſerit nu. 134. cumq; clerici omni iure ſint immunes à tributis, & vectigalibus Reges Galliæ ſubſidia, & tributa propria auctoritate imponunt illis ex Caſſaneo in conſuetudinibus Burgundiæ tit. des iuſtices rubri 1. §. 4, num. 23. de Franciſco primo Rege Galliæ agente, & quamuis Alexander quartus Pontifex. c. 1. de immunitate Eccleſiarum lib. 6. confirmatus â Bonifacio. VIII. c. clericis eodem tit. in. 6. & c. quanquam de cenſibus lib. 6 curauerint cenſuris id prohibere nihil quicquam profuit, neque Bonifacij octaui admittunt decreta, vt ex Aufrerio deciſ. Toloſana notat Rupellanus lib. 4. inſtitutionum, cap. 6. littera c. In cauſsis autem merè Eccleſiaſticis etiam cognoſcũt ſeculares in poſeſſorio Guillelmus ſupra numer. 38. Frãciſcus Marchis part, ſecunda deciſio 44. loquens non ſolum in beneficijs, ſed in Epiſcopatibus Caſſaneus in loco citato numer. 110. § primo & alij *e* auctores. Item cum auctoritati Pontificis hoc tribuatur in iure, vt contentis in litteris credatur, Clemen. litteris de probat. Franciæ derogatum eſt, vt in concordatis titulo derogatur clem. litteris de probat, vbi gloſ. pragmaticæ ſanctionis Coſmæ, & Rebuphi. Annatæ autem quæ ſoluuntur Romano ſolio pro ſumptibus ſedis apoſtolicæ, & bullarum expenſæ, & narrationes veri valoris omnia hæc in Gallia prohibentur tribui ſedi apoſtolicæ, vt in concordatis titulo de annatis vbi gloſ, pragmaticę ſanctionis, & Rebuphi Renatus Chopinus, *f* alijq;, idquê cum iniuria, & contumelia Romanæ ſedis burſales conſtitutiones appellando, quas vt fulgura odio habere Gallos aſſerit Rebuphus in præfatione ad rubricã de collationibus in fine, & quæſtion. nona numer. trigeſsimoſecũdo in tractatu nominationum nequê mo-

7 *Galliæ non datur locus nec tribunal iudicãdi Eccleſiaſticis niſi intra Eccleſiam.*

8 *Vectigalia, & tributa propria auctoritate imponunt clericis reges Galliæ.*

9 *In mere Eccleſiaſticis et beneficialibus pluribus cauſsis cognoſcunt in Galliæ regno ſeculares et circa Epiſcopatus.*

10 *Galli nõ credũt dicto Põtificis, nec admittũt clemẽtinã litteris de probat*

11 *Annatæ, & ſumptus expeditionum bullarum in Gallia prohibentur ſolui ſedi apoſtolicæ cum iniuria eius.*

*e Petrus Gregorius de beneficijs c. 40. n. 10 Carol⁹ Graſali⁹ li. 5. regalium Franciæ iure 5.*

*f de ſacra politia li. 1. tit. 8. nu. 16. Petrus Gregorius de beneficijs c. 15. nu 8.*

12 *Motus proprios confidẽtiarũ nõ admittunt Galli.*

tus proprios confidentiarum Pij quarti, & Pij quintiadmittunt ex Petro Gregorio, & *g* alijs fructus Epiſcopatuum, & beneficiorum vacantium Reges Galliæ ſibi colligunt, quæ regalia appellantur Renatus Chopinus cum *h* alijs, de qua re agit in hiſtoria Mauſonius lib.3.annalium in Philippo Auguſto, beneficiaquê confert Rex, vt in concordatis tit. denominationibus vbi Rebuphus, & tit.de collationibus Petrus Gregorius de beneficijs cap. 40. nu. 17. &. 19. & plures alios vſus in beneficiorum prouiſionibus narrat Carolus Graſalius per totum librũ quintũm regalium Franciæ, & Ioannes Ferrault de iuribus regni Francorum â præuilegio. 5. cum alijs, quæ omnia ſeruant non cuſtodientes, nec ſectantes exemplum diuui Lodouici Regis, cuius legatus Romę cõmorans cum impetraſſet â Pontifice diploma, vt Rex prouideret Eccleſias vacantes, & Epiſcopatus ipſe in ignem proiecit relinquens cœleſtia cœleſtibus, vt ex Vincentio lib.22. hiſtoriæ referũt glo. & *i* alij, ſed piam illam, & ſanctiſsimam mentem hodiernus vſus in diuerſam conuertit conſuetudinem, cum Herricus II. edictum publicauerit, quo ſeueriſsimè cautũ fuit nequis vllam ob cauſſam Romam, aut alium quẽmuis in locum vbi Romanus Pontifex agitet, pecuniam ê Gallia mitteret, comportaret ve in eos, qui cõtra agerent, qui non ſint initiati ſacris capitis, ac bonorum publicationis pœna proponitur ſacerdotibus fructuum ſacerdotiorum, cæterorum quê bonorum ademptio, cuius edicti fit mentio apud Thomam Cromerium libr. 2. rerum geſtarũ in Henrrico. 2. fol.60. & Thomam Fregium in ſuplemento ad Paulum Æmilium in Henrrico. II. cumquê ipſi Galli pro bullis expediendis nihil perſoluerent, nec pati poterant, vt ex alijs regnis portarentur pecuniæ exprobãtes Pontifices, quod ingentia auri pondera ſacerdotiorum, diplomatumquê venalium cauſſa Romam portarentur, & in eam rem cõmentarios ad edictum Henrrici ſecundi Carolus Molineus edidit, Regiquê obtulit detrahens poteſtati, amplitudiniq; Pontificiæ ſedis, & Regum auctoritatem contra Romanos Pontifices defendens, quos impios, & ſceleſtos cõmentarios dãnauit ſchola Theologorum ita vt Molineus per biennium ê Gallia eorum cauſſa abfuerit, vt ipſe Cromerius lib.3 fol.68. recitat, licet poſtea ab exilio reuocatus eſt ex eodem fol. 74. cum gloriaretur, quod libellus

*g In ſymtagmate iuris lib.17.cap.17. nu.30. & Flamini⁹ Pariſius de confidẽtia.q.11.n.18.et 27*

*h De domanio Franciæ li.2.tit.9.à n.3. Petrus Gregorius in ſymtagmate iuris li.15.c.12.nu.25. & lib.17.c.8. Rebuph⁹ de pacificis poſeſſoribus nu.294.*

*i gl. pragmaticæ ſãctionis tit. de reſeruationibus verb. reſeruationes. Rebuphus in proemio concordatorum verb. optabanus.*

13 *Fructus Epiſcopatuũ, & beneficiorũ vacantiũ Reges Galliæ colligũt quæ regalia appellantur, et beneficia cõfert.*

14 *Diuus Lodouic⁹ rex Frãcorũ in ignẽ proiecit bullã, qua concedebatur prouiſio beneficiarũ, et Epiſcopatuum regibus.*

17 *Edictũ aduerſus Eccleſiæ Romanæ auctoritatẽ Henrrici. II Regis Gallorum.*

16 *Cõmmẽtarij Caroli Molinei ad edictum Henrrici. II.*



bellus plurimum valuit eo quod extimeſceret Pontifex ſea Gallis deſeri, itaquê quamuis damnatus eſſet editus liber â Theologorum ſchola, & aduerſus eum doctiſsima apologia Raimundi Ruffi, & duplicatio eius in patronum Molinei ſcripta ſit, tamen in Francia ita gratè accepta eſt diminutio auctoritatis Pontificiæ, vt libellum, & auctorem ſuſciperent. Contra autem Hiſpani, qui omni ætate, & ſeculo fideliſsimi fuerunt ita obſequentiſsimi, & obſeruantiſsimi & extiterunt, & ſunt Eccleſiæ catholicæ, ſedis apoſtolicę, Pontificum Romanorum, decretorum â concilijs, & Pontificibus editorum, vt omnes cauſſæ ciuiles, & criminales tam in bonis beneficiorum, quam patrimonialium clericorum ad ordinarios Eccleſiaſticos ſpectent, vt omnes cauſſæ Eccleſiaſticæ etiam ſi ſeculares ſint ad poteſtatem Eccleſiaſticam trahantur, tribunal Eccleſiaſticum vbiquê erigi poteſt, miniſtri eius liberè procedunt cum inſignijs iuriſdictionis, bullæ, & diplomata expediuntur Romæ omnibus iuribus ſolutis, quindenia, annatæ, & ſpolia, vacanteſq; fructus Epiſcopatuum ad Pontificem pertinent, habetque collectorem apoſtolicum ad eos percipiendos, beneficiorum prouiſsiones, præbendarum gratiæ impetrationes, Epiſcopatuũ inſtitutiones præſentatione Regia antecedente Romæ expediuntur, itaque regnum ẽſt Hiſpania Eccleſiæ ſtudioſiſsimum, & ita in ſpiritualibus ei ſubditum vt matrem Eccleſiam omni deuotione amplectatur, colat, & veneretur.

17 *Hiſpaniorũ, fidelitas, & obſeruantia circa Eccleſiam.*

Ea autem quæ geſta ſunt aduerſus Bonifaciũ octauum Pontificem â Philippo quarto dicto pulchro Rege Franciæ â ſeculo non ſunt audita. Primo enim cõmercium regni, & Eccleſiaſticorum ne exerceretur Romæ interdixit, nec interris Eccleſiæ. Secundo cẽſuris Pontificis non paruit, nec conſenſit regnicolas obedire, & litteras Pontificias dirumpit, Epiſcopoſque in carcerem immiſit, & Cardinalem legatum, & prælatos captos detinuit, ne ad conciliũ â Pontifice conuocatũ profiſciſcerẽtur. Tertio cõciliũ prouinciale Pariſijs aduerſus ſummum Pontificem conuocauit. Quarto in concilio prouinciali inferiori, & non iudice accuſſauit ſummum præſulem orbis eum notans hęreſis, & ſimoniæ inculpatum, Quinto ipſum Anagnię in carcerem immitere fecit. Sexto eo mortuo damnare eius memoriam contendit, & quod vt hæreticus igni traderetur quæ omnia, & alia nec audire quilibet

18 *Philip⁹. IIII dictus pulcher quæ geſſerit aduerſus Bonifacium octauũ Pontificem.*

bet Chriſtianus audet, nec videtur Regem potuiſſe cogitare, quæ tandem executioni tradidit, cum diuinitus coniuncta, ac cõnexa ita inter ſe munera hęc Põtificalis, & regiæ dignitatis ſunt, vt ſiquis diuiſerit, aut Chriſtiano ouili periculum, aut ſibi ipſi labẽ contraxerit, vt hæc omnia colliguntur ex Villaneo lib. 8. & 9. hiſtorię, & K alijs & ne videamur infeſti Gallis audiamus de hac re loquentes auctores Gallos, & eos ſtudioſiſsimos dignitatis regni, nã Papyrius Maſſonius lib. 4. annalium Francię in Philippo pulchro hæc ait fol. 376. *Ante hunc Flandricum tumultum odia inter Philippum Regem & Bonifacium Pontificem maximum nata conſtat. Nangius refert anno ducentiſsimo nonageſimo ſexto Philippum exegiſſe à laicis & Clero regni, omnium bonorum centeſimam, mox quinquageſimam, vt ſumptus Anglici belli ſuſtineret. id Bonifacio diſplicebat: itàque ſanctione vetuit in ordinem eccleſiaſticum huiuſmodi exactiones fieri: ac per legatos regios Philippum non obſequentem monuit, vt à clero vexãdo abſtineret. Non parenti poſtea litteras per Iacobum Normannum notarium ſuum acrimoniæ plenas miſit, quibus præfatus Reges omnes Romano Pontifici & Eccleſiæ ſubeſſe, plurima ab illo contra æquitatem & iuris ordinem fieri querebatur, plebẽ & clerum exactionibus opprimi, Eccleſiaſticas dignitates conferri, bona ſacerdotum occupari, iuriſdictionem illis ſuam eripi, Lugdunenſem nobilem Eccleſiam ad inopiam penè redactam, in qua ipſe Bonifacius in minori fortuna canonicus fuiſſet, annuos fructus ſedium vacantium fiſco inferri, monetæ deprauatione ſubditis atque extraneis iniuriam fieri. Philippus nunciũ illum, qui litteras attuliſſet, malè acceptum dimiſit. Pontifex Ioannem ſanctorum Marcellini & Petri præsbiterum Cardinalem genere Gallum. nihilominus in Galliam ad Regem venire iuſsit, qui illum vt amicus beneuolè moneret Romanæ ſedi meritò ſuccenſenti vltrò audiens eſſet. Hunc datis cuſtodibus obſeruari iubet, inſuper mandat nequis cum eo colloqui, ne cui litteras dare aut accipere à quoquam poſsit. Qua re cognita Bonifacius, per Nicolaum Benefractum Cardinalis ſeruum miſit litteras, quibus mandabat Regi denunciari, ſacris ipſi interdictum eſſe. Nicolaus antequam litteras dare domino ſuo potuiſſet aprehenſus atquè in carcerem coniectus eſt, Cardinali fruſtra vt dimitteretur petente. Tandem Bonifacius Eccleſiaſtia pœna incontumacem vſus ipſi interdixit, ſubditòſque eius omnes ſacramento ſolutos pronunciauit. Hæc ex ipſis Bonifacij litteris, quarum exemplaria habemus, narrare placuit. At Philippus vocatis Luteriam ad concilium proceribus regni, et Epiſcopis. Abbatibûſque, & œconomis templorum, coram eis, primùm ſe excuſauit, deinde*

K Nangius in Philipo pulchro. Chriſtianus Maſſeus libr. 7. chronicon. Krãtzius li 8. Saxoniæ. c. 36. Sanc. Antonin. 3. p. tit. 20. c. 8. §. 2. et 21. Platina in Bonifacio. 8. & Clemente. V. Monarchia. Eccleſiaſtica lib. 21. c. 11. §. fi. et c. 12. Paulus Æmilius, Guaguinus, et alij in Philippo puchro.

l c. 3. de immunit. Eccleſiarum lib. 6.



*de recriminatione vſus eſt, Bonifacio per VVilelmum Nogaretum hæreſis & ſimoniæ accuſato. Poſtremo voce VVilelmi Pleſiani teſtatus eſt ſe a Bonifacio ad ſucceſſores eius aut futurã ſynodum prouocare, eique appellationi Eccleſiaſticos ordinis viros adhærere coegit, Abbate Ciſtercienſi, qui factum non probaret Lutetiæ detento, vt Villaneus ait. Accuſationis & prouocationis acta habemus: Nogaretus milits ac legum profeſſoris titulos præfatur: Pleſianus verò militem ac dominum Vicenobij ſe vocat. Sed acta illa, quia maledictis plena ſunt, hic omittere præſtat.* Deinde fol. 739. notat quemadmodum Anagniæ indutus ornatu Pontificali, & â Nogareto illuſus minitante ſe illum in Galliam perducturum, vt in ſynodo Lugdunẽſi ſpoliaretur Pontificia dignitate captus eſt, donec Anagniæ incolæ ne proditionis arguerentur, repente arma arripiunt, & Pontificem Romam perducunt ibi reuerſus præ nimio dolore incidit in morbum ac furenti ſimilis deceſsit quinto Idus Octobris, alij vero captum Romę animam egiſſe teſtãtur, & Genebrardus Gallus lib. quarto anno 1303. hæc profert de Bonifacio loquens. *Ingentia bella in Italia excitauit. Excommunicauit Regem Gallicum Philippum, & totum regnum donauit Alberto Auſtriacæ domus Cæſari. Captus eſt poſtremo Anagniæ in paterna domo dormiens, nihilquè tale metuens, indeque Romam perductus. in carcere perijt. Atque hinc dicitur, Intrauit vt vulpes, regnauit vt Leo, mortuus eſt vt canis. Quod tamen falſo & temere vſurpatum à maleuolis, et Principum aſſentatoribus plerique exiſtimant, quoniam Platina, valde alioqui pronus ad notandas Pontificum maculas, nihil tale retulit, ſed nec alij, qui eorum vitas deſcripſere. Vnde & eum laudant, tanquam Eccleſiaſticæ libertatis æmulum, Imperatoribus Regibuſque ſua poteſtate abutentibus formidabilem. Sed & Philippus Rex, cuius opera captus fuerat atque interierat Deo vnctum ſuum vlciſcente, nunquam deinceps proſpere ſe ha-*
20 *buit, vt ab aliquo eius Epiſcopo prædictũ fuerat.* Idemque Papyrius Maſſonius lib. 5. de vitis Pontificũ in Benedicto. II. ait Benedictũ abſoluiſſe regẽ, ſed an id metu, & timẽs ſimilẽ ſortẽ Bonifacij fecerit nõ audet aſſerere. Contra autem Hiſpani Reges Caſtellæ & Aragoniæ Bonifacium defendunt, & ſedem apoſtolicã tuẽtur, & cũ Philippus Rex Galliæ Bonifacij memoriã cõtendit damnare in concilio Vienenſi, & apud Clemẽtem quintum Pontificem, quem ad eam rem id pollicitus facere eligere curauit, duo equites Hiſpani ſingulare certamen obire pro honore Bonifacij parati erant, & effecerunt vt pro eo declararetur in concio Vienen-

*Hiſpani Bonifacium defendunt.*

Vieneſi ex eode Maſſonio fol. 392. in Philippo pulchro, & Rex Iacobus Aragoniæ requiſitus â Philippo Rege, vt cum eo aduerſus Pontificem concordiã ſumeret, renuit Rex auxilium Pontifici offerens ex Zurita lib 58. c. 5. & 60.

21 *De Lodouico XI. rege Galliæ.*

Lodouicus. XI. Rex Galliæ inſtituit contra libertatem Eccleſiaſticam pragmaticam ſanctionem, metuque Pium induxit ad conſentiendum, qua omnia iura canonica, & diſciplina Eccesiaſtica in Gallia concidere, vt auctor eſt idem Maſſonius li. 4. in Lodouico XI. hæc inquiens. *De ſanctione pragmatica hæc Pius ſcribebat metu, vt ipſe ait, idque verum erat, ne ſi conuentus publici haberentur Epiſcopi, & Clerus Galliæ pro pragmatica ſententiam dicerent*, quam rem deinceps proſequitur.

22 *De Carolo. 8 Rege Galliæ & Ferdinando catholico Rege Hiſpaniæ.*

Carolus octauus Rex Galliç vt ingreſſus ſit Romã inuito Alexandro ſexto Pontifice, & quemadmodũ Eccleſiç bella intulerit diximus. c. 20. hoc tractatu, & defenſione, & auxilio Põtifici præſtito â Ferdinãdo. V. Rege catholico Hiſpano.

23 *De Lodouico 12. rege Galliæ & Ferdinando catholico Hiſpano fauente Pontificibus aduerſus eum.*

Lodouicus autem XII. Rex Galliæ quam infeſtus extiterit ſedi apoſtolicæ, quæque bella excitauerit, & Eccleſiæ ditiones occupauerit Iulio ſecundo Pontifice dictum eſt, c. 10 dum de auxilio Ferdinandi catholici diximus, ſed illud ſanè omnino fuit, & exemplũ atrox hęreticis pullulantibus ea tempeſtate, quod primum concilium Gallicanum Turonenſe anno 1510. congregauit Rex aduerſus Pontificem deinde Piſanum translatũ Mediolanũ, & poſtea Lugdunũ citãdo Pontificẽ, eiquè negando obedientiam ita vt neceſſe fuerit concilium poſtea Lateranenſe congregari â Pontifice adulterinum pronuntiando Piſanum fuiſſe, vt aduertit Laurentius Surius in commentarijs rerũ ab orbe geſtarũ ab anno 1500. in anno 1504. & anno 1511. cum *m* alijs.

24 *Cõcilia Piſana, & Turonica.*

25 *Conciliũ Lateranenſe à Iulio II.*

*m Genebrardus li. 4. anno 1510. & 1511. Guiccardin⁹ lib. 11. hiſtoriæ ſuæ. Onufrius Panuinus in Iuli. 2. Alexãdro VI. & Leone X. Zurita li 9. hiſtoriæ Regum catholicorũ ca. 30. et 31. 35. et 52. et li. 10. c. 1. Polydorus Virgilius li. 27. Anglicæ hiſtoriæ in Henrico. VIII. Ferronus in Lodoui. 12*

26 *De Philippo II. Rege Frãciæ.*

Philippus autem ſecundus Rex Galliæ dictus Auguſtus cum Isburgem legitimam duxiſſet uxorem, aliam uiuente prima ſuperinduxit propria auctoritate, diuortium quo ad vinculum cum prima faciens, vt auctor eſt Papyrius Maſſonius ex Rigordo eius ætatis ſcriptore his verbis. *Illi conſilio fauere, Philippus Bellouacorum Pontifex, & Carnutum neſcio quis Epiſcopus, certè indignus ſucceſſor illius Ibonis, qui Philippum Auguſti proauum à nefarijs nuptiis diſcedere compulit, vt ſuprà oſtendimus. cùm hi Regem & Reginam conſanguineos eſſe affirmaſſent, matrimonium ſolutum eſt, hæc & alia de Philippi coniu-*

gio,



*gio, apud Neubrigenſem illius ætatis ſcriptorem libro quarto reperi: qui Epiſcoporũ ac Iudicum in ea cauſa improbitatem merito damnat. Cæleſtinus Romanus pontifex, illam diuortij ſententiam contra iuris ordinem prolatam reſcidit, ac per Meliorẽ præsbiterum Cardinalem & Cincium ſubdiaconum, Regẽ monuit, ne aliam vxorem ſuperinduceret. Nihilominus Mariã Ducis Boemiæ Morauiæque filiam duxit, quam ob cauſam non ſolum Regi, ſed regno quoque ſacrificijs eſt interdictum, Synodo Diuione habita à Petro Capuenſi. Ad cuius interdicti famam Epiſcopos Galliæ, qui Synodo interfuerãt, Rex ſedibus ſuis exegit, rebus eorũ fiſco addictis, deinde miteſcente ita Pontificiæ auctoritati parere viſus eſt.* Et idque Carolus Guaguinus li. 6. in Philippo Auguſto narrat inquiens. *Qua legis ſeueritate exaſperatus Philipus in clerum ſæuitia vſus eſt pulſis è ſuis ſedibus Pontificibus, quorum aſenſu hanc ignominiam accepiſſet, itaque nec dignitati, nec vicaratui pepercit, quin etiã plebeios ſacerdotes rebus ſuis exutos extruderet*, quod narrat, Paulus Æmilius libr. ſexto in Philippo Auguſto, & *n* alij.

*n S. Antoninus. 2. par. tit. 17. cap. 9. §. 28. 30. & 31. Monarchia lib. 21. cap. 13. §. 1.*

28 *De Philippo I. Rege Franciæ.*

Philippus verò primus proauus eiuſdẽ Regis Philippi eodẽ crimine in fectus fuit non parẽdi Põtificis ſummi præceptis, & ſedis apoſtolicæ mãdatis, vt idẽ Papyrius Maſſonius libr. tertio annaliũ in Philippo Rege his verbis ait. *Philippum ſynodo Claromontana inter reos fuiſſe demonſtratum eſt, id cur acciderit pluribus narrare operæpretium videtur. In matrimonio habebat Bertam Florentij Comitis Batauorum filiam, ſpretis cõiugij legibus, rapuit Bertradam vxorem Fulconis Comitis Andegauorum affinis ſui. Fulco per legatos de ea re queſtus eſt, cum Rex Pontifici benemonenti non paruiſſet, ipſi in ſynodo Claromomentana templi aditu & ſacrificio interdicit, coactus Bertradam dimittere, aliquanto poſt eam reducit, quam ob cauſam Synodus Pictauis habita eſt â Ioãne & Benedicto Cardinalibus, qui Regem cœtu piorum indignum rurſus pronuntiarunt. Epiſcppi aliquot prouinciæ Belgicæ ad Bertradæ nuptias inuitati, ipſi, Regique coronã imponere contra Vrbani interdictum improbe ſunt auſi. Solus Ibo Carnutum Pontifex nec auro corrumpi, nec rerum ſuarum amiſſione flecti vnquam, aut adduci potuit. vt incœſtum probaret. Regis odium decennio & amplius ſuſtinuit, pro hoſte habitus, exutuſque Epiſcopij ſui fructibus. Philippus per legatos minabatur niſi Vrbanus ſibi coronam et ſacrorum vſum reſtitueret, ſe cum regno ab eius, & Romanæ Ecleſiæ obſequio diſceſſurum, ne hoc quidem virum ſanctiſſimum inflexit. Paſchalis temporibus Regem, etſi inuitum reſipiſcere oportuit, neq; enim aliter anathemate liberari poterat: pluſque virium religio, quam*

*ſceptrum*

non poſsit inducias, nec vocationem infidelium facere, vt argument. cap. quod olim. cap. ſignificaſti de Iudeis notat Oldraldus conſi. 87. & *q* alij.

*q Iheronimus Paulꝰ in ipſa re cōſultꝰ in cancellariæ apoſtolicæ practica ver. an Imperator vel aliquis Rex.*

33 *De Hērrico III. & Hērrico IIII.*

